# IVLII POLLV-
## CIS ONOMASTICON, HOC EST IN-
## STRVCTISSIMVM RERVM ET SYNO-
nymorum Dictionarium, nunc primum
Latinitate donatum, Rodolpho Gual-
thero Tigurino Interprete.

*Vnà cum Indice.*

Cum gratia & priuilegio.

APVD ROBERTVM VVINTER.
Baſileæ An. 1541.

VERSIT
DE

2 400 40

# IVLII POLLVCIS ONOMASTICON, HOC EST INSTRVCTISSIMVM RERVM ET SYNONYMORUM Dictionarium, nunc primum Latinitate donatum, Rodolpho Gualthero Tigurino Interprete.

*Vnà cum Indice.*

Cum gratia & priuilegio.

APVD ROBERTVM VVINTER,
Baſileæ An. 1541.

UNIVERSITAT DE GRANADA

# MARTINO PEYER SCHAF-
## HVSIANO AMICO SVO SINGVLARI
## Rodolphus Gualtherus Tigu-
## rinus S. D.

NESCIO Hercle, doctiſſime Martine, num admiranda magis aut deploranda ſit miſerrima illa ſeculi noſtri infoelicitas, qua et optima quæque in tranſuerſum quotidie rapi cernimus, ſic ut non immerito quis dixerit, ſummæ fœlicitati ſummam coniunctam eſſe miſeriam. Diligentius enim temporis huius ſtatum conſideranti, nihil non occurret, quod ad proſperũ ſtudiorum ſucceſſum, & bonarum literarũ incrementum facere uideatur. horum autem fructum indaganti, aut nullus aut perexiguus ſanè apparebit. Floret enim hodie doctiſſimorum magnus numerus, uiget præſtantiſſimorum Virorũ diligentia, qua illi ceu ueri Hercules pluſquam Herculeis laboribus literarum ſtudia repurgare, inſtaurare, priſtinoq; nitori reſtituere conantur. Prodeunt nunc horum diligentia (ut de recentioribus ſcriptis taceam) tot ueterũ Authorum ſcripta, quæ partim noua omnino, partim innumeris emendata erroribus in lucẽ exeunt. Non deſunt ſtudiorum duces doctiſſimi fideliſſimiq;, qui Iuuenum ſtudia recto tramite dirigere ſatagunt. Oriuntur quotidie Diuino numine literariæ rei clariſſima lumina, quæ exemplo ſui nõ Iuuentuti modo, ſed & mediocriter doctis præeſſe poſſint. Addidit his quoque æternus ille rerum omnium Princeps ueram certamq; numinis & uoluntatis ſuæ cognitionem, adeò ut omnis Diuinæ gratiæ theſaurus in

hoc ſeculum noſtrum effuſus eſſe uideatur, quo tanta cum gloria humanam ſapientiam, omnemq́ ueterem philoſophiam cum Diuinæ uoluntatis cer tiſſima cognitione coniunctam uidemus. Quanta autem cum oſcitatione fœliciſſima hæc, quæ hacte nus recenſuimus, media negligantur, nemo eſt, qui non intelligat. Infœlicem enim illam ingeniorum peruerſitatem nemo eſt doctus, qui non miretur, nemo bonus, qui non lugeat. Si enim præteriti ſe-culi ſtatus cum noſtro hoc comparetur, facile pate-bit ea, in qua nūc uiuimus miſeria. Quis enim non eorum qui præceſſere, miratur diligētiam, labores ſuſpicit, & eruditionem ſummopere ueneratur? quis uero non ſimiliter etiam ſeculi eius quo flo-ruere, Barbariem admiratur? Videamus ergo nos, quanta ſimus notandi infamia, qui fœliciſſimi ſe-culi facilitate tanta cum negligētia abutimur, cum miſerrimo ante nos ſeculo tanta doctorū Virorū diligentia floruerit? fuere enim tunc quàm plurimi præſtāti ingenio Viri, qui è Vetuſtatis monumētis authores eruēd,oet frequentiſſimos errores tollen-do, plus laboris inſumpſerunt, quàm Hercules in Augeæ ſtabuli repurgatione ſudauerit. hi tamen nec laborum difficultate territi, nec ipſius laboris inexplicito fine cōſternati à pulcherrimo laudatiſſi moq́ incœpto deſtiterūt, quo ſopita & Barbaricis oppugnationibus deleta literarum ſtudia priſtinæ dignitati reſtituerent, nobiſq́ Poſteris ſuis facilio-rem ad eximiarū rerum cognitionem aditum præ-pararent, præuidentes nimirum futuri ſeculi molli tiem, laborumq́ intollerantiam. Quis igitur non execretur infœlicem ingeniorum noſtrorum perti naciam, qui iucundiſſima literarum ſtudia aliorum





ſudore ab Inferis quodāmodo reducta & repurga-ta, tanto contemptu negligimus, ſæpeq́ ignotas ar tes odio habemus. Sunt enim hodie quàm plurimi, qui cum non intellecta literarum ſtudia cane peius & angue oderint, hunc actionum ſuarum finem conſtituiſſe uidentur, ut horum gloriam ſplendo-remq́ obruant, & obſcurent. Sunt alij, qui inſcitia duce literarum ſtudia ſi non oderunt, attamen ceu uiliſſimam quandā rem contemnunt. Sunt tertij, qui ſtudiorum utilitatem edocti, eorum´que amore flagrantes, infœlicitate tamē neſcio qua, impediun tur, dum in ſtudiorum electione aut delectum non adhibent, aut bene delecta ſtudia præpoſtero ordi-ne continuare conantur, de quibus omnibus ſuffi-cienter diſſerere alterius inſtituti, nec noſtrarū for-taſſis uirium fuerit. Primi enim illi non ſimplici el-leboro, ſed duabus tribus´ue anticyris purgandi ſunt. Secundi copioſiore inſtitutione indigent. Tertios quoq́ fuſius erudire nō huius temporis lo-ci´ue fuerit, quantum tamen hi in unico Græcæ lin guæ ſtudio errent, quiuis animaduertit. cum enim eius fideles Profeſſores nuſquam deſint, pauci ta-men ad eius cognitionem penitiorem perueniunt, non Præceptorum culpa, ſed propria ſua domeſti-caq́ negligentia quidam impediti, quidam ordinis confuſione impliciti, dum clariſſimæ linguæ ſtudia non recto tramite perſequūtur. multos enim huius cognitione deſtitui uidemus, dū ad primi introitus labores, grammaticæ ſcilicet difficultates territi in cœpto ſtudio ualedicunt. multi rudimentorum co-gnitione propter innatam illis moleſtiam omiſſa, ſtudium hoc continuare uolunt, quod quàm fœli-citer exequantur, aliorum eſto iudicium. Multos

deniq; fundamentis fœliciter iactis, incommodis
autẽ ſtudijs occupatos, plures annos magno cum
labore, exiguo autẽ fructu terræ animaduertimus.
dum enim uoluptatis magis quàm ſtudiorum cau
ſa per Authores hinc inde uolitant, rerum magis
quàm uerborum admiratione capti, dum linguæ
huius ſe adprime doctos exiſtimant, nudi omnino
conſpiciuntur. Si enim dimidiũ facti, qui bene cœ-
pit habet, non mirum uideri debet, ſi et oleum & o-
peram perdunt ij, qui infœliciter cœpere, et in male
cœptis infœlicius multo pergunt. ſed ut grauiſſimã
hanc remoram tollamus, compendioſiſſima quidẽ
meo iudicio uia uidetur, ſingularum rerum uoca-
bula, & ſingulorum uocabulorũ proprietates ab
initio ſtatim addiſcere. his etenim ſemel exacte co-
gnitis, in Authorum lectionibus nunquã uocabu-
lorum difficultate impliciti hærebimus, eorumq;
geminum ſenſum uerborum proprietate adiuti fa-
cillime eruemus. Cum enim animi index uerus et à
Deo inſtitutus ſit oratio, nõ minimus nobis labor
eſſe debet ut huius partes dictiones ſcilicet ſingulas
attento animi iudicio, et infallibili regula expenda-
mus. qua cum deſtituti ſumus, pluſquam Cimme-
rijs tenebris nos inuolui quotidie experimur. Mi-
nime enim mirum eſt, ſi rerum ſenſum uidere non
poſſunt, qui uerborum ſignificationes, quibus ſen
ſus continetur, enucleare nequeunt. ad horum au-
tem cognitionem ut plurimum frequens Autho-
rum lectio conducit, ita infiniti propemodum la-
boris eſt legendo hæc ſingula addiſcere, dubiæq;
incertitudinis, cum animi iudicio ſæpenumero de-
cipiamur. proinde commodius haud dubie fuerit
ab alijs hæc ſumere, qui uaria lectione exercitati &
longo



longo edocti uſu exacte ſimul & docte hæc pertra-
ctarunt. Sunt autem Græcæ linguæ Dictionaria,
quæ hodie extant quàm plurima, quibus fuſiſſime
uerborũ ſignificationes propriæ explicantur, qui-
bus tamen cunctis non immerito anteponendus
fuerit Pollux hic noſter, qui confuſione omni ſubla
ta, certiſſimo & euidentiſſimo ordine ſingula hæc
perſecutus eſt. cum enim alij uarijs locis ſua hinc
inde deſperſa tradiderint, hic pulcherrimum ordi-
nem ſecutus, ſingula proprijs ſuis locis non ſine di-
ligenti animi iudicio diſpoſuit. nemo enim nõ eius
uidet induſtriam, qua ceu diligens apicula ſingula
ſuis loculis recondidit. nemo iudicij normam in il-
lo deſiderabit, cũ uerba obſoleta, dura, ſordida ue
tanta cum diligentia ab uſitatis receptis ue diſtin-
guat. nemo deniq; hunc è proprio capite nata uen-
ditare dixerit, cum tot tantorũ Authorum teſtimo-
nijs innitatur. ubi non tam eius diligentia & labor,
quàm ueneranda illa Vetuſtatis monumenta ma-
gno cum ſtudiorum damno amiſſa, contemplanda
nobis proponuntur. Sed quid ego aquam mari in-
fundens laudatiſſimum Authorem ſtudioſis com-
mendo, quem tanto præconio ſeculi noſtri decus
Simon Gryneus ante dignatus eſt, qui cum non
ſine raro ingenij ſui iudicio ſtudioſorum utilitatem
quærat, nõ ſine ratione hunc Authorem tantopere
commendatum uoluit. terruit autem multos à le-
ctione eius tanta, quæ hic offertur uerborum con-
geries, que fortaſſis delicatis auribus eſt iniucun-
dior, quæ Fabularum Hiſtoriarumq; uarietate dele
ctantur. quos ego Authorem hunc inſpicere uelim
penitius, non enim omnis uoluptatis inuenirent
inopiã. Quid enim uere ſtudioſo iucundius, quàm
copio-

copioſiſſimæ ſuauiſſimæq; linguæ Græcæ ſcilicet prima illa exordia ceu fontes quoſdã limpidiſſimos contemplari, dum ſingularum rerum propria uocabula, & ſingulorũ uocabulorum geminæ origines & deriuata explicantur? Si enim ſumma nobis uidetur, & eſt Barbaries in rerum proprijs dictionibus errare, aut noua abſurdaq; uocabula confingere, ſumma nimirum caſtimonia elegantiaq; fuerit, ueteribus receptis & proprijs uti. Adde quod uocum ſignificatione diligenter cognita, maximus nobis in rerum cognitione labor abſolutus eſt. Habebunt igitur & ij, qui lautitias quærunt, quod in Polluce inueniant. quis enim breuius fœliciusq; Regis officiũ, & tyrannicos mores depinxit, quàm hic in Regijs nominibus? annon hic omnis militaris rei ordo, inſtrumenta, arma, claſſes, acieſq; proponuntur? Agriculturam omnem oculis noſtris ſubiectam cernimus. Totius corporis humani anatomiam cum ſingularum partium proprijs appellationibus Liber ſecundus cõtinet. Tertius cognationis terminos copioſè docet. Quartus uenatica, et alia communia tractat. Et ne nimia uerborum prolixitate utar, omnes humanæ uitæ partes inſpexiſſe uidebitur, quicunq; breue hoc quidem, ſed utiliſſimum Pollucis Dictionarium non oſcitanti animo perlegerit. terret autem alios non parua huic adhærens difficultas, quæ & me non ſemel ab inſtituto meo abſterrere conata eſt, metuentem ne audaculus nimis uiderer, tantum Authorem in tanto doctorum cœtu exili mei ingenij facultate interpretari aggrediens. uicerunt tamen Amicorum preces, & doctorum plurium hortationes, qui iam exorſum pedem referre prohibebant. uicit quoq; communis



munis ſtudiorum utilitas, cuius (ut uere fatear) ratio imprimis habita eſt. Ab Authore enim hoc plurimos abſtinere uidens, partim laboris difficultate, partim obſcuritate multorum locorum territos, doctorum Amicorum conſilijs perſuaſus opus hoc arduum, non ſine Iuuenili fortaſſis audatia aggreſſus ſum, non tam ingenij mei facultate, quàm æqui Lectoris humanitate confiſus. Cum enim Vetuſtatis incommodo multis in locis hic Author (quemadmodum & multi alij) deprauatus ſit, ut non ordinis diſpoſitio modo, ſed & propria dictionum ſignificatio nonnunquam confuſa ſit & detorta, æquiorem mihi Lectorem ſpero, ſi in tanta rerũ uerborumq; obſcuritate, Iuuenis ego hallucinatus fuerim. Vt enim nunc tantam Synonymorum Græcorum copiam, quæ non ſemper Latinis uocibus explicari poſſunt, prætercam, quis non tot rerum mentionem hic cernit, quorum pauciſſimi, aut nulli qui nunc extant, meminere? Si igitur inter tot coniecturas obſcuriſſimas in interpretatione hac noſtra ſiniſtro aliquando Mercurio uſi fuerimus, Lectoris humanitatem expoſcimus, nõ ignari, imò præſtantiſſimorum Virorum exemplo docti, nihil perinde humanum eſſe, quàm erroribus ueri ſpecie decipi. Porrò cum Authoris huius inſtitutum Latini ſermonis lenocinia minime admitteret, utpote qui nec ipſe Græcæ linguæ phaleras tractauit, uerbum uerbo reddere conſultiſſimum uiſum eſt, non aliud quàm authoris ſenſum, quoad fieri potuit, eruere cupientes. Volumus itaque hac interpretatione noſtra non alium quæſiuiſſe finem, quàm ſtudioſæ Iuuentuti cõſulere, ut utiliſſimi Authoris lectione adiuta, facilius ad Græcæ linguæ

b cogni-

cognitionem peruenire poſſet. Quod ſi non omnino ſpe noſtra fallimur, hunc laborem noſtrum literarum Tyronibus gratum eſſe cupimus. Tibi autē Martine chariſſime, omnem laborem hunc, omnes moleſtias uigiliasq; noſtras dedicatas uolumus, priſtina nimirum amicitia & familiaritate confiſi, nec beneficiorum nobis collatorum immemores, quibus ut non reſpondere datur, ita beneuolentiam noſtram nunquam tibi deeſſe uolumus. impulit etiam me flagrans illud animi tui erga literas Græcas ſtudium, cui cum præſens ante non defuerim, abſens quoque auxiliares manus (pro ut ingenij noſtri fert exilitas) præbere uolui. Cũq; nõ ſine Diuino inſtinctu animũ tuum ad ſacroſanctæ Theologiæ ſtudium appuleris, inſtitutum tuum quàm plurimũ Græcæ linguæ cognitio iuuabit. Isq; uerus demum & eius, & reliquorum ſtudiorum fructus fuerit, ſi ad Sacrarum literarum illuſtrationem & Diuini nominis gloriam, ut olim Aegyptiacum aurum ad tabernaculi inſtructionem, conferantur. Quare pro ueteri noſtra Amicitia petimus, ut hos labores noſtros non infrugiferos, ut ſperamus, tuis futuros conatibus, amico uultu excipere digneris. Vale Martine doctiſſime, nos'que amantiſſimos tui redamare pergito. Lauſannæ, menſe Nouembri, Anno Salutis M D XXXIX.



# IVLII POLLVCIS DICTIONARII LIBER PRIMVS.

## IVLIVS POLLVX, COMMODO CAESARI S.

O BONI Patris Fili, paterno ceu hæreditario iure & regnum & ſapientiam poſſides. hæc autē cum partim in animi uirtute, partim in linguæ & eloquentiæ uſu conſiſtat, uirtutis quidem diſciplinam à Patre habes, qui idem & eloquentiæ (ſi uacaret) exemplar eſſet, ne noſtra hic opera indigeres. Cum uero hunc orbis terrarum incolumitas ſalusq; occupatum detineat, ego ad eloquentiæ tibi cognitionem adero. Dictionarij itaq; Titulus Libro inſcriptus eſt. pleraque uero oſtendit ſynonyma, quaq; ratione commutari poſſint, & quibus ſingula efferri ſoleant. Nec tantũ in uerborũ copia congerenda, quantum in diſpoſitionis & delectus uenuſtate laboris inſumptum eſt. non tamen omnes hic dictiones continentur, cuncta etenim uno Libro cõprehendere difficile erat. A'Dijs uero (quod pios maxime decet) exordiemur. reliqua eo, quo ſingula occurrerint, ordine collocabimus. Vale.

## CAPITA LIBRI PRIMI.


PRimo iſto Libro Deorum Dæmonumq́; appellationes, Diuinorum cultuum, locorum * & templorum, & ſedes Artificum & Sacrificorum continentur. Caput I.

* Adde, Et regionum.

Regia nomina. Caput II.

Celeritatis & tarditatis. Cap. III.

Tincturæ nomina. Cap. IIII.

Mercatorum, & Mechanicorum artificum. Cap. V.

Fertilitatis, & contra. Cap. VI.

Temporum, tempori accidentium, eorum quæ ſingulis ſunt temporibus. Cap. VII.

Domus, eorumq́; quæ in domo, et circa eam ſunt. Cap. VIII.

Nauium, & eorum quæ nauis ſunt in pace & bello, quæ que intra extra'ue portum habentur, tum & partes nauis, & arma nauis. Cap. IX.

Militaria nomina, Imperatorum, apparatus, & ad bellum neceſſariorum, atque eorum quæ hoſtibus, & amicis in bello contingere ſolent, ſimul cum currus partibus. Cap. X.

Equeſtria nomina, eorum qui equos curant, & operum equeſtrium. Caput XI.

Agriculturæ nomina, operumq́;, plantarum, locorum, & inſtrumentorum. Cap. XII.

Aratri partes. Cap. XIII.

Plauſtri partes. Cap. XIIII

De apibus. Cap. XV.




# CAPVT PRIMVM, DEORVM APPELLATIONES, CVM HIS QVAE AD EOS PERTINENT. I

DEVS, Dij, & Dæmones. ſic enim Deos appellare Homero placuit. & Plato omnium gubernatorem, maximum Dæmonem nominauit. In eadem autem ſignificatione ſumitur, Numen, & Dæmonium.

### LOCVS IN QVO COLVNTVR. II

POrro locus in quo Deos colimus, templum, & fanum uocatur. quo uero Deus collocatur, ſacellum, et delubrū dicitur. Diligentiſsimi ſiquidem probatiſsimiq́; Authorum σηκὸν propriè Heroibus, Poëtæ uero etiam Dijs tribuunt, ut Tragici, ἁγνὸν εἰς σηκὸν θεοῦ. Sed quod ante ſacellum eſt, ueſtibulum: poſterior pars, poſtica: per quam ingredimur, porticus nominatur.

### EORVM QVAE COLVNTVR NOMINA. III

QVæ uero colimus, ſimulachra, ſtatuas, ſedes Deorum, monumenta Deorum, imagines, & imitatrices figuras, ſpecies, ſeu formas uocamus. Βρέτας autem, & δείκηλον pro receptis & uſitatis non approbo.

### DE ARA. IIII

SVpra quæ ſacrificamus, aut ignem incendimus, ara, acerra, focus, uel Veſta, ſic enim à nonnullis nominatur. proprie tamen prytanei locū, ubi æternus ignis incenditur, ſic appellaueris.

### LOCVS SACRIFICIORVM ſuſceptor. V

Eσχάρα quidem proprie craticula dici uidetur, in qua ſacrificamus Heroibus, ſed Poëtarum nonnulli etiam Deorum aram hoc nomine nominauerunt.

### LOCVS SACRORVM INTERIOR. VI

POrrò locus, qui intra ſacra uaſa uel * aquiminaria eſt, Diuinus, ſacer, conſecratus, deuotus, ſacroſanctus, & intactus dici- 1



UNIVERSITA

ctus dicitur. proprium autem huic uocabulum nunquam reperi.

VII LOCVS SACRORVM EXTERIOR.

Locus autem exterior communis, id eſt, quem omnibus adire licet, uocatur. prophanus enim potius de locis impuris, nullisq; ſanctis uſibus deputatis dicitur.

VIII DE ADYTO DIVINI LOCI.

Templi porrò locum quem adire non licet, adytum nominaueris, intactum, ſacroſanctum, tectum, uel obſcurum, & oracularem.

IX DE LOCIS DIIS CONSECRATIS.

Diis uero conſecrati loci ſunt, nemora, luci, & ſacra ſepta. hæc uero ambiens, circulus, ambitus appellatur.

X DE ASYLO.

Sed ſi aliquod Aſylum fuerit, latebram uocabis, & refugium ſacros terminoſſin, quibus ſeruis ſecuritas præbetur. Terra autem Dijs dedicata, ſacra tellus dicitur, & ὀργὰς, quam terram incultam, Deoq; ſacram interpretantur.

XI DE AEDIFICATIONE TEMPLORVM.

Templum autem ædificare dices, templo circumdare, templum erigere, conſtituere, facere, fanum extruere, & compoſita uoce νεωποιῆσαι. uſitatius autem dicitur, templum in imaginis honorem condere.

XII DE LOCATIONE STATVARVM.

Statuam præterea locare, conſtituere, collocare, inſtituere, erigere, deponere, templo imponere, Deo initiari, conſecrare, ſanctis uſibus dedicare, et commendare. Opus uero ipſum, locatio, dedicatio, conſtitutio, erectio, collocatio, inſtitutio, conſecratio, initiatioq; dicitur.

XIII DE CONTRARIIS.

Contraria autem ſunt, euertere, deſtruere, proſternere, demoliri, ſpoliare, templi ornatum confundere, incendere, comburere, flammis uaſtare, igni tradere, extirpare, præcipitare. Ipſum uero opus, euerſio, demolitio, præcipitatio.

De tem-



DE TEMPLORVM AEDIficatoribus. XIIII

Sed Artifices, qui templa & imagines parant, eos quidem qui templa extruunt, Lapicidas, Aedificatores, et Fabros nominabis. uſitatius tamen templorũ ſacrorumq; Operarij dicuntur, imaginũ uerò Fictores, non Sculptores modo, & Statuarios, ſed Deorum Fabros, & Dei Fictores iuxta Ariſtophanem eademq; ratione artem ipſam ſculptoriam, ſtatuariam, Deorum fictricem, non tamen Deificam uocato, quoniam hoc auditu durius eſt.

DE IPSO OPIFITIO. XV

Præterea Dei imaginem exprimere etiam uocabis, operari, imitari, repræſentare, formare figurare uero durũ eſt. inſuper, lapidem ad Dei imaginem excauare, exſculpere, membratim exprimere, effingere, & expolire.

DIVINORVM MINISTRORVM nomina. XVI

Deorum porrò miniſtri, Sacerdotes, Aeditui, Diuinarum rerum Procuratores, Prophetæ Subuates, ſunt autem ij qui ab alio oraculum acceptum promunt Sacrifici, Initiatores, ſacrorum Adminiſtratores, Purgatores, Vates, Diuini Vates, Sortilegi, Fatidici, Arioli, Sancti, Igniferi, Miniſtri, & Diuina Operantes. ſed θυηπόλος Poëticum eſt.

DE FOEMINIS. XVII

Foeminæ uerò Prophetiſſæ, Sacerdotes, myſteriorum Interpretes. tum etiam alia, quæ cum Viris communia ſunt, nomina ſortiuntur. Proprie autem Delphica Vates Pythia nominatur.

DE ORACVLIS, EORVM LOcis, & Viris. XVIII

Sed ſi Spiritus aliquis fuerit Vaticinans, locus quidem Diuinus, afflatus, deuotus, conſecratus à Deo occupatus, quo nomine & ipſum Vatem ſignificamus, qui prætera quoque dicitur, Numine afflatus, à Deo exagitatus, Bacchans, plenus Numinis, à Deo mutatus. Spiritũ porro nominabis, flatum Fatidicum, ſpiritum Diuinum,

Diuinum, Diuam auram, uentum ueridicum, uocemq́; Propheti-
cam. Cæterum uerba Vati contingentia hæc ſunt, detineri, abri-
pi, afflari, rebus Diuinis addici, debacchari, repleri Numine: ſed in
flari durius eſt. Ipſius uerò rei appellationes ſunt, detentio, Dei af-
flatus, commotio, animi deliquium, inſpiratio, furor, motus Diui-
nus, raptus, afflatio. à quibus et aduerbia deriuantur, ut Diuinè, &
cætera. Locus autẽ totus, Vaticinatorius, Fatidicus, & oracularis
dicitur. Opus porrò ipſum appellamus, oraculum dare, Vaticinari,
quod Atticorum nonnulli μαντεῦσαι uocant, prædicere, eloqui
effari, denuntiare. θεσπιῳδῆσαι uero Dithyrambicis magis uſita
tum eſt. prædicare, prænunciare, manifeſtare, futura docere, ora-
culum promere, Vaticinium dicere. ἀντλεῖν autem pro Vaticinari
dicunt Iones, Prophetare, oraculi reſponſum reddere. Res autem
ipſa, Vaticinium, ſortilegium, dictum, uox Diuina, prædictio, ora
culi redditio, oraculum, denuntiatio, Diuinatio. Et interpretari ea
quæ oraculis prædicta ſunt, uel oraculis denunciata, oraculis præ-
dicata, prænũciata, et Diuinitus manifeſtata. Propriè autẽ Delphi
2 cum oraculum, Pythiũ. & hoc conſulentes * θεωροὶ nominantur.

### XIX DE ARTE VATICINANDI.

ARs autem ipſa appellatur, Vaticinatoria, Prophetica, & o-
racularis. Hac uero utentem, Prophetam, Vatem, Fatidi-
cum, Sortilegumq́; uocabis. θεσπιῳδὸς uero Poëticũ eſt. Præte-
rea alio modò dices, uox uenit Diuinitus, à Deo Vaticiniũ uenit,
aduenit ſors, oraculum excidit, Vaticinium allatum eſt, Deus re-
ſpondit, Deus dedit oraculum, proſa oratione reſpondit, uel car-
mine hexametro, & his ſimilia. Quibus addenda hæc, Dei oracu-
lum conſulere, Diuinã uoluntatem ſcrutari, Deum inuocare, Diui
næ uocis ſtudioſum eſſe. Item, Numine abreptus, Apollinis Numi-
ne imbutus, Muſis initiatus uel Nymphis. à Pane uerò, aut alio
Deo detentum, & abreptum uocamus.

### XX DE HIS QVI DEOS COLVNT.

QVisquis autem Deos legitime ueneratur, pius uocetur, Dei
amans, ſanctus, ſacrorum ſtudioſus, feſtorũ amans, Sacri-
ficus,



ficus, Deos curans, Dijs adhærens, Diuinis innitens oraculis, Deo
rum cultor, Diuinus, Diuus, religioſus, Diuina loquens, afflatus
Numine, ſacer, conſecratus, à Deo dilectus.

### DE PIO, ET IMPIO. XXI

SEd qui maxime Deorum cultu detinetur, Deos uenerans ti-
mensq́; dicitur. Βλεπιδαίμων uero, quod Deos curantẽ ſi-
gnificat, Comicum eſt. Huic autem contrarius, Dei negligens,
prophanus, impius, irreligioſus, nefandus, Dei oſor, Deorum con
temptor, Diuinas res innouandi ſtudioſus, impurus, execrabilis,
immundus, Dei obtrectator, θεοσυγὴς autem Tragicũ eſt. Ipſius
porro rei uocabula, illius quidem religio, ſanctitas, Deorum cu-
ra, Diuinus cultus, pietas. φιλοθεότης uerò durius eſt. huius uero,
impietas, iniquitas, Dei contemptus, temeritas in Deum, & Dei
neglectus. Sed ipſa uerba ſunt, pietati ſtudere, ſanctimoniam cu-
rare, colere, uenerari, honorare. contrarium autem eſt unicum
ἀσεβεῖν, id eſt Dei cultu non tangi, ἀνοσιουργεῖν enim ad alia re-
fertur. Quibus ſi aduerbia addenda ſunt, ad Pios quidem perti-
nent, ſancte, Diuine, religioſe, pie, & cætera. ad Impios uero,
impie, impure, irreligioſe.

### DE SVMMO TEMPLO. XXII

SVmmum autem templum, Palatiumq́; uocabis, uenerandum,
Diuinum, ſacrum, horrendum, terribile, prædiues, antiqui-
tus ditatum, opulentũ, diues, copioſum, auro argentoq́; luxurians,
& diuitijs ſplendidum.

### DE COGNOMINATIONE DEORVM. XXIII

DIi cœleſtes, Cœlites, Cœlicolæ, Aetherij, Aerij, Terre-
ſtres, & ijdem terræ Gubernatores, Marini, qui & Ponti
ci, Subterreſtres, terram Incolentes, Subterreſtres, Lares, Tute- στράτιος proprie
lares, Paterni, Hoſpitales, Tribules, Forenſes, Fructiferi, Belli- Iouis epi-
coſi, trophæorum Domini, ſupplicum Tutores, malorum Depul- theton.
ſores, *, Auerſores, Defenſores, Mundi, Puri, Fugatores, Saluato 3
res, Securi, Homicidæ, Expiandi, Natalitij, Nuptiales, plantarum
Cuſtodes, frugum Seruatores. multa uero horũ Ioui propria ſunt,

quemadmodum & Pluuialis, cœlitus deſcendens. Athenienſibus etiam tribuũ Cuſtos dicitur. Tum Nubicoga, uel nubiũ Congregator, quæq; his ſunt ſimilia, Ioui tribuuntur. ſicut et terræ Concuſſorem, & ἐνοσίχθονα à Poëtis Neptunum appellari uidemus.

XXIIII

## DE ACCEDENTIBVS AD DEOS.

ADire autem Deos dicimus, purgatum, expiatum, lætum,
aſperum, mundatum, lotum, caſtum, purum, mundum, ſan
ctum, puræ mentis hominem, ſub noua ſtola, in nuper lota ueſte
adire Deos, congredi cum Deo, Dijs ſupplicare, extẽdere manus,
in Deorum uenire colloquium, Deos exhortari, Deos inuocare,
implorare Deos, bona à Dijs poſtulare, ad Deos confugere, uene-
4 rari, * obteſtari, uel ſupplicẽ eſſe, ſupplicare, Dijs immolari, ſacri-
5 ficare, ſacra facere, boues offerre, * hecatomben adducere, ſacra
adminiſtrare, Pæanas canere, hymnum decantare, ſacrorum pri-
mitias ſoluere, thus * adore, ſuffire, aromata igne reſoluere. Aro-
mata uero ipſa, et ſuffimenta uocantur. Sed Thucydides & Caſta
ſacrificia nominauit, ad ſanguinolenta, mactataq; myrrham, &
tus imponens. ſacra ad aras ſiſtere, cruentare aras, decimam of-
ferre, uouere. de boue, aut alio quopiam libare. delibare, coronare,
redimire, afferre corollas, myrrhinam coronam offerre, immolari,
ſacrificare, uiſcera imponere, placentas inijcere, inteſtinis ſacrifi-
care, uictimam cædere, ſacris præeſſe, decimam perſoluere, uiſce-
rum primitias dare, decimam deponere, anathema facere, tem-
plo dedicare.

* Conſecrare

XXV

## DE DONIS SACRIS.

OBlationes autẽ, & dona ſacra plerunq; ſunt, coronæ, phialæ, pocula, turribula, aureæ argenteæq; phialæ, cyathi, amphoræ. Pythia etiam plateas nidore perfundere iubet. Primitias offerre, primitias ſoluere, liba, popana, placentã, coronas, molas, placẽtulas, imagines, germina, myrthos, flores. Pæaniſare, Pæana canere. ululare uero, et ululatũ attollere, muliebre eſt. Ipſa porro res, ſacrum, boum uictima, ſacrificium, inuocatio Deorum, imploratio, interceßio, congreſſus, ſacri adminiſtratio, immolatio, ſupplicatio,

Iuuenalis, Scilicet & tenui popano corruptus Oſyris.



catio, libamẽ. ab aris autẽ fumus aſcendens nidor, uaporq; dicitur.

## DE ADDVCTIS VICTIMIS. XXVI

ADductæ præterea uictimæ, ſacra, integra, indiuiſa, perfecta, ſana, innocua, omnia & recta membra habentia, non mutila, nec imperfecta, nec nociua, neq; cornibus carentia, neque contorta. Solon uero ἔμπυρα etiam ἀφελῆ nominauit. adducendi etiam boues indomiti, tum notandum ſacrificiorum carnes θεόθυτα uocari.

## * HISTORIA. *XXVII

CAeterum ut te nonnihil recreem, quoniam hoc docendi genus & obſcurum, & faſtidioſum eſt, non abſurdum fuerit, Fabulæ alicuius uenuſtatem delectationis cauſa adiungere. Quod ſcilicet circa Bœotiam μῆλα Herculi ſacrificent (non uero ut Poëtæ per μῆλα oues, ſed fructus dico arboreos) hac nimirum de cauſſa. ſtata quædam erat publica Dei ſolennitas, & ſacrificandi inſtabat tempus, uictima autem aries erat, quem qui adducebant inuiti cunctabantur, Aſotum enim fluuium repentinis auctum inundationibus tranſire non poterant. Iuuenes uero qui feſto ſacris ue intererant, per luſum ſacrificij ritũ compleuere. maturum enim malum arripientes, quatuor, quæ pedum loco erant, bacilla ſubdiderunt, duo uero ueluti cornua appoſuere, & ſecundum Poëtas malum hoc tanquam ouem obtuliſſe dicuntur, nec Herculi ingratam fuiſſe uictimam, & propterea huc uſq; hunc ſacrificij ritum permanſiſſe. A Thebanis porro, Bœotijsq; malorum Hercules, nomen hoc ex ſacrificij ritu ſortitus, appellatur.

## DE HIS QVAE ANTE SACRA PVRgantur, & immundis. XXVIII

QVæ uero ante ſacella ſunt, aquiminaria, piacula, purgationes, luſtrationes, purgatoria, purgatores, & qui his utuntur, mundi. qui uero contra, immundi. ſicuti immundis & hæc contraria ſunt, ſanctè, purè, caſtè accedentes. impuri autem, & polluti, immunde, impuriter & prophane omnia facientes, polluti, perpolluti, execrabiles, impure accedentes, inquinati. Res porrò

*ipſæ, illa quidem, ſancta, munda, ſacra, caſta, pura, intacta. contraria autē, impura, deteſtabilis, prophana, polluta, inquinata, impuritas, abominatio. Alterius etiam ſignificationis ſunt, expiare, impuritatem eluere, ſcelus auertere, abominatione liberare, & ſoluere, amoliri, ablegare.*

XXIX. DE SACRORVM INSTRVMENTIS.

SEd quæ ad ſacrificiorum adminiſtrationē faciunt, hæc ſunt, pyræ, cultri, mucrones, bipennes, uerua, uanni, caniſtra, gutturnia, uel lebetes, πεμπώβολα uerò, ὀλοχύται, & his ſimilia Poëtica ſunt.

XXX. DE TEMPORIBVS FESTORVM, ET feſta celebrantibus.

TEmpora porro ſacra ſunt, panegyri, feriæ, calendæ, Theophania, Theoxenia, & dies μεθέορτοι iuxta Antiphontem: Et homines feriantes, Panegyraſtæ, feriarum amantes, feriarum participes, & iiſdem Panegyris conuenientes. Panegyros autem uocabis perfectos, communes, publicos, & epulas publicas, ſolennia conuiuia, & uiſcerationes. in huiuſmodi uero conuiuiiſq;, uiſcerationibusq; primas tenere partes πρωτοθοινία dicitur. Verba uero ſunt, epulari, conuiuari, panegyros congregare, feriari, communes epulas, & uiſcerationes habere, ferias participare, libamina, et ſacra communicare, conſociati, confœderatos fieri, & poculorum eſſe participem.

XXXI. DE MYSTERIORVM INITIATOribus, & initiatis.

SInt præterea eiuſdem ſpeciei & hæc, myſteria, ceremoniæ, orgia, Myſtæ, ſacrorum Principes, Initiatores, orgiorum Duces. & ſacris inſtruere, ſacris præeſſe, ſacris initiari, orgia celebrare, conſecrare, res diuinas peragere. uſitatiora uero ſunt, τελεσιουργεῖν, & τελεσιουργία, quæ perfectam ſacrorum adminiſtrationem ſignificant. Ceremoniarum Doctores, Faciferi, Præ-
8 cones, Caduceatores, Sacerdotes, Sancti, * Igniferi, hymnorū
9 Cantores, uel Cātatrices. Porro * κηροτρόφος, ἰακχαγωγός, δαειρίτης, quæq; his ſimilia ſunt, Atticorū ſunt propria. Porro Initiatus dicitur Conſecratus, Dedicatus ſacris, orgiorum Myſta, quemadmodum hic contrarius eſt, Prophanus, Immundus, orgiorum Expers. Dicuntur etiam myſticæ indutiæ, & dies myſtici, quemadmodum & ſancti, ſacri, quieti, conſecrati, Diis dedicati, ſacroſancti, & ſolennes dicuntur. ipſa uero myſteria, & orgia, ceremoniæ, myſticæ operationes, perfectæ ſacrorum adminiſtrationes, & feriæ uenerandæ nominabantur.

XXXII DE FESTIS A DIIS QVIBVS CONſecrata ſunt, denominatis.

MVſarum feſta Muſæa, Mercurii Mercurialia, Iouis Iouialia, & Pandia. Mineruæ Panathenæa, Iunonis Iunonia. Cereris Cerealia, Theſmophoria, et Eleuſina. Proſerpinæ uero apud
Siculos Theogamia, & * Floralia, Dianæ Artemiſia, & Epheſia. 10
Saturni Saturnalia, Aeſculapii Aeſclepeia, Apollinis Delia, Hecates Hecateſia, Trophonii Trophonia, Caſtoris & Pollucis a-
pud Athenienſes * Anaceia. His etiam pomparum ſolenniū, et cer 11
taminum appellationes poterunt coniungi, ut Olympia, et reliqua.

XXXIII DE HYMNIS DIIS QVIBVSDAM peculiaribus.

CAntus porrò in Deorum honorem compoſiti, Pæanes in genere, et hymni dicuntur. proprie tamen Dianæ hymnus Hypingus, Apollinis Pæan, utrorumq; ſimul Proſodia. Bacchi Dithyrambus, Cereris Iulus dicitur. ſed Linus, & Litierſes Foſſorum, & Ruſticorum carmina ſunt. His etiam coniungendos cenſeo Deos iuriſiurandi Tutores, dare iuſiurandum, iurare, ὀμόσαι uero etiam fideiubere ſignificat, Iurare in fœderum pacta, iuſiurandum. iuramento * aſtricti, iuramentum præſtare, iuro, iuratos, & ὁρκιτόμους, niſi hoc durius eſt, ſancte iurare, iuramentis confirmare. iuſtum, adiuratum, iuramenti obſeruatio, periurium, periurum, iuramenti contemptorem. iuſiurandum petere, ſacramento adigere, iureiurando aliquid teſtari, legitime aliquid affirmare, iuſiurandum, iuramento obſtrictum, iuriſiurandi religione intactum, Diis

* aſtrictos.

periurare, iurare iuramenta horrenda. Tum & Deum uocamus minacem, graues minas inculcantem, iracundum. Et de Dijs quidem hæc ſufficiant.

## I CAPVT SECVNDVM, DE REGIIS NOMINIBVS.

IN Regis laudem dices, Pater, blandus, manſuetus, iucundus, prouidus, æquus, humanus, magnanimus, liber, diuitijs imperans, affectibus carens, ſui compos, uoluptati imperans, rationalis, ingenioſus, ſolers, circumſpectus, conſultus, iuſtus, ſapiens, religioſus, hominum tutor, firmus, conſtans, infallibilis, magnanimus, robuſtus, ſtrenuus, laborioſus, ſubditorum curam gerens, Saluator, beneficus, ad uindictam tardus, ſecurus, erroris expers, immobilis, diligens iuſtitiæ obſeruator, comis, ad colloquium facilis, colloquia admittens, mitis, lenis, ſubditorum defenſor, militiæ ſtudioſus, bellicoſus quidem, ſed belli oſor. pacis amans, pacificus, pacis cuſtos, doctus, Princeps, uel Primarius, Legislator, ad beneficia natus, Diuinus. ſunt & alia multa, quæ integra ſententia facilius, quàm unico uocabulo efferuntur.

### II DE TYRANNO.

VItuperans uero dices, tyrannicus, crudelis, beſtialis, uiolentus, auarus, opum ſtudioſus. & Platonicum illud ἐρασιχρήματος. rapax, & Homericum illud δημοβόρος, id eſt populi deuorator, contemptor, ſuperbus, difficilis, ad colloquium durus, aſper, iracundus, maleuolus, ſtolidus, turbulentus, uoluptatibus ſuccumbens, intemperans, impotens, ratione carens, hominum oſor, iniuſtus, conſilij expers, iniquus, prophanus, inconſultus, leuis, inconſtans, fallibilis, lubricus, immitis, cupiditatibus deditus, prodigus, contumelioſus, bellorum motor, grauis, moleſtus, effrenis, & intollerabilis.



## CAPVT TERTIVM, DE CELERITATE, ET TARDITATE AD OPERA. I

DE non cunctante hæc dicito, promptus, paratus, propenſus, induſtrius, celer, uelox, intentus, laborioſus, nõ tergiuerſans, occaſione utens, uigilans, diligens, nihil procraſtinans, aut in aliud tempus reijciens. Contra autem dicimus, tardus, cunctator, quietus, ſegnis, languidus, indiligens, debilis, ignauus, cunctabundus, differens, procraſtinator, tergiuerſator, occaſionem negligens. Res uero ipſæ, illius quidẽ ſunt promptitudo, uelocitas, uigilantia, alacritas, diligentia, celeritas. huius autem ocium, cunctatio, quies, tarditas, procraſtinatio, pigritia, ignauia, mora. nam & τριψημερεῖν dicitur, ſed mihi non placet.

## CAPVT QVARTVM, DE TINCTVRA FIRMA, ET NON FIRMA. I

DE tinctura firma dices, tincta, indeficiens, ſtabilis, conſtans, continens, ſolida, indelebilis, elotu difficilis, impoſsibilis detritu, florens, florida, florulenta. ſed de contraria huic, infirma, elotu facilis, euanida, facilis abſterſu, debilis, flore carens. Tum & tinctura deficit, dici ſolet. Ipſum porro opus, eluere, detetere, abolere, & abſtergere nominatur.

### * HISTORIA DE PVRPVRA. *II

NE uero unum idemq; docendi genus reſpiciens tædium concipias, delectationis cauſa, quo pacto purpura inuenta ſit, exponam. Hercules (ut Tyrij tradunt) Nymphæ cuiuſdam indigenæ, cui Tyrus nomen fuit, amore captus eſt. hunc uero, ut apud Veteres mos erat, ſequebatur canis. ſcis etenim quod canes cũ Heroibus conciones ingrediebantur. canis autem Herculeus, repentem in petra quadam purpuram conſpicatus, prominentem eius carnem mordicus arripuit, ipſamq; carnem comedit, ſanguis uero canis

Vnde et apud Homerum Odyſſ. β, Telemachũ canes in concionem ſecutos legimus.

nis labia cruentans, rubore infecit phœniceo. Vt autem ad puellam Heros peruenit, hæc canis labia inſolito colore tincta conſpiciens, Herculi poſthac, niſi ipſi ueſtem caninis labijs ſpecioſiorem afferret, congreſſum negauit. Hercules itaq; animal inuenit, cruorem collegit, & Amicæ munus attulit, primus (ut Tyrij teſtantur) Phœnicij coloris inuentor. Cæterum nunc Phœnices animal hoc ſic capiunt, lanamq́; tinctam inſtar florentis exhibent. funem enim complicantes & longum, & ualidum, qui per mare tranſire poſſit, cui tintinnabulorum inſtar certo quodam ordine, & interuallo uaſa aliqua è ſcirpo funibusq́; contexta appendent, quorum ingreſſus quidem patulus, (ſcirporum etenim funiumq́; capita de induſtria prominere ſinunt, ut ingredienti animali ad intrandum, & dirimendum facilia ſint,) regreſſum uero, & conuerſionē non permittunt. & hæc eſcis impleta purpurarum Venatores inter ſaxoſa loca demittunt, funem à ſilice quodam ut capta animalia ſuſtineat, ſuſpendentes. hisq́; per noctem & diem nonnunquam relictis, poſtea conchis referta ſubtrahunt. quarum contundentes teſtas, & carnem ad tingendum liquefacientes, ſordibus cunctis aqua elutis, in feruente lebete animal marinum excoquunt. Cæterum ſanguis hic ignis uiribus conceptis feruet, floretq́;, & alius quidem colore flauo, alius nigredine ſplendet, aliusq́; alium colorem attr hit. cum autem remiſeris, omnia hæc ſanguini commixta ad tincturam eandē faciunt. in primis uero ſole purpura gaudet, ſuperioris enim ignis radio infecta, anguſta magis ſplendidiorq́; redditur.

I

## CAPVT QVINTVM, MERCATORVM, ET MECHANICORVM nomina.

MERCATORES, Inſtitores, & Propolæ di
cuntur, qui ſtantes aliquid agunt. ſedentes uero
12 * Sedentarij, ipſorumq́; ſtudium mechanicum, &
manuarium dicitur. Operarij, Manuarij, Chirur
gi, manibus uictum quærentes, Opifices. hinc fit
ars



ars manuaria, chirurgia, et opificiū. Sedentarij, Artifices. * χειρο 13
γάστορες uerò Hecatæus dicat, & χειρώνακτις Herodoto ad futurum ſeculum concedamus.

## CAPVT SEXTVM, DE FOELICITATE ANNI, FOECVNDITATE, & contrario. I

FERTILITAS, copia, anni fœlicitas, fœcunditas, fœlix prouentus, copioſus prouentus. & ſi quis torquere uelit uocabula, dicat πολυσιτία, id eſt frumenti copia. ſucceſſus telluris, & fœcunditas. celebratione digno exiſtente frumenti foro, pleno foro, frumentis cumulatim effuſis, iuſto exiſtente frumenti pretio, frumenti pretio imminuto, & extenuato, uitæ neceſſarijs liberaliter prouenientibus, abunde iacentibus bonis, copia in foro exiſtente, facillima exiſtente frumenti diſpoſitione. frequēte foro, & abundante. et aliter, terra iuſta circa prouentum, fœcunda exiſtente tellure, agris Ruſticorum labori reſpondentibus.

### DE STERILITATE. II

COntrarium autem dicitur fames, ſterilitas, infœcunditas, fructuum carentia, indigentia nutrimentorum, defectus neceſſariorum, frumenti penuria, annonæ caritas, egeſtas fructuum, inſurgente tritici pretio, aucto frumenti pretio, non exiſtentibus neceſſarijs, deficientibus ijs quibus in dies utendum erat, non exiſtentibus nutrimentis, inopia laborante foro, caro exiſtente foro, ſterili terra exiſtente, iniuſta tellure, terra Colonis reclamante. et aliter, tellus Agricolis contraria, uel aduerſa fuit, nō obtemperauit, non reddidit fructus. Dicere præterea licet, aër agros incendit, ſpicas euacuauit uentus, aqua fructus non enutriuit, imber fructus diſſipauit, ariditas infregit, tellus irrigationibus fuit deſtituta, fructus ſiti laborarunt, rubigo fruges inuaſit, aut pruina, aut calamitas.

## I CAPVT SEPTIMVM, OCCASIONVM NOMINA, ET TEMPORVM.

ANNVS, duodecim menſium tempus, ſolis circuitus, Deo ex horis in horas tranſeunte, circulo ſyderis circumuoluto, * dimidiũ anni, biennium,
14 Dimidium anni tempus. & bimus uſque ad decennis, & ſic de omnibus, & trimus uſque ad decennium, nam uſque ad decennium dum de tempore dicuntur, accentum in penultimam recipiunt: cum uerò ad puerum, uinum, plantam, & alia huiuſmodi referuntur, in ultimã accentus cadit, ut διετὴς uſq; ad δεκαετής. Sed ἑνδεκαετὴς mihi durius eſſe uidetur, ſolutis uero dictionibus melius dici, ut unũ & decem annos natus, & δυωκαίδεκα, id eſt duodecim coniungendo cum καὶ, & coniunctioni accentum acutum inſcribentes. hinc τρισκαιδεκαέτης, quod tredecim annos natum ſignificat, παροξύτονον eſt. et rurſum annorum quatuor & decem, et quatuordecim annos natus. Deinde quindecim, ſedecim, aut ſeptendecim annos natus dicitur, quæ apud Græcos omnia παροξύτονα ſunt. et rurſum octodecim annos natus, & nouendecim ſimiliter ipſi duodecim. deinde annos natus uiginti, & reliqua, unum & uiginti, & ſic ordine ſecundum minorem numerum ſimiliter uſq; annum trigeſimum. deinde triginta annos natus, & rurſum iuxta minorem numerum. & hinc quadragenarius, quinquagenarius, & ſic de reliquis. & triginta annorum induciæ, et cætera. Dicendum etiam ineunte anno, præſente hoc anno, hoc
hornum. anno, in annũ, *τῆτες, ab hinc anno, exeunte anno, prætereunte, præteracto, elapſo, deſinente, deficiente, tranſeuntibus horis. aut anno futuro, progrediente anno, ueniente, adeunte, accedente, in proximum annum, anno ab hinc tertio, tertius hic annus, aut quartus, & ſic ſimiliter iuxta numeros præteritum tempus efferes. Fructus autem dicitur annuus, Infans uero anniculus. feriæ autem anniuerſariæ, quæ anno elapſo celebrantur. διετήσιος autem dicuntur eæ, quæ per totum annum habentur, quas Homerus ἐπετήσιον uocat. ἐπιδιετὴς autem pubeſcens dicitur, aut qui duobus annis





annis ex Ephebis abijt. Cum autem Heſiodus dicit, ἡ δὲ γυνὴ τέτορ' ἡβώη, Quatuordecim annos intelligit, decem adnumeratis. Dicitur etiam hoc eodem anno, & annua. & διενιαυτίσαι, toto anno alicui operi incumbere. ἀπενιαυτίσαι uero eſt annum fugere, uel ab aliqua re per annum ceſſare. Tempus autem πολυετὴς, id eſt multorum annorum, dicitur, aut homo, aut uinum. & ſimiliter ὀλιγοετὴς, id eſt paucorum annorum ſpacio conſtans.

### DE HIS QVAE A' MENSIBVS SVNT. II

A' menſibus uero dicuntur, uictus menſtruus, & μηνιαῖον, triginta dierum tempus, & tempus ſemeſtre.

### DE PARTIBVS ANNI. III

PArtes uero anni uocamus, ineunte anno, medio, & deficiente. uel primo anno, & nouo, florente anno, medio anno, ceſſante, & deſinente.

### DE QVATVOR TEMPORIBVS. IIII

ET tempora ſunt, hyems, hyemale tempus, hybernũ tempus, tempus anni, autumnus, uer, uernum tempus, æſtas, æſtiuum tempus. autumnale tempus, autumnus, autumni tempus, proprie uero hoc tempus ὀπώραν, id eſt autumnum, uocant, ut ὅς ῥά τ' ὀπώρης εἶσι. Vſitatius autẽ eſt, æſtatis uigor, uere ceſſante, uere ineunte, uere florente. & ut Thucydides inquit, Circa frugum prouentum: frumento recenti adhuc, & circa fructuum florem. Et à fructuum temporibus ducuntur quædam, ut tempore uindemiæ, tempore meſſis, tempore ſementis, & circa frugum congregationem, uitibus parturientibus, olea nigreſcente, et florente terra. & aliter, uer, zephyris flantibus, æſtas, eteſijs ſpirantibus ab aſtris, Boote exorto, Canicula ſtella apparente, circa Pleiadum ortum, Pleiadibus occidentibus. Aeſtatem autem peragere uocamus æſtiuare, à uere autem ἐαρίσαι, & ἐνεαρίσαι. ab hyeme hybernare, & loca hyberna. μετοπωρίσαι uero inuſitatum eſt, ſed ob ſuperiorum ſimilitudinem etiam hoc uti licuerit.

V DE PARTIBVS MENSIS.

15 PArtes uero menſis ſunt, * inſtans, medius, & præceps, ut ſecundum has tres decades diuidatur. & prima dies nouiluniũ, à ſecunda uero die uſque ad primam decadem τοῦ ἱσαμένου præponendum eſt. diem uero quintam poſt decimam Heſiodus Mediam appellat, decimam quintam intelligens. nos uero dicamus, undecima, duodecima, & ſic uſque ad uigeſimam. primam uero ab hinc dicimus uigeſimam primam, hæc uero ipſa etiam nona menſis præcipitis dicitur, nouem enim ſuperſunt poſt uiceſimam primam. & ſic ſimiliter à prima uſque ad triceſimam, quam Attici ἔνην καὶ νέαν uocant, etiã Homero dicente, ut hoc quidem menſe exeunte, illo uero incipiente. Diuidenti uero menſem in tres partes, tertia eius pars διχήμερον dicitur.

VI DE HIS QVAE A DIEBVS dicuntur.

QVod uero ſingulis diebus fit, quotidianum uocamus. quod autem tota die fit, diurnum, aut πανημέριον, ſicut totius noctis opus, nocturnũ, aut παννύχιον. quod uero uno abſoluitur die, hodiernum eſt. Et eodem die per eandem redire uiam, αὐθημερίσαι dicitur, ſed per totum diem aliquid agere, ἡμερεῦσαι. ſicuti de Mechanicis Plato dixit, Ad ignem ἡμερεύοντας: Dicitur etiam, diem totum in aliqua re, aut homine conſumere. & tota die 16 currens, * ἡμεροδρόμος. quod uero in diem ſequentẽ non durat, hodiernum. ſed quod præter unum diem manet, παρήμερον, ἐπήμερον. Dicere porro licet, ſequente die, die præterito, die elapſo, priore die, & heri. ſed in hoc factum, heſternum, & pridianum. De præſente die dicimus, hodie, dies inſtans, uel hodiernus. ſequens, craſtinus, poſterior, & futurus uocatur. diem autem ſequentem Heſiodus, ut conijcere licet, ἔνηφι uocat, niſi forte triceſimum intelligat: propriè enim Athenienſes triceſimos de ultimis dicunt. Vſitatius autem eſt ad ſequentium dierum notationem præpoſitione in uti, ut in diem craſtinum, & ſequentem, in diem tertium, in diem quartum. Dicitur etiam in diem dictum, pro





eo quem nos conſtituimus. in diem definitum, in diem conſtitutum. Sed & alicui certæ rei deſtinatus dies, principalis uocatur. Cæterum Rhetores diei uocabulo omiſſo, ſimpliciter, Veniente, conſtituto, ineunte, conſtituto dicere conſueuerunt, die enim ſubintelligitur. Præterea de preteritis diebus dicimus, tertius hic eſt dies, tertius iam agitur dies, & ſic de reliquis.

DE PARTIBVS DIEI. VII

PArtes autem diei ſunt, * ante diluculum, diluculum, oriente 17 die, apparente, ſub primam auroram, oriente ſole, circa ſolis ortum, mane, matutino diei tempore, media die, circa meridiem, ſole in uertice exiſtente, ad meridiem, inclinato Phœbo, crepuſculum, crepuſculum ueſpertinum, tempore meridiano, tempore ueſpertino, ſole ad inferiora declinante, ſerotino diei tempore. πρωιαίτατον uero, & ὀψιαίτατον non de diei partibus, ſed tempore dicitur. quemadmodum & celeriter, & tarde, de ijs qui aliquid ante, aut poſt tempus faciunt, ut ante ætatem militarem, præcocius, præcociſſimum. & poſt ætatem militarem, ſerotinum, magis, & maxime ſerotinum. circa ſolis occaſum, ueſpera, cum iam obtenebrata eſt terra, & tenebræ irrepſerunt.

DE PARTIBVS NOCTIS. VIII

NOctis uero partes, noctis initium, circa primam noctem, nocte incipiente. prima uigilia, ſecunda, et tertia. uel iuxta Homerum, Circa primam partem: aut primi ſomni tempore, niſi hoc nimis fuerit ſordidum. media nocte, circa medium noctis, ſub crepuſculo, quod Homerus uocat νύκτα ἀμφιλύκην: id eſt Antelucanam: circa gallicinia, gallis canentibus, circa gallorum cantus. Nocte uero aliquid facere, lucubrare, & nocturnæ cuſtodiæ. tota uero nocte occupatũ eſſe, * perlucubrare. circa ueſperam ali- Pernoctare quid facere, προσαγρυπνῆσαι, ἐφεσπερεῦσαι, ἐφεσπερεύσασθαι. ſed ante diluculum ſurgere, eſt ἐπορθρεύσασθαι. Hora uero, et ſeſquihora, ſignũ, ut Menandrus ait, apud Veteres erat, ſolis umbra repræſentatum, ut decem pedum umbra, aut undecim pedum. Sunt etiam temporis aduerbia, tunc, olim, quando, cum, tum, tam

diu, dudum, iam olim, paulo ante, diu, mox, tardius, paulo poſt, nuper, quod eſt paulo ante. ſunt & alia multa huius formæ.

## I CAPVT OCTAVVM, DE DOMO, ET INHABITATIONE.

AGEDVM etiam ea, quæ domus ſunt conſyderemus, domus, domicilium, habitatio, habitaculũ, manſio, hoſpitium, diuerſorium, ſedes, hoſpitum receptaculum, locus hoſpitalis, aula, domus uoluptuaria. tum etiam tugurium, et tabernaculum. Ha-
18 bitare, inhabitare, degere, uerſari, diuertere, immorari, * tendere, domus aream deſcribere, hoſpitari, tuguria inhabitare, & extruere. Sed ἐνδιαιτήματα, & καλύβαι, ſicut etiam cœnacula, non neceſſarias, ſed uoluptuarias habitationes ſignificant. Hoſpes uerò tam ſuſcipiens, quàm ſuſceptus dicitur, proprie tamen ſuſcipiens ξενοδόχος appellatur. aliter uero ædium Dominus, Paterfamilias. Dores uero, Aeolesq; ἑστιοπάμμωνα, id eſt Patronum, uocant, nonnullis & Nauclerus dictus eſt. & diuerſorij mercedem, naulum, ſicut ἐνοίκιον, quod non modo multis, ſed etiam Veteribus in uſu fuit, & à nonnullis στεγανόμιον merces cauponi data dicitur. Dices uero conducere domum, & elocare, quod Herodotus ἐκδιδόναι dixit, ut Conducebant aulam παρ᾽ οὐκ ἐκδιδόντος id eſt à non elocante.

## II DE PARTIBVS DOMVS, & ianuis.

PArtes uero domus, atrij ianua, hortenſis ianua, ἀμφίθυ-
19 ρος, quam Homerus * ὀρσοθύρην, Ianuã, qua ad locum ſuperiorem aſcenditur, uocauit, ut multi ianuam obliquam uocant. deinde pauimentum, & ſolum, ſunt partes circa ianuam. Cardo uero eſt, in quo ianua uertitur. poſtes uero ligna ſunt ex utroq; ianuarũ latere, quæ etiam παραστάδας uocant. Ipſas uero ianuas Homerus σανίδας, id eſt Valuas, appellat. quod uero ſuper ianuas eſt, ſuperliminare: eius uero prominens pars, grunda, & imbricamentum dicitur.

MVNI-



## MVNITIONES. III

AD Munitionẽ autem adhibita clauſtra ſunt uectes, claues,
ſeræ, obices, * Βαλανάγραι. Annulũ autem oſtij, quem 20
alij κόρακα, Homerus κορώνην uocat. Odyſ.

## INGRESSVVM, ET EGRESſuum nomina. IIII

INgredientium uero eſt ueſtibulum, porticus, & hanc alij πυλῶνα, καὶ θυρῶνα uocant. Ianitoris autem habitatio, πυλώριον dicitur. Deinde eſt domus, aulaq; anterior· interior uero atrium, uel aula, quam Homerus αἴθουσαν uocat.

## QVAE INTRA VESTIBVLVM, ET quæ per columnas feruntur. V

LOcum uero qui columnis ſeptus eſt, περι ίονα uocabis. columnam enim & κίων ſignificat, Attici uero περίστοον uocant, pars autem eius στοὰ dicitur, στοὰ enim latus uocatur, ſed uſus huius dictionis uarius eſt. Habitationum uero ſunt ueſtibulum, domus, domuncula, & cubiculũ, quamuis Menander hoc Barbarum putet, ſed Ariſtophanes hoc fide dignior Author in Aeoloſicone inquit κοιτὼν, id eſt Cubiculum omnibus unum, unuſq; ſcyphus ſufficiet: ἀνδρὼν, ubi uiri conueniunt, dicitur. & conſeſſus, in quo conſident. Sympoſium uero ex ipſa re denominatũ, etiam conuiuium dicitur. Cubiculum porro, tricliniũ, pentaclinium, decacliniumq; dicitur, iuxta proportionẽ ſcilicet magnitudinis lectulorũ numerum aſſumens. tum & gyneium, thalamus telarum, domus operoſa, domus piſtoria, ne piſtrinum ſordido magis uocabulo nominemus. deinde coquina, culina, ereſus, reconditoria, penus, theſauri, carceres. Sed Xenophon στέγανα, & στέγην quoque dixit, ut ὅσα δ᾽ οὐδ᾽ ἐν δεκακλίνῳ μεγαλοστέγει. & rurſum στέγανα, Frigida, et euitanda: Sed quod pedibus ſubeſt, pauimentum. quod capiti obtenditur, faſtigium, tectũ, culmen, ſubtegulaneum. unde et intectum, & tectum habens, cacumen, et uertex. à quibus ὑπερωρόφιον, quod ſupra culmen eſt· & ὁμωρόφιον, quod ſub eodem latet tecto, aut culmine latet, dicuntur. Quæ autem inter

uerticem

uerticem ſummum, & tectum eſt pars, παρωροφίς. & quæ ſuprà culmen, teges dicitur. quæ uero in hoc ad imbrem arcendū prominent, imbricamēta. Præterea et ſolaria, et cœnacula dicuntur. ſolariorū autē, aut ſuperiorū domuū prominentiæ ſupra inferiores muros exertæ, ſuggrundæ dicuntur. & quibus hæc innituntur ligna, γεισίποδας uocamus. ἀμείβοντες autem trabes ſunt ex utroq; muro inuicē ſuffultæ, ad mediū ſummi cacuminis onus ſuſtinendū.

## I CAPVT NONVM, DE NAVIBVS, ET NAVTICIS nominibus.

NAVIGIVM, nauis, nauis oneraria, ſcapha, nauis decem millia hominum uehens, μυριαγωγὸς uero ſordidum eſt. centiremis, quinquaginta remis inſtructa, triginta remos habens, uiginti adornata remis, actuaria, ſeptiremis, triremis, biremis, uniremis, nauigia longa, naues acutæ, piſcatoriæ, cymbulæ, lembi, cydari, cydali, gauli, celoces, cymbæ, cercuri, piraticæ naues, naues traiectoriæ, uel pontones, marina, dicroton, nauis utrinq; agitata, utrinq; remis inſtructa, media, ſcapha, linter. et Ptolemæi Nauis, quindecim habens remorum ordines. & Antigoni τριάρμενος, id eſt Tria uela habens. Dicitur uero nauis uelox, uelociter incedens. & Naues curſoriæ, iuxta Ariſtophanem: tum & grauis nauis, frumētaria, armigera, militaris, bellicoſa, * hippagogæ, oneraria, onuſta, onerarium nauigium. & iuxta Thucydidem Portatorium, & piratica: Homerus etiam nauim uocat multijugem: Sunt et Lybicæ naues, quas arietes, hircosq; uocitant, unde uериſimile uidetur & Taurum illum Europæ raptorem huiuſmodi nauim fuiſſe. nauis præmiſſa, uel naues ſpeculatoriæ. Sed & naues marina itinera, & uehicula marina uocare licebit.

* Sic uocat Liuius quoq;.

## II DE NAVIVM COMPACTORIBVS.

QVi uero hæc conficiunt, nauium Compactores, & Fabri dicuntur. Neurgi porro uſitatius eſt, Recentiores etiā Nauificos uocant. & triremum Fabri, & his ſimilia. Pictores, ſtuparum



rum Venditores, Fabri ærarij, & Ferrarij, Reſtiones, & c. Ad apparatum porro neceſſaria ſunt, tabulæ, ferrum, claui, uela, pix, ſtupa, ligna, cera, paxilli, remi, & coagmentationes. Cæterum ſic dicitur, configere, compingere, adaptare, coagmentare. compactio, & quæ his ſimilia.

## DE PARTIBVS NAVIS. III

FVndamentum, carina, carinæ, & aluei, pes nauis. tropi, qui lora ſunt, quibus remi ſcalmo alligantur. Pars autem pedi nauis affixa phalcis, poſt hanc eſt carina altera, quæ et Leſbium, chalcenes, et pauimenum dicitur. eius autem iuxta proram terminus roſtrum, quodq; ſub hoc, repagulum. Quod autem inter repagulum, & roſtrum eſt, ſtira nominatur. Ipſi uero repagulo harpa inſiſtit, à qua nauis harpophora nominatur. Quod uero inter repagulū, et roſtrum ſuper ſtiram conſiſtit, ſtolus, ſeu galea dicitur. Parsq; ſupra acroſtolium prominens, ptychis, & oculus, cui & nomen nauis inſcribitur. Carinæ autem compingitur phalcis, interius porro utrinque ſcapha eſt, quam & rhinoteriam uocant. Cæterum quod extremæ carinæ, ne atterratur, conglutinatur, operimentum eſt. Sed nauis pauimentum, fundum, aluum, & amphimetrium appellant. Thalamusq;, ubi infimi in naui remiges nauigant, dicitur. Media nauis iuga uocant, in quibus Socij nauales conſident. Quæ autem iuxta ſuperius pauimentum ſunt, quibus thranitæ inſident, foros uocamus. Sed unde remi alligantur pars, ſcalmus. quo uero alligantur, τροπωτὴρ eſt. unde τροπώσασθαι, id eſt uertere nauim, dicimus. Sed quæ ſub ſcalmo eſt pars, ſubſcalmium. quodq; remigibus ſubiacet, ſedile. Et per quæ remus exeritur, foramina dicuntur. Pellem autem ſcalmo annexam, qua muniuntur remi, aſcoma uocatur. Cæterū quæ circa remiges uia eſt, parodus, aut interſcalmium. Lora uero ab utraque carinæ parte extenſa, primum, & ſecundum, quod & thalamium nominant. Deinde & alia in quibusdam nauibus ſunt, quæ ſingula iuxta ordinem nomina ſortiuntur, ut bolus primus, & ſecundus, & ſic ordine. tum etiam parietem ſiniſtrum nominabis, & dextrum, ſelida, & latus. Sed tranſtrum

etiam ſedes, & tabula nuncupatur. Vtræque autem proræ partes,
genæ, & alæ. Eſt et proræ quoddam tranſtrum, in quo conſident:
Trabesq; circa puppim prominentes, peritonæa dicuntur, ubi &
tabernaculum uocatur, Imperatori, aut Nauclero extructa habita
tio. Deinde uero ſummitas claui lax dicitur, imo & totus clauus,
quem & nauis gubernaculum uocant. medium autem eius phtir,
radix, & ſuccinctura. extremum, ala. reliqua uero pars, collum ap
pellatur. Nauis quoq; locum, cui Gubernator innititur, ἔγκλιμα
nominant. Puppis autem medium aſandium, cuius interior pars, pe
netrale. & huic obtenſa pars, epiſion uocatur. Puppis præterea
ſummitates cacumina dicuntur, inter quæ rectum infixum eſt li-
gnum, quod ſtylida uocant, è cuius medio cingulum dependens fa.
ſcia appellatur. Remi uero partem, quam Nautæ tenent manubriū.
mediam, ὀυρακόν. extremam, alas, aut remorum palmulas uocant.
Sed nauis pars uelum recipiens, linas. huius autem infixa pars, pter
22 na. extremitas eius circa antemnam, colus, * thoracium, et carche
ſium. Et quod ſupra antemnam eſt, fuſus nominatur, à qua parte ar
temonem ſuſpendunt. Magnum autem illud, et nauis uelum propri-
um, acatius. poſterius, epidromus. minimus, dolon, & lipadus dici-
tur, quem tamen nonulli acatium eſſe exiſtimant. Sed antennæ
media, quæ malo adhæret pars ambola, & ſymbola nominatur.
quæ uero hanc utrinque continent, anſæ. extremitates autem,
ſumma cornua dicuntur. Cæterum ſi conſtrata, aut cataphra-
cta nauis fuerit, tigna quædam turres ſuſtinentia in hac fabrican
tur. & in his turres binæ, dextra ſcilicet, & ſiniſtra. quarum
medium cataſtroma, ſeu ſtratum uocant. Et trabes, quibus tabu-
lata innituntur, tigna, & poſtes. quod autem ſuperne utroſque con
tinet parietes, peritonæū uocatur. Dixeris præterea, caua nauis,
ſcapha concaua, nauis pauimentum pro inferiore nauis parte. Sed
remorum locum copoteriū uocant. Deinde παρεξειρεσία eſt pars
nauis inter puppim, et Remiges. Roſtrū, ſentina, unde & ὑπέραν
τλον nauem inexhauſtam uocamus. Sed quod ad aquæ exhauſtio
nem aperitur foramen, eudiæum nominant.





## DE INSTRVMENTIS, ET armis nauigij. IIII

NAui porro ineſt malus. foramen, cui malus inſeritur, antenna. funes, calones, rudentes, funiculi, funes nautici, oræ, retinacula. tonſillæ, ſæpenumero enim contingit, ut & hoc uocabulo, Poëtico licet, utamur. Ancoræ ancipites, utrinq; acuminatæ, una tamen parte acutæ. Et ſacra ancora, qua nō niſi in ſumma neceſſitate utuntur. ἀποβάθρα, quam ſcalam nauticam uocant. Ordines uero remorū παρασώματα uocant, pelles. ineſt & quædam machina, rota, & rotulæ. Et per quos rudentes trahuntur, anuti, κρίκοι enim Poëticū eſt, proprie uero circuli dicuntur. Deinde fori, tabulata, ſuſtentacula nauis. & nauis ſuffulta, & fulcris carens. Deinde contus, κάδδος, ſentina, funis aquaticus. Omnia uero inſtrumenta, arma uocantur. Et iuxta Xenophontē ſunt arma penſilia, & lignea. Demoſthenes etiam Corroſionem armorum dixit.

## DE NAVIGANTIBVS. V

Nauigantes uero ſunt, Gubernator, Proreta, Nauta, Remex, triremis Nauta, Primus remigum, Vltimus remigum, remigans, remigando contendens. ſic enim Thucydides Remigantes, et pugnantes uocauit. Vectores uero dixit reliquos, qui nauim conſcendunt, quos etiam πλωτῆρας uocat. Nauitas enim dicere Tragicum eſt, melius uero eſt aſcendentes nominare, & ſimul nauigantes. τοίχαρχος uero etiam parietum, ſeu laterū Præſes dicitur. Foco autem aſſidens, et eum curans Eſchareus eſt. Tum etiam nauigantibus forte Mercator intererit. In alia uero ſignificatione dicitur, triremis Dux, quinqueremi Imperans, Nauclerus. Imperatoris collega, ſic uero appellatur is, qui Naucleri in adminiſtranda claſſe ſucceſſor eſt. Claſſis uero etiam ἀπόστολος nominatur. His uero etiam Tibicen, Præcoq;, uel Hortator Nautarum addendus.

## DE PISCATORIBVS, ET PISCAtorijs inſtrumentis. VI

ALius uero uſurpationis eſt, Piſcator, piſces trahens, Hamiota, igne piſces fallens, tridente utens, Retiarius, & re-

te trahens, purpurarũ Captor, Spongiatores, & his ſimilia. Inſtrumenta autem ipſorum, arundines, uirgæ, linum, pili equini, hami, eſcæ, retia, retia undique complectentia, retia ex funiculis contexta, cyrti, ſagenæ, rete omnia capiens, linum, ſuber, laminæ plumbeæ, piſcium uenatio. piſcatio, quæ hamis fit. piſcatio, in humidis uenatio, retiaria uenatio, ignea uenatio, & his ſimilia.

VII DE NATATORE, ET GVBERNATORE.

DIces uero natare, nare, urinare, ſubire aquas. deinde Natator, Vrinator, demergẽs ſeſe, ſubmarinus, ſub aquis means, ſupernatans, ſubnatans. Ipſum uero opus, nauigare, innauigare, enauigare. & enauigans, ſoluens. Nautam agere, remigare, remis impellere, triremem agere, remis feſtinare, regere clauum. Dirigere, & gubernare nauim, ad Proretam pertinent. Qui autem gubernaculis aſsidet, uocatur Gubernator, nauis Dux, Nautarum Princeps, clauo aſtans. Et iuxta Antiphontem, Temonem tenens. uel ut meo uerbo utar, ποδηγῶν, id eſt Dux. Poëtis uero etiam dicitur, nauis Auriga. Dicuntur etiam quædam nauigationes, longinquæ.

VIII DE NAVIS ONERE.

QVæ uero imponuntur nauibus, onus, uectura, ſarcina, pondus, acceſsiones. à quibus uerba fiunt, onerare, ſaburrare, & imponere. dixeris quoque, implere, addere. Et de tabulatis dicitur, inijcere, exponere, exonerare, euacuare nauim, alleuiare, ſarcinarum iacturam facere.

IX DE LOCIS MARITIMIS.

LOca autẽ maritima, quibus appellere oportet, dicuntur, crepido, littus, promontoriũ, appulſio, ſtatio, portus, aut manſio.

X LAVS PORTVS.

IN laudẽ uero portus hæc dicuntur, facilis appulſu, tranquillus, facilis aditu, facilis adnauigatu, bonum habens aditum, profundus, in uentorũ tutela conſtitutus, uento carens, non expoſitus uentis, ſubuentaneus, tutus, fluctibus carens, periculi expers, ſecurus, facilis ad appellendũ, tutus adnauigatu. Stationes profundæ, quietæ, faciles, uel placidæ, à uentis liberæ, nauium conſeruatrices. Et fauces



fauces portus, portus facilem habens aditum, facilis congreſſu. Ipſum porro opus, portum tenere, aut ſtationem habere dicitur.

DE VITVPERATIONE PORTVS. XI

IN uituperium uero dicitur, difficilis appulſu, acceſſu aſper, congreſſu arduus, tempeſtuoſus, importuoſus, Hyperides uerò * ἀλιμενίαν etiam loci nomen fecit. aſper, uentis expoſitus, fluctuoſus, fluctibus abundans, malum habens introitum, periculoſam habens adnauigationem, profunditate carens. Ipſum uero opus dicitur, deducere, detrahere, adnauigare, intro nauigare, appellere, portum capere, adire continentem, ſinum intrare, nauim littori adpellere. Et omnia alia, quæ his prædictis contraria ſunt, huc adnumeranda. Et nomina de appellentibus quidem, deductio, adnauigatio, appulſio. de diſcedentibus uero, diſceſſus, enauigatio, ſolutio. Et infinitiui, quæ ab his deriuantur, adducere, enauigare, ſoluere, altũ petere. Eſt etiam labrum quoddam portus, et os, ſeceſſus, & labra.

Quod Vergilius Stationem male fidam uocat.

DE NAVIGATIONE, QVAE ſecundis uentis fit. XII

SEcunda nauigatio eſt, remigio nauigare, uento nauigare. Dicitur etiam * ἰσοκώπῃ, ſed remigatio] melius eſt. Et uento 23
duce in pelagus exire, alta nauigatione, in alto nauigamus. ſublimes, & intenti nauigamus. idem eſt marini, & his ſimilia. Dices etiam, ancoris ſtationem habemus in alto, conſiſtimus, in ſalo ſumus. ſoluentes à terra, concutientes uela, non in portu propter ſerenitatem, omnia expandentes uela, omne extendentes linteum, undiq; excipientes uentum. Dices etiã leues naues, graues naues, onerarias. ancoras iacere, ancoras demergere, ſiſtere nauem. alligare oras, uel tonſillas.

DE SOLVTIONE NAVIS, & appulſu. XIII

COntrarium uero eſt ſubtrahere ancoras, extrahere, euellere, ſoluere, ſoluere oras, ſubtrahere nauim, nauim trahere, ad littus ſtatuere, ad portum deducere. in nauali, in portibus, & quæcunque huiuſmodi dici conſueuerunt. Alterius uero uſus eſt,

eſt, naui contigit uadum, impegit, ſeu appulit.

XIIII

## DE SECVNDA NAVIGATIONE.

DEinde nauigatio ſerena, iucunda, ſecura, tuta, læta, tempe-
ſtiua, flante aura, aura tenui, manſueta, ſuaui, ſtridula, ζe-
phyris, ζephyri flatu, uento dextro exiſtente, ſequente, ſecundo,
afflante, deducente, concomitante, ſimul eunte, uento opportuno,
ferente, proſpero, amico. bona ſerenitate, ſudo cœlo, uento à litto
re exoriente, deſcendente uento, à puppi afflante, uento ad pup-
pim conſiſtente, per clauum flante, uelo pleno, inflans uelum, uen-
to certo, nauigamus per ſerenitatem, per tranquillitatem. in mari
tranquillo, ſereno, ſtabili, mari placido, fluctibus carẽte, otioſo. nul
lo uento exiſtente, uento ceſſante, ſerenitate exiſtente, ſereno exi
ſtente die, ueloci nauigatione, ſenſim inſurgẽte mari, auræ dulces,
in diebus alcedonijs. Contra uero mari diuerſo exiſtente dices, na
uigamus quaſi in fluuij ſuperficie, uel inter plurimos fluctus, pela-
gus inhorruit. nauigamus undique concutientes rudentes, omni-
24 bus * uelis, omnia remittentes uela, omne deponentes linteum, re-
pleto uelo, pleno uelo, concauo uelo, uela uento cõmittentes, nihil
retrahentes, remigijs nauigamus omnia ſoluentes uela, mediũ con-
trahentes, omnia uela ex dimidia parte complicantes, dimidium
ſubtrahentes, aliquid ex antenna demittentes, demittentes breuio-
rem antennæ partem.

κάλοι ſunt ea nauis inſtrumenta, quibus uela extenduntur.

XV

## SERENA NAVIGATIO.

TRanquillitatem uero ſic effare, piſcari licebat, fœlix piſca-
tio, ſecunda piſcatio, Piſcatores laborabant, Vrinatores
aquas ſubibant, mare non horrebant, audatiam in mare exerce-
bant, Piſcatorum erat fœlix ſucceſſus.

XVI

## DE TEMPESTATE.

25 COntraria ſunt tempeſtas, procella, procellula, turbo, * τρι
κυμίαι. mare aſperum, mare concauũ, incauatum, exaſpera
tum. alueus exaſperabatur, fluctuatio erat, fluctuabat, fluctus in-
ſurgebant, fluctus defluebant, * irruit * incidit. aſperum erat ma
re, & turbulentum. fluctus inſurgens, obſtans, conſurgens. æſtus
ſubl. tus,

incidebant. irruebant.



ſublatus, fluctus inſtans, concitans, commotus, curuus, uel eleua-
tus, uiolentus, impulſus, impellens, ad terram ruens, littori alliſus,
inſurgens, & terræ appellens. Syrtis, id eſt locus arenoſus naues
attrahens. reciprocatio aquæ, fluctus ſurdus commouebatur,
mare concauabatur.

## DE VENTO. XVII

VEntus uiolentus, horridus, uim habens, ærumnoſus, turbo
urens, impetuoſus, procelloſus, turbulẽtus, uentus aſper, im
pellens, ſubferens, transferens, propellens, impellens, capiti inſur-
gens. uento proræ imminenti, uento aduerſo, contrario uento flan
te, ad contrarium uentum, uentum ad proram habentes, incertis
flantibus uentis. incerto uentorum flamine, uel flatu. contra flan-
tibus, undiq; collidentibus, & concidentibus. impetuoſo exiſtente
uento, immoderato, immenſo. uento ad latus ingraueſcente, ad pa-
rietes incidente, aut circumflante, aut cominus ſurgente, & cir-
cumſtridente. Eupolis uero uiolentum uentum etiam ἀσελγῆ uo-
cauit, ſimile etiam eſt uentus iniurioſus. Dicere etiam licet, uento
pugnante, reſiſtente, contrario, mare confuſo, * æſtu maris repu- 26
gnante, aut diſtorquente, detrahente, auertente, auferente, defe-
rente, impellente, depellente, uiolento, diſtrahente, refluente. Quo
dammodo uero etiam illud Xenophontis his aſtipulari uidetur, For
tunante Deo: niſi forte uentum à terra flantem intellexit, ut ſolu-
tio eſſet opportuna. Dicere etiam poſſumus, Gubernatoribus im-
morigeræ erant naues, inobedientes, contumaces, difficiles dedu-
ctu, moleſtæ, pertinaces. * gubernaculis non paruit, clauos diri-
gere non licebat, non licebat circumducere clauos.

Gubernacula non paruerunt.

## STATVS AERIS. XVIII

AËr erat nubilus, caliginoſus, nubibus tectus, tenebricoſus,
niger, denſus, obnubilus, nubibus obductus, obſcurus. no-
cti omnia erant ſimilia, nihil apparebat, uideri non poterat. cæcis
ſimiles eramus, nubibus cœlum tectum uideri non poterat.

DE

## XIX DE TEMPESTATE MARIS.

REſonuit fluctus, parietes nauis tranſcendit, in nauis conca-
uitatem deſcendit, irruit, exhaurienda erat ſcapha. Dicere
etiam licet, nauigauimus abſq; uelis ſola antenna uſi, nuda anten-
na, in ipſo uado nauigantes, rudentibus nauim deducentes.

## XX DE PASSIONIBVS NAVIS.

IPſas uero nauis paßiones nominabis, tempeſtate turbari, æſtua-
ri, impelli, depelli, attrahi, collidi, detrahi, ſubmergi, demergi,
ſuuerti, conuerti, frangi, impingere, expelli, detrahi, diſtrahi.
naufragium facere, confringere nauim, impingere, appingere, ef-
fringere. tum alio modo ſic, dißoluta naui, aperta, compagibus
diſiunctis, malo confracto, infracto, abrupto, circumducto, gu-
bernaculis confractis, concußis. Ipſum uero nomen eſt, naufra-
27 gium, colliſio, inundatio. Dicitur etiã * ἀνατοιχεῖν, quod eſt na-
uim hinc inde diſijcere, διατοιχεῖν uero uulgare eſt.

## XXI DE SCOPVLIS, QVIBVS incidit nauis.

QVibus uero naues in tempeſtate impingunt, ſunt ſtipites,
ſtipites occulti, petræ, petræ ſubmarinæ, ſcopuli, ſaxa,
cautes, ſcrophulæ. prominentiæ tempeſtuoſæ, uentis expoſitæ,
acutæ, appulſu faciles, duræ, exertæ, uadoſæ, confractores, pe-
riculoſæ aditu, quibus appropinquare non tutum eſt, aſpera litto-
ra, littus durum, uadoſum mare. Et ſi quis uocem torqueat, dicat
ὑπόγειος. profunditate carens, lutoſum, cœnoſum.

## XXII DE IMBRIBVS.

DIces porro, imber incidit, decidit, defluxit, adfluxit, irruit,
demiſſus eſt, irrupit, erupit, detonuit, diluuium, inundatio.

## XXIII AQVARVM IMPETVS.

DEſcenſus aquæ, abundantia, demißio, immißio, impetus, in-
fluxus, deiectio, emißio. uiolentus imber, multus. fluxus,
impulſus, inductus, denſus, continuus, exuperans. remorum im-
potentes erant Nautæ, anſæ erant humidæ, manus labebantur, cir-
cumlabebantur, elabebantur, excidebant manubrijs, non poterant
inhibere remos.





## DE FVLGVRE, ET TONITRV. XXIIII

FVlgur eluxit, erupit, fulgurauit, eliſum eſt, detinuit oculos.
exterruit, conturbauit, perculſit animum, turbauit, terruit,
confudit, turbauit ſenſus. lucidum, præclarũ, ignitum, igneum, ter-
ritans, terribile, tetrum. moleſtũ oculis, et faciei. difficile aſpectu,
contrariũ, ut oculos excæcet, ut faciẽ cõfundat, ut ſenſus obſtupe-
faciat, ut oculos occludat. Tonitru durum, aſperum, uiolentum,
graue, ingens, maximum erupit, & increpuit. irrupit, inſonuit, in-
tonuit, circumſtrepuit, boauit, ſonitum edidit. tonitruauit, tonitru
irruit, concußit, incidit auribus, illatum eſt, auditum repleuit, ob-
ſtupefecit ſenſus, tantumnon attonitos reddidit nauigantes, ſurdis
ſimiles erant.

## DE NAVALI PRAELIO, ARMIS, Imperatoribus, re ipſa, & nomine Imperatoriæ nauis. XXV

NAualis uero pretij ſunt ea quidem, quæ milites ferunt, trire-
mes, longa nauigia, ueloces naues. armata nauigia, uel ſtra-
ta. Imperantes autẽ, nominantur triremiũ Præſides, quinquagena-
rij, Naucleri, claßis Duces, Præfecti claßis. Ipſa uero res, nauis
Præfectura, triremis Imperiũ. Imperatoris uero nauis nomẽ, * Præ- 28
toria, et Imperatoria. Remiges uero ſunt, nauales ſocij infimi, & ſu-
premi. Qui autem tabulatis inſiſtunt, Bellatores. Arma autẽ nauis
quidem, pelles, diphtheræ, ænea roſtra, unde et naues roſtratæ no-
men ſortiuntur. Nauigantiũ uero arma, thoraces, ſcuta, ocreæ, ga-
leæ, enſes, haſtæ, falces, manus ferreæ. Contra irruptiones uero
fallacijs contendebant, coria affigentes parietibus nauium, ut forũ
ad contrarios ictus excipiendos anſam non habens delaberetur.
contis depellebant, nauesq; inuicẽ diducebant. Claſſiarij uero mili-
tes dicuntur, perfecti, diligentes, parati, inclyti, mercenarij. Huiuſ-
modi uero nauim Lyſias etiam Helluonem nominauit. Et naues qui-
em bene inſtructæ militibus armisq;, συγκεκροτημέναι. quæ uero
aliter ſe habẽt, uacuæ & ſemiplenæ, & ἀσυγκρότηται dicuntur.
Naues quidem aliæ nauigabiles, aliæ innauigabiles. hæ uero maris

inexpertæ, puræ, ſiccæ, & mutilæ illæ autem, marinæ, humidæ, graciles, madidæq; uocantur. Aliquot uero naues cuſtodire, dicitur appellere, & nauium ſtationem habere. Sed ad pugnam naualem conſiſtere, dicitur procinctis claßibus prælium inire, ſtare in procinctu ad bellum nauale ineundum. Aßidere uero eſt, in portũ deferri. Sed ex portu prodire, aut progredi, eſt ſoluere, prænauigare. Nauim porro ſiſtere, uocatur in portum ſe recipere. Inſulam autem circumnauigare, nauibusq; ad oppugnationem obſidere, dicitur circũappellere, Nauimq; aggeribus appellere dixit Demoſthenes: ocyus uero hoc facienti corona præmium erat. idem quoque Trierarchematis meminit, quod tempus eſt, quo quis Imperij ſui tẽpore elapſo, tardante autẽ Succeſſore, claſſi præfuit. Cæterũ opus ipſum eſt, ſoluere, è portu educere, experiri, nauim deducere, nauigare, enauigare, circumnauigare, pernauigare, nauim impellere. ſed hinc deriuata nomina, ſolutio, experientia, nauigatio, adnauigatio, circumnauigatio, enauigatio. Deinde, naues ordine condenſatas inſtruere, per interualla conſtituere, ſigna tollere, contraducere, contranauigare, adnauigare, prænauigare, nauibus pugnare, nauali prælio congredi, confligere, concurrere, perrumpere, perforare, inijcere, latera penetrare, perrumpere proram, nauim ſub roſtro perterebrare, naues nauigatu inutiles facere, naues cum ſupplementis demergere, ſubmergere, naues oppugnare, diſſoluere, captiuas facere attrahere, & hoc quidem in congreſſu dicitur. nauim retro agere, repellere. De fuga autẽ dicimus, detinere puppim, uel puppim ferire. Thucydides et Vulneratis nauibus dixit. Naues autem afflictas oportet, curare, reparare, inſtruere, compingere, & coagmentare. Contingit porro nonnunquam etiam in terram hoſtilem deſcendere, exire, in littus deſcendere, & prædam in naues agere.

## I CAPVT DECIMVM, DE MILITARIBVS NOMINIBVS.

IPſi quidem Viri, Milites, Pugnatores, Calones, Satellites, equorum Ductores, & Equiſones.

DE



### DE PVGNANTIBVS, ET IPSORVM ordine. II

MOdum inſtruendi aciem Veteribus obſeruatum, præter Militaris rei Scriptores copioſe deſcribunt Alexander ab Alexandro Libro quarto, Capite ſeptimo, & Liuius Decadis primæ Libro octauo.

ANterior pugnantium pars frons dicitur, iugum, & facies. utræque uero extremitates, latera, et cornua, dextrum ſcilicet & ſiniſtrum medium autem, umbilicus. ipſa aciei latitudo murus. Et aciem quidem ſecundum longitudinem ſtatuere, ζυγεῖν: ſecundum latitudinẽ, στοιχεῖν dicitur. Dextrum autem primæ aciei cornu tenens, Propugnator uocatur, uel Princeps, et ſimul nomine eodem tota frons appellatur. Quiq; unicuiq; aßiſtit, Socius aſtans: qui à tergo adſtat, Epiſtates dicitur. Sed quæ aciem ipſam ſequitur pars, cauda, et caudæ Ductores, quod nomen & Duci ipſorum tribuitur, tum & Succenturiati dicuntur. Ipſum uero opus eſt, extremam ducere aciem, poſtremam cuſtodire phalangem. Tota porro acies, dicitur exercitus, militia, expeditio, agmen, phalanx, ordo, ordinatio. Imperator, Imperium, & eius partes, decem millium exercitus, mille militũ acies, quinquageſima, cohors, decas, et pentas.

### DE IMPERANTIBVS. III

Imperantes uero, totius quidẽ exercitus ſunt, Imperatores, Collegæ, ſecundarum partium Duces: quemadmodum & Imperio moti, exauthorati dicuntur. aciei Præfecti, caudæ Duces, Myriarchi, Chiliarchi, cohortum Præfecti, Centuriones, Decennarij, & Quinquenarij.

### DE MAGISTRIS EQVITVM. IIII

Equitum porro dicuntur, Magiſtri, Tribuni. Biotarcha autem Thebanorum proprium eſt, Lacedæmoniorum Rex, Athenienſium ferè Imperator, Theſſalorum Dux, Mercenariorum autem Xenagus: non tam curioſus hæc diſtinguo, longi enim temporis, & ſermonis eſſet, ſi militarem, & bellicis deſtinatum uſibus Librum conſcriberem in quo & quadratæ, & longioris aciei inſtructio, frontis inclinatio, poſtremæ aciei pars, poſtremo & clypeus,

haſta, ſingulæ partes, omniaq́; ea quæ Præfectos, ſeditiones, opera que alia attinent, clarius tractarem. Lacedæmoniorum autem, Diſciplina militaris, & officium, propria ſunt.

## V DE INSTRVMENTIS BELLICIS, & armatis.

DE apparatu uero Viri ſic nominantur, apparatum quidē nominabis, armaturam, armationem, tegmen & formam pugnæ. Viroſq́; bene armatos, ceu militari genere oriundos. hi uero ſunt armati, armigeri, grauis armaturæ milites, diligentes, immobiles, ſtabiles, enſiferi. præterea peltati, peltaſtæ, uelites, expediti, agiles, leues, faciles, prompti, nudi, funditores, lapides iacientes, Sagittarij, arcus ferētes, Equites, Equites lancearij, Hippotoxotæ,
29 haſtigeri, contos gerentes, ſcutati, calones, equiſones. & * ἄνιπ
ποι, duos hi uero equos habebant, alter uero alteri adiungebatur, & in alium ipſi tranſilire ſtudebant. hoc uero illi conſilio utebantur, alacrioribus ſemper ad opera equis uti, ut longius perficerent iter, & minus defatigarentur. Erat etiam alia Equitum ſpecies, διμάχαι, Alexandri inuentū, leuiorem peditis armaturam, et grauiorem equitis habentes apparatum ad utramq́; pedeſtrem ſcilicet, equeſtremq́; expediti pugnam, ut in locis equis conuenientibus equitarent. ſi uero in loca equis non peruia uenirent, ne imbelles omnino eſſent, & malum Lydium paterentur. ſed equum famulus quidam ſedulo ob hoc ſequens ab eo recipiebat, hic uero ab equo deſcendens continuo armatus conſiſtebat.

## VI ARMORVM NOMINA.

ARma tutatoria, repulſoria, defenſacula, cuſtodientia, manibus aptata. haſtilia, tela, iacula, βέλη, ſunt omnia, quæ mittuntur. Scutum, et partes ſcuti, umbilicus, medium clypei, locus ſuper umbilicum, lorum clypei, circumferentia, circulus, circulus ſcuti exterior, ſcutum uimineum, ſcutum ligneum, ſcutum coreacium, ſcutum ex pelle bubula cruda factum, ſcutum æneum. apud Homerum uero etiam Aureum, argenteū, & ſtanneum. Fertur uero Nicias & Purpura, auroq́; mixtis decorauiſſe ſcutum. Appellatur etiam ſcutum longum, quadratum, rotundū, circulare, cauum, prælongum. Pelta Amazonica, autem ut Xenophon inquit, hederæ folio ſimilis eſt. Thorax & partes eius, alæ. & medium eius, aluus. Iaſon uero Theſſalus etiā Semithoraces inuenit. Thoraces uero ſunt, rotundæ, ſquammatæ, aliæ uero ex annulis. Eſt etiā ſtola quædā, thoracis loco. Galea, caſsis, et huius partes. quæ ſupra frōtem eſt, idem cum parte, quam munit, nomen habet. quæ uero ſub hac eſt, ſupercilia. quod uero in hac prominet, grunda. Quod autē in ipſo eſt capite, ἐπίκρανον. quod ſuper hanc eſt, conus, & criſta, & triplex criſta, criſta florida, hyacinthina. Manuū uero muminenta, ſimiliter manus dicuntur, & pedum ocreæ, enſis, gladius pugio, gladij acies, gladij anſa, manubriū, gladij cingulum. A quo gladius dependet, κωπίς. theca uero gladij, uagina, lancea, haſta, pertica, iaculum, ἀκόντισμα et telum, et ipſius uſum ſignificans. haſtile, contus. Theca uero haſtæ, δουροθήκη. partes uero, extremum quidem σαυρωτὴρ, iaculi manubriū. mediū uero, ἀγκύλη. ipſum uero opus, ἀγκυλίσαϑς, id eſt iaculari. prominens uero
pars, cuſpis, & acies, & * ſtyrax. Erant etiam quædā Haſtilia na 30
uali prælio propria, ut Homerus inquit, propter longitudinis uſum ex multarum partium coagmentationibus compoſita. falx, haſta falcata, bipennis, ſecuris anceps. His etiam addere quis poteſt, Enſem Laconicum, funda, lapis. arcus, & huius partes, cornu & neruus. & ὀϊσὸς, quod & telum, & teli iactum ſignificat. idem uero Thucydides ἄτρακτον uocat. Sunt etiam ſagittæ igniferæ. Ipſius uero iaculi pennatā partem, teli caput nominabis. Ferrum uero cuſpis, et cuſpidis partes uerſus arundinē, ὄγκινοι. cuſpidis uero prominentiæ, γλωχῖνες dicuntur. Sciendum uero, quod Palmæ ramo qui dum Arabes pro cornu utuntur. Aethiopes uero Acutum lapidem ferri loco habent, Arabes præterea Cuſpides uenenato ſucco inungebant.

## DE BARBARICIS ARMIS. VII

ADnumeranda his etiā Barbarica ſunt, Sariſſa ſcilicet Macedonica, quæ haſta eſt. Peltum Medicum, quod telum eſt.

et Acinarces, Perſicus enſis, femori aptatus· et Sagares Scythicas. Arabes uero Struthiorum pellibus, thoracum & ſcutorum uice muniebantur.

## VIII DE MACHINIS, ET ANIMALIBVS ad bellum conferentibus.

FAces, uallorum tegumenta, et machinationes, arietes, turres, machinæ ad urbes capiendas idoneæ, machinæ, Catapultæ Macedonicæ: & teſtudines. Ad bellum uero opus eſt, arma ferentibus aſinis, bobus ad currus præparatis, mulis uero ad utrunq; idoneis opus· camelis, inſtrumentis portandis· ſed Bactriani etiam camelis pugnant, ſunt etenim equis ueloriores, terribiliores magnitudine, & hirſuti magis· ſtrenuiores uero propter rarum ſitim, & ad ferendos labores magis idonei. Equorũ contrà, et elephantum uſus ad pugnas. Qui uero elephantem ducit, Ἐλεφανταγωγὸς dicitur· qui uero his præeſt, elephantum Præfectus uocatur. Muniuntur uero & armis equi, frontalibus, aurium & maxillarum tegminibus, pectoralibus, laterum tegumentis, femorum munimentis, & ocreis.

## IX DE EQVIS, ET CVRRIBVS.

DIcuntur uero equi, armati, tecti, muniti. Afri uero de curribus, equiſq; iunctis, ſicut & Homerici Heroes, pugnant. hic etenim unico equo utentes equites non nouerat. Equorum autẽ hi, qui ſub iugo ſunt, iugales· ſed qui utrinq; aſſiſtebant, pareori, adiutorij, catenati, & ſiræi uocabantur· horum uero habenæ, catenæ, & lora. Currus uero ſedem aſcendebant, Auriga, & Aſcenſor· quem Plato ἀναβάτην μικράσπιδα, id eſt Paruo ſcuto utentem, uocat. Quidam autẽ aurigandi modus Libycus, alius Perſicus, alius Laconicus dicitur.

## X DE PARTIBVS CVRRVS.

CUrrus præterea partes ſunt, ſella, tabulatum, exterior & interior rotarum circumferentia. Et ſellæ colligatio, dicitur torus· quodq; ſuper hanc eſt, circumſeptum, quod & tarrium dictum, corio tegi ſolebat. Tria autẽ tarrio latera equos reſpicientia habente, ſupremũ eorũ lignũ, panax dexter uel ſiniſter dicitur. uirga autẽ media, capana· cui uero hæc innititur pars, meſatiũ, et emproſibium. ſed gemini equos reſpicientes à capana ad ipſam curuaturam uſq;, metelæ· ipſaq; curuatura, furca· pars ab hac tonum iuxtà inflexa, azelis. Sellæ autem interioris curuaturæ, anguli, & cubiti ſuperiores obliquorũ laterum uirgæ, quæ deorſum tenduntur, cataſtæ· aliæ uero ab his mediæ, extenſæ ad tonum uſque hypocataſtæ, cillobantes, aut collorobi· anguli in quibus obliqua latera committuntur, cardines. Pars quæ ante tonum eſt, cui conſcendentes inſiſtunt, ſcabellum. omne uero quod inſternitur, tabulatum· quodq; ſubtenditur, axis. Rotarum porro circa axim circumuolutarum ferrum, extremam cingens circumferentiam, canthus. Circumferentia ipſa, ſoſtra & in hanc infixi baculi, radij. Rotæ foramen, cui inſeritur axis, fiſtula. Singulorũ radiorũ laminæ, pinnæ. Quod circa ipſam axim uoluitur, modiolus. Ferrũ autem modiolum cingens, annulus. Ferrum radios modiolo colligans, modioli uinculum, & thorax. Quod autem intra modiolum ab axe atteritur ferrum, atarnum, garnum, aut deſtrum. Sed clauus rotam axi infixam cohibens, paraxonius· aut ſecundũ Gorgiam, Obex: uel ut Eratoſthenes, Repagulũ: Vtræq; uero rotæ extremitates, dactylij· quemadmodũ et axis utraſq; extremitates, acroxonia appellant. Ferra axi innitentia, quæ à rota teruntur, euræ. Sed paraxonij uinculum, axiligator. Lignum porro ab ipſa currus ſella extenſum, temo· cuius ultima extremitas, acrotemo dicta ſuper nè iugo alligatur· iugum autem huic alligantia, iugalia lora dicuntur· tum et clauus à temone ad iugum erectus, cui iugalia alligantur, heſtor. Ipſæ uero iugi curuaturæ, quibus equi ſubiunguntur, zeuglæ· quarum extremitates, cornua uocantur.



## DE HABENIS. XI

SEd ipſæ habenæ etiam lora dicuntur, quæ uero à temone extenſa ſub equorum collis conſtringuntur, balthei· quorum extremitates, lepadniſteres ſunt. ſed quæ equorum ſubtenduntur ſcapulis, antilenæ. & lorum ab equi uertice ad frenum tendens, capitale.

tale. quodque circa maxillas, maxillare. Pelles porro, quæ circa pa
raxonios exiſtentes axim contegunt, rotales dicuntur. ferreiq́; per
quos habenæ trahuntur circuli, anuli. lorum uero ab equo ad alium
equum tendens, meſatium. Habenæ autem aliæ per dorſum exten
ſæ, aliæ per temonē, aliæ per meſatium, aliæ lora dextra dicuntur.
Habena Sed colli inſtar equino ori circundatū ferrū, frenum· quodq́; men
Circa hoc to ſubtenditur, pſellium· & quod ipſi inſeritur ori, cannus· cuius
Anuli mediū * inium· et * circuli huius, * echini, * quos equos mandit.
Triboli

XII

## DE SCVTIS.

DIces præterea, ſcuta curarunt, mundauerunt, thoraces ex-
poliuerunt, ocreas ſplendidas fecerunt, galeas lucidas red-
diderunt, cōpoſuerunt criſtas, acuerunt gladios, poliuerunt haſtas.

XIII

## DE ARMORVM FABRIS, ET GENtilium armorum inſignibus.

ARmorum uero Fabri, Scutarius, thoracum confector, ga-
learum Faber, gladios faciens, haſtarum politor, pileos
componens. Laudatiſſima uero ſunt, Thorax Attica, Galea Bœo-
tica· Pileus, et Pugio Laconicus· Scutum Argolicum, Arcus Creti
cus, Funda Acarnenſis, Iaculum Aetolicum, Enſis Gallicus, Bipen
nis Thracia, et quæ ſuperius de ſingulorum uſibus dicta ſunt.

XIIII

## DE HOSTIBVS CRVDELIBVS, & non talibus.

INimicum nominabis, bellicoſum. ἀντίπαλος enim, quod re-
luctatorem ſignificat, licet Thucydides hoc utatur, durum ta-
men eſt. ἀντιπολεμοῦντες, quod rebellantes ſignificat, melius
eſt. infecti, abalienati, alienigenæ. Barbaros uero etiam peregri-
nos uocarunt. fœderum inſcij, inconciliabiles, commertium fugien
tes, feri, doloſi, perfidi, ſcutati, diſcordes, contrarij. Nonnunquam
etiam ἀντίπαλοι utemur, ſiquidem bellum certamen nominandū
eſt· et pro uincere, decertare dicitur: bellū non indictū inferentes,
non indicto bello bellantes, amarulenti, hoſtes· inducias non ha-
bentes, nec habituri· Præconem, & legationem non admittentes,
non dicta cauſa bellum inferentes, inconciliati, implacabiles, no-
lentes



nolentes paciſci, expertes pacis conditionū. Contra uero, blandi,
manſueti, ad terrorē uſque bellantes, timorē ſolū incutientes, fœde
ra detrectantes, concedentes, ad pacē prompti, Legatos admitten-
tes, placabiles, manſueti, nō in perpetuum inimicitijs ualedicentes.

## DE COMMILITONIBVS PACEM bellumq́; ſtruentibus. XV

ALterius uero uſus ſunt, Amici, Commilitones, Coætanei, Alius
Contribules, mutui defenſores, Concertatores, Auxilia-
tores, iuxta nos collocati, ſimul nobiſcum armati, commune
bellum nobiſcum adminiſtrantes, communicantes bella, Partici-
pes pugnæ, hoſtilitatis participes, Conſociati, Confœderati. Res
uerò ipſæ, amicitia, ſocietas, communio, mutua defenſio. Ὁμαιχ-
μία uero, quo Thucydides utitur, auditu durius eſt. Aliud uero,
bellū, hoſtilitas, diſſenſio, inimicitia, pugna, ſeditio, factio. Con-
trarium uero, pax, tranquillitas, fœdera, induciæ, requies, con-
ciliationes· qui uero in gratiā redigit, Sequeſter· hos uero Herodo-
tus Καταρτιστῆρας, Conciliatores uocat· licet eos etiā Ἁρμοστὰς,
id eſt Compoſitores litium, nominare. Ipſa uero uerba, conciliaue
runt, reconciliarunt, in gratiam reduxerunt, commercia inſtitue-
runt, conuenerunt, compoſuerunt lites, fœdera ſancita ſunt, pacti
ſunt, pacta conſtituerunt. De inimicitiarum uero commotione di-
cere licebit, fœdera ſoluerunt, diſſiparunt, ruperunt, renunciarunt
fœderibus, alienati ſunt, bellicas excurſiones fecerunt. Qui uero
huiuſmodi diſcordias ſeminant, belliſici dicuntur, ad bellum rue-
runt. Contraria uero ſunt, conuenerunt, concordes facti ſunt, in
idem conſenſerunt, conſederunt. ἐφιλιώθησαν enim, quod recon
ciliatos eſſe ſignificat, Vulgare eſt.

## DE VIRILI POTENTIA, ET AD bellum promptis. XVI

VIres robuſtæ, uegetæ, alacres, perfectæ, peritæ, prouidētes,
aptæ, compoſitæ, adiutoriæ, uigilātes, Viriles, Iuueniles· tū
intenſi, laborum ſtudioſi, bellicoſi, et prompti, ad manum exiſtētes,
laborioſi, operū amantes, ambitioſi, induſtrij, fortes, robuſti, labo-
ris

ris amantes, propenſi, beneuoli, animoſi, acres, uictoriæ amantes, periculorum ſuſceptores. et Viri temerarij, non tergiuerſantes, uolentes, alacres, hortationum non indigi, ſua ſponte incitati, ſpontanei, ordinum ſtudioſi, iuſſu non egentes, obedientes, audaces, generoſi, interriti, intrepidi, tremendi, terribiles, horribiles, timendi, bene armati, ad bellum adcincti, bellicoſi. Ἐμπειροπόλεμος uero, quod bellorum expertem ſignificat, odioſum eſt· Artes uero belli, Militares manuarias artes * Imperatorias Thucydides uocauit. difficiles uictu, inuicti, inexpugnabiles, difficiles expugnatu, depugnatu non faciles, difficiles intuitu, intollerabiles, inuincibiles, difficiles debellatu, audaces, concertatores ſtrenui. Et aduerbia, cateruatim, ſedulo, alacriter, ſcienter, apte, ordinatim, uigilãter, bellicoſe, inuicte, inexpugnabiliter, inuincibiliter. Et uerba, uires intendere, exercere, committere, exerceri, laborare, currere, collidi. Ipſæ uero res, labor, peritia, uigilantia, promptitudo, exercitium, cura, & robur.

XVII

## DE IMBELLIBVS, MOLLItiei uocabula.

Contraria uero ſunt, imbellicoſi, imbelles, ignaui, uani iactatores, pigri, debiles, tardi, infirmi, ignobiles, robore carẽtes deſides, uiriũ expertes, otioſi, attoniti, molles, effœminati, inexercitati, exercitio carentes, conflictus expertes, incurij, timidi, formiduloſi, negligentes, cunctantes, ſecordes, ſupini, ſegnes, torpentes, indiligentes, negligentes, faciles circumuentu, faciles captu, faciles uictu, expugnatu faciles, faciles inuaſu. Et aduerbia, negligenter, ſocorditer, timide, effœminate, ignaue, imbecilliter, imbelle, inexercitate, indiligenter, formiduloſe, incurioſe, & his ſimilia. Verba uero, formidare, animo deficere, pigreſcere, animum remittere, inaniter iactare, ignauiæ indulgere, timere, negligere. Res uero, laborum inexperientia, negligentia, incuria, indiligentia, pigrities, ſecordia, ignauia, ſegnities, incuria, effœminatio, timiditas, & mollities.

DE



XVIII

## DE CASTRORVM VALLO, & excurſionibus.

Delectum egerunt, expeditionem fecerunt, publicum ſuſcepere bellum, bellum intulerunt, caſtra metati ſunt, caſtra fixerunt, contra hoſtes caſtrametati ſunt, caſtra poſuerunt, conſederunt· tetenderunt, & fixerunt tentoria· tuguria ſtruxerunt, ſederunt, tabernacula eleuarunt, murum circumduxerunt, murum extruxerũt, muro cinxerunt, elaborauerũt. ad hæc uero apti, Lapicidæ, lapidum collectores, Fabri, Murarij, murum extructores, & his ſimilia. Τειχοποιοὶ uero dicuntur, non modo ædificantes, ſed etiam operum Præfecti, ſicut & Demoſthenes Se τειχοποιὸν uocat. Dices uero, foſſam egerunt, excauauerunt, alleuauerunt, profundã fecere, defoderunt, palos fixerunt, ualla fuderunt, circumuallarunt, palos defixerunt, uallum iecerunt, uallo cinxerunt, muniuerunt. Obſeruandũ uero, quod χάρακες caſtrorum, maſculini· uinearũ uero χάρακες, fœminini generis ſunt. exiuerunt aquatum, ad ligna colligenda, ad ſarmentorum collectionem, ad direptionem· deinde, prædam egerunt, et pecora· Prædam diſtraxerunt, ut Hyperides: deinde, contraſtetêre ordinati, in hoſtes ordines direxerunt, contraſteterunt, contra inſtructi ſunt, in aciem conſtituti ſunt, in aciem producti ſunt, ordinem inſtruxerunt, & his ſimilia· deinde, Vates antè ſacrificarunt, ſacra obtulerunt, mactauerũt, ceciderunt. & ſacra proſpera, aut dextra, & pulchra & contraria, infortunata, uel ominoſa, & quæ his æquipollent.

XIX

## DE BELLI CONFLICTV, CLADE, & ſignis belli.

Dices porro, ſigna cõuulſa ſunt, claſsicũ cecinerũt· et cõtrariũ eius, ſignũ receptui datum. Imperatores exhortati ſunt, adhortati ſunt, confortauerunt, calcar addiderũt, inclamauerũt, ad prœliũ inſtinxerunt, incitarũt, excitauerunt, ſignũ dederũt, ſigna trãsgreſſi ſunt, haſtilia in ſcutis inſonuerũt, clamorẽ cõcitarunt, ſuſtulerunt militares uoces, cõgreſſi ſunt, manus cõſeruerũt, eminus iaculati ſunt, arcubus pugnarũt, ſagittas excuſſerũt, & his ſimilia.



Dices

Dices quoq;, arcũ iactu pugnabatur, arcus arripere, retrahere, reducere·tũ arcus incuruãtes, ſagittas imponẽtes·deinde equites præceſſere, eruperũt, emicuerũt·excurſiones fecerũt, et præcurſiones· Equitum pugna inualuit, equeſtri pugna cõgredi, equeſtri uictoria potiri, de equis uincere, et ſi quæ his ſimilia. Dicitur inſuper, corruerũt, confluxerunt, conſeruerunt manus, commiſerunt pugnã, corruentes pugnauerũt, manibus res agebatur, &c. itẽ, pugna fortis, ſtataria, furore pugnabant, conferti certabant, ſe inuicem pellebant, & loco non facile inuicẽ diſiungebantur, ſe mutuo excipientes defendebant, uel primo conceſſerunt impetu, primum conflictũ non ſuſtinuerunt·laborabat alterutrum cornu, aut medium aciei· aut ceſſit, remiſit, pedetẽtim receſſit, declinauit, inclinauit, ſubuerſum eſt, conceſſit, tergum dedit, fugit conuerſim, fugit, uictum eſt, armis proiectis fugerũt. Ipſum uero opus, proſternere, uulnerare,
Diſcindere conuertere, rumpere aciem, * inſcindere, diſtrahere, diſrumpere, in fugam uertere, conuerti, inſequi, repellere, uincere, cædere, denudare, armis exuere, ſpoliare armis, uiuos capere, deuincere, adducere, mancipare, capere, detrahere, debellare, ſubditos reddere, diſtrahere, ſubijcere, noſtri iuris facere, cadauera Confœderatorũ reddere. Dices etiam, populati ſunt, conglobati ſunt, concluſerunt, occluſerũt, conſederũt·exercitus aſſedit, cõſedit, cuſtodiã habuit, declinauit, oppugnationis diẽ conſtituerunt, mures obiecerunt, foderunt, defoderũt, cuniculos egerunt, concuſſerunt, ruperunt, machinas adhibuerunt, machinas contuderũt, deturbarunt, concuſſerunt muros, ſubuerterunt, detraxerunt propugnacula, deiecerunt, demoliti ſunt, diſtraxerunt, ſcalas admouerunt, aſcenderunt, in cinerem redegerunt, aggerem fuderunt. Qui uero in muro erant, pugnabant, depellebant, muros obijciebant·tolerauerunt, ſuſtinuerunt, fallacijs reſtiterunt, extinctorijs impedimentis uſi ſunt, ſubtraxerunt aggerem deinde, interdixerunt, renunciauerunt, manus extenderunt, ebuccinauerunt, dediderunt ſe, ſe ipſos tradiderunt, dederunt, debellati ſunt, inclinauerunt, in ſeruitutem ſunt redacti inopia neceſſariorum, ſiti, & fame.





## DE OPPVGNANTIBVS VRBEM. XX

De oppugnantibus autem dicimus, obtinuerunt ui, ceperunt, occupauerunt, populati ſunt, incubuerunt, ſubditos reddiderunt, tributarios ſeruos fecerũt·in tributi deductionem, propter diuitiarum reditum·diuitias ipſorum licitantes, decimarum penſionem iniungentes·decimarum collectores, & decimarum collectio. Si uero inter pugnandum confœderati facti ſunt, dices uno eodemq; momento aliquem & inimicum, & amicum habere.

## DE PARTIBVS MVRI. XXI

Partes uero muri, circulus, ambitus, circuitus, propugnacula, pinnacula, turres, pomeria, turres interſtructæ, ſpacium inter turres. Nominabis uero murum, munitum, fortem, ualidum, difficilem aditu, arduum, inexpugnabilem, difficilem captu, difficilem ſuperatu, tutum, firmum, difficilem uaſtatu, quem capi non liceat.

## DE LOCIS IN BELLO, DE INSIDIIS, & his ſimilibus, deq; munitione urbis. XXII

Et de locis illa quidem dices, tum & hæc, aridus, præceps, præcipitium, difficilis aditu, ab inſidijs tutus, arduus, difficilis acceſſu, impermeabilis, & inexpugnabilis. Contra uero, murus infirmus, neglectus, temere extructus, extemporaneus, facilis captu, facilis ſubuerſu, facilis uaſtatu· Incurſui patens, ſecundum Homerum·facilis aditu, facilis luſtratu, inſidijs obnoxius, expugnabilis. Dices uero colles occupare, ſuperiora inuadere, de uerticibus deturbare, murum extruere, præuenire in colles, præoccupare, deijcere, depellere, ſuperiores deturbare, perſequi, & ſimilia·item & hæc, coràm inuadere, à tergo inuadere, aut eſſe, à tergo accurrere·palàm, clam, de tuto inſidiari, inſidias locare, falſis inſidijs ſubmittere, inſidijs agere, inſidiari, inſidias ſtruere. κατελοχῆσαι uero, inſidias diſtribuere ſignificat. Militare etiam eſt, igni ſignum dare, igni aliquid denunciare·ſignum ignis, excubiæ, anteriores cuſtodiæ, incurſus·exploratores, ſpeculatores·ad ſpeculandum exire, ad ex-

ploranđum, proditores· terram uaſtare, arbores ſuccindere, incendere, comburere, ignem immittere, igne uaſtare, prædari, tributa colligere, exuuias congregare· qui uero hæc uendunt, λαφυροπῶλαι dicuntur. Dices uero, muro munire, urbem, murum educere, murum urbi extruere, erigere, dirigere, circumducere, circumagere, & elaborare, urbem muro munire, & urbs muro munita· operarij uero, τειχοποιοί. contra uero urbs muris carens, nuda, & immunita.

XXIII DE EXERCITV, MILITIBVS probatis, & contra.

Milites, Commilitones, exercitus, phalanx, agmen, acies, caſtra, uis, ordo. Dices uero, pedeſtres· Argenteis, aut aureis ſcutis utentes, quæ Macedonica ſunt. Dices etiam, fundas implere, rotare, tela mittere, emittere, uertere, pila emittere, iaculari, iaculis traijcere.

XXIIII DE LVSTRATIONE EXERCITVS.

Dices uero, luſtrare exercitum, cenſere, & congregare· & exercitus luſtratio, luſtrum, cenſus, collectio, congregatio, cœtus· colligere, congregare. et horum uocabula ſunt, Milites delecti, ſelecti, egregij, inclyti, clari, optimi, Optimates, prudẽtes, fortes, fortiter rem gerentes, celebres. de optimis, electim, fortiter, mox etiã his manipulares Duces adiungẽtur. Vocabis uero, catalogo inſcriptos, ætatis militaris exiſtentes, uegetos, militarẽ ætatem nactos, uigentes, utiles· cõtrà uero ætatẽ inutilem, imbellẽ, militiæ rudem, imbecillem. Dices uero hoſtes, alienos, & peregrinos, extorres, qui extra fines ſunt, tranſmarinos, alienos· cõtra uero populares, incolas, conterminos, & quæ his ſunt ſimilia.

XXV DE IMPERATORE BONO, ET MALO, Imperatoris laudes.

Militaris, prudens, bellicoſus, tutus, ſaluator, circumſpectus,
prouidus, præuidens, ante facta conſulens, boni conſi-
Imperato- lij, ſolers, uigilans, impiger, audax, Ductor, Principalis, * Impera-
rius. tor, Imperio dignus, conſiderator rerum, acer, confidens, laborioſus,



eruditus, ordinatus, bene conſtitutus, ad pericula fortis, militiæ amãs, ſapiẽs, tacitus, ingenioſus, ſobrius, frugalis, operũ amãs, pugnax, ſtudioſus, honoris cupidus, laboris amans, pericula nõ horrẽs, uictoriæ ſtudioſus, uictoriæ amator, gloriæ auidus, Virilis, muneribus incorruptus, et integer. Vituperia uero, hebes, laborum inexpertus, imbellis, ſocors, incurius, piger, tardus, militiæ oſor, imprudens, ignauus, inexpertus, militariũ rerũ rudis, ſupinus, ebrius, imbellis, occaſionum neglector, improuidus, incircũſpectus, mentis expers, inſipiens, ſtupidus, iudicio carens, uæcors, pugnæ oſor, timidus, effœminatus, infamis, deſes, attonitus, ſtultus, temerarius, territus, mentis non compos, pericula fugiens, audax, furioſus, exagitatus, inconſtans, immunitus, proditor, crudelis, incontinens, muneribus corruptus.

LAVS, ET VITVPERIVM MILITIS. XXVI

Militis uero laus eſt, obiediens, Principi parens, moriger, obtemperans, audiens, mandata exequens. Contraria uero, inobediens, non audiens, immoriger. Dices uero, Vrbes defecerunt, inſurrexerunt, expeditionem fecerunt, aduenerunt, incurſionem fecerunt, bellum inſtituerunt, intulerunt, uaſtarunt, incurſiones exercuerunt. in frumenti flore, circa frumenti prouentum, frumento uiridi exiſtente, frumento florente.

CAPVT VNDECIMVM, DE EQVESTRIBVS NOMINIBVS. I

EQueſtria nomina, equorum armenta, equorum nutritor, armenta nutriens, equos paſcens, equos ducens, equorum Domitor, equos frenans, equorum curator, equorum ſtudioſus, equorum paſtor· deinde, equi armentis apti, equi armentarij, equi pugiles, equi certantes, edaces, certatorij, uictores, brauium ferentes, uenatici, bellicoſi, itinerarij, militares, faſtuoſi. Dices item, pulli, ἄβολοι, qui nondum dentes abiecerunt· ſunt autem hi qui inter pullos, et perfectæ ætatis equos medij habentur· ſic enim Plato uocauit eos, qui dentes abiecerunt ſecundario: deinde equi perfecti, ſenes , gnomonibus

monibus carentes, gnomones amittentes. γνώμων autem eſt dens excidēs, ætatis index. Dices etiam, pullum ex armento deducere, &c. equum paſcere, & equi pabulum. Indomitum uero pullum uocabis, qui equitanti renitens, indoctus, & agreſtis eſt· huic Xenophon opponit Iam ſubactũ equum: Sed et domare dices, equuleos

Voluta- domare, pullos ſubigere, & inſtituere, manſuetos reddere, exer-
mina. cere, docere. Dices etiam de equis, palpare, abſtergere, expur-
Euoluta- gare, mundare, excutere puluerem, erigere pilos, efferre ſi-
menta, mum, ſtragula equorum refrigerare. Caput uero lauare dicendum
Voluta- eſt, non purgare. Voluere uero etiam ſaltare, & exilire uocabis.
bra. Locum autem ipſum, in quo ſe equi uoluunt, uocabis *ἀλίστρα,*.

## II. DE ALIMENTIS EQVORVM.

ALimenta equorum, hordea, ſpeltæ, ſiligines, fœnum, frumentum· apud Homerum uero, etiam Triticum· et ſi credere licet, uinum potus erat, & lotus, & paluſtre apium.

## III DE FRENIS.

SEd & frenare dices, frenum inijcere, & frenationem· deinde equile, equorum ſtatio, equorum cubile, ſtabulum, præſepe· tũ etiam capiſtra, uincula præſepialia· reticulum, & auream· frenum, & eius partes ferreas, lupatum· & huius concauitas, echinos. rotundas uero eius partes, & ſerratas, rotulas· dura autem illa, & longa, quæ inſtar catenæ connexa ſunt, annuli, & circuli, uel etiam canni & nexus· deinde inſtrata, ephippia, & ſaga. Sed quæ ad curam faciunt inſtrumenta, lignum quidem pilos expurgans, alæq; ſimile, ſpatha· ferreus autem ille inſtar ſerræ dentatus pecten, ſtrigil. ſed ex palmæ ramulis conflexum inſtrumentum, quod pilos diſtinguit, & abſtergit, σωρακίς. Quod autem ab aurea extenſum ori circumdatum eſt, in quo equus comedit, crates dicitur.

## IIII DE LOCIS EQVITABILIBVS, & præcipitijs.

LOca uero uocabis, equitabilia, et inequitabilia, tranſitu difficilia, tranſibilia, campeſtria, ſpacioſa, curricula. Terra, rus dicitur



dicitur, campeſtris, ardua· terra plana, facilis, lapidibus carens equiſonans, equorum curſui patens, facilis tranſitu· intranſibilia· inacceſsibilia, aſpera, ſaxo, ſacurſui incommoda, curſui commoda, petricoſa, lapidoſa, lapidibus ſtrata, montana, profunda, concaua, cœnoſa, dura, lutulenta, paluſtria, lubrica, humida, aquoſa, arenoſa, olim à mari operta, irrigua, ſubhumida, madida, pedes non ſuſtinentia, ſubtrahentia pedes, ſupplantatoria, ardua, accliuia, erecta. Tumulos etiam dices, colles, uertices, ualles, torrentes, præcipitia, prona, procliuia. De accliuibus quidem locis dicimus, ſurſum currere, aſcendere, conſcendere, ſubſilire· de pronis uero locis decurrere, & deſcendere.

## DE CORPORE, ET INGENIO equi boni, & mali. V

A corpore quidem, ungulæ cauæ, ut ſcilicet earum concauitas profunda ſit, ne in ſolum impingens moleſtetur· huiuſmodi enim Vngula (ut Xenophon inquit) cymbali inſtar ad ſolum reſonat. Dices autem, inſonat, obſtrepit, et reboat. caninis pedibus præditi, caui, ſolidi· Tibiæ excarnes quoq; equum commendant. genu facile, tibiæ flexibiles, femora neruoſa· denſa latera, iuxta uentrem longa, & tumentia, uenter prominens· altæ ſcapulæ, quo & Equiti ſedes ſit tutior, & ipſis humeris firmius hærere liceat. collũ incuruum gallorum more, non rectum ut hircorum. caput oſſeum, breuis promuſcis capitis, iuba denſa, coma decora. facies proterua, ut quaſi prominentibus oculis uideatur. oculi ignei, ſanguineum tuentes. nares patulæ, hæ enim ad ſpirandũ quàm compreſſæ nares faciliores ſunt. auriculæ breues, pectus latum· lumbus duplex, cui & dorſum, et ſella ſit ſimilis: in primis autem dorſi medium, cui Eques inſidet. nates lati, & pingues. coxæ firmæ, & latæ. cauda longa, Simon uero hanc etiam Κέρκον uocat. Dicitur etiam ἵππουρις, quod equinæ caudæ proprijſsimum nomen eſt. longitudo autem utilis non modo ad pulchritudinem, ſed ut muſcis moleſtatus moleſta abigat animalia.

VI VITVPERIVM EQVI.

Equi uero uituperium, ungulæ tenues, ungulæ plenæ, carneæ, planæ, leues, Xenophon uero etiam χαμηλὰς uocauit · caninis pedibus ſimiles, pingues tumores tibiarum habentes, femora infirma, ſcapulas cauas, prælongum collum, tenuem iubam, anguſtum pectus · caput graue, & carneum · grandes aures, nares preſſas, oculos cauos, huiuſmodi autem equus etiam κοιλόφθαλμος uocatur · breuia latera, macilenta, lumbũ acutum, aſperos nates, coxas excarnes, tibias duras, rigida genua. Mollis enim equus genua facilius inflectit, & minus trepidè incedit. Pertinent autem huc omnia ea quæ iis, quæ de bono equo dicta ſunt, cõtraria exiſtunt.

VII LAVDES EQVINI VVLTVS.

Equi uero uultum laudans uocabis, trucem, temerarium, impudentem, fumidum, ignitũ, audacem, acrem, furibundum, iracundum, hinnibilem. ſpiritum quoq; uocabis audaciorem, furioſum, & temerarium. Vituperabis autem pigrum appellans, hebetẽ, frigidum, ira carentem, puſillanimem, ignauum · non equinum, cui contrarium eſt ἱππωδέστερον, *. & ſimilia.

VIII EQVINORVM PEDVM NOMINA.

Priores pedes dicuntur, anteriores, qui ſub ſcapulis, qui ſub pectore · primi, qui ſub collo. reliqui uero poſteriores, qui retro ſunt. ultimi, qui natibus ſubſunt, qui ſub cauda, qui ſub coxis, poſtremi. Melior uero equus eſt, qui non alternatim, ſed per longius ſpacium pedes tranſponit, et transfert · peſſimus uero, ſi maximum tibiarum interuallum habeat · Prodeſt enim, ut Simon inquit, quàm plurimo ſpacio traiicere tibias. Et ob id Simoni uocatur equus. facilis curſu, ueloxq;, qui currendo pedes non altius à terra ſubleuat. Et laus quidẽ operũ equi eſt, bene ſpirans, bonis pedibus præditus, bonam ungulam habens. pedum autem uirtus εὐποδία dicitur. Ab indole uero laudare licet equum, facilis ad portandum, furibundus, aptus, facilis, decorus, manſuetus, magnanimus, ſuperbus, elatus, ſuperbiens, uenerabilis, liber, liber ad opera, equitabilis, ſplendidus, circumſpectus, arrogans, generoſus, cordatus, magnanimus, ſublimis,



mis, faſtuoſus, uenuſtus, audax, temerarius, celer, truculentus, bellicoſus, militaris, mitis, obediens, facilis ductu, habenis obtemperans, manſuetus benignus, Equitis amans, beneuolus Equiti, ad turbam exiliens, exurgens, acer, uelox, uolipes, humanus, equorum amans, indies roboratus, hoſtes agnoſcens, uerſatilis, facilis ad uertendum, morigerus, ordinis obſeruans, facilis, correctus genis, iuſtus in maxillis, æquales habẽs maxillas, inſtitutus, facile proruẽs, facile exurgens · flagelli nõ indigus, neq; ſtimuli · ſtimulo non opus habẽs, curſu facilis, citus uentos curſu æquans · Homerus uero eũ Auræ, uel Venti filium uocat. non ſuſpectus, intimidus, fortis · ſtudioſus aſcendendi accliuia, & decurrendi prona · & murum ſuperare, foſſam ſuperſilire, torrentem tranſilire, fluuium tranare, de tumulo decurrere, in tumulum ſubſilire, & de tumulo deſilire.

IX VITVPERATIO EQVI, OPERUM, & ingenii.

Ex cõtrario uero tardus, ſegnis, hebes, otioſus, delicatus, ſimplex, piger, malis pedibus præditus, male ſpirãs, cunctator, timidus, trepidus, tremẽs, ſuſpectus, hæſitabundus, timens, tardus mollis ungulas, duri oris, impares maxillas habens, unam tantum maxillam habens, grauis capite, deſpiciẽs, aſininus, uorax, difficilis incitatu, immorigerus, habenas negligens, difficilis ductu, impudens, imbellis, ſtupidus, humilis, puſillanimis, deformis, indecens, facilis captu · neq; turbam tolleraret, nec militarem clamorem ſuſtineret. equorum oſor, hominum oſor, mordax, calcitrator, indomitus, male inſtitutus, non promptus, rudis, incompoſitus, ſæuus, difficilis ad portandum, effrenis, impudentibus maxillis, refrenãs, decutiens, incurioſus · Equitis excuſſor, freni impatiens, ſubtimidus · Deficiens, ſecundum Simonem: & ſi quæ his ſunt ſimilia.

X DE HIS QVAE EQVISO FACERE DEBET.

Quæ uero equi curatorem facere conuenit, hæc ſunt · hic purget χελιδόνα, & concauitatem ungulæ curet, tibiam terat ſecundum pilorum ordinem · femora uero, & reliquum corpus ſi contrario modo purgauerit, facilius puluerem excutiet. & ad reliquum

quum quidem corpus ſingula, & propria purgandi inſtrumenta ad
hibenda ſunt. caput uero lauandum potius, quàm purgandum eſt.
dorſi uero pilos alio inſtrumento nequaquã tangat, ſed manibus ea
parte uerſus qua natura creſcunt, lauet, teratq́; imprimis tamen, ne
equi ſellam lædat, curandum eſt. Pullum uero ad ſaxoſam, nec om
nino aſperam tamen uiam aſſuefaciet, ſi in ſtabulo quoque lapides
ſubſtrauerit, ponderoſos, & magnos, Freno etiam refrenãs, ut Xe
nophon inquit· hac etenim conſuetudine pedes ad ſaxa indurabit,
labia uero ut frenum admittãt, emolliet. ſed molliuntur et labia ma
nuum tactu, tepidæ aquæ aſperſione, et unctione olei, tumq́; etiam
frenum admittet facilius. Capiſtrum uero ad aurem ne cõſtringat,
ne hoc uexatus, & diſtractus, & frenum quoq; moleſtius ferat,
laborioſa enim maxime freni impatientia eſt. Sed qui equum freno
parentem habuerit, nihil hunc iubeo· ſi uero effrenem, camo uten-
dum eſt· hic enim mordere nõ ſinit, bibere tamen nõ prohibet. cæ-
terum ſi equum frigefacit, & recreat, à capite incipiendũ eſt, ut ſu
perioribus mundatis ad inferiora perueniat. E qui porrò iam recre-
ati ungulæ ungendæ ſunt, & anterioribus quidem pedibus abſter-
ſis præteriẽs reſpiciat, ne equus cupiens licet, hunc calcitrare poſ-
ſit· ad poſteriores uero tranſiens, ſeipſum conuertens facie conuer
ſa eos, quos purgat, pedes reſpiciat, ut quieſcat equus· primo dein-
de capiſtro exuatur, poſtea frenatũ ut aliquandiu ſtet, permitte, ne
diſtractus illico defatigetur, ſed ut ſine dolore et in maxillarũ otio
Senſim * freno aſſuefiat· ſi uero hũc cõſcendit, aſcenſionẽ de loco ſublimi
ori fieri neceſſe eſt, ne ſcilicet ſeipſum cõſcendẽdo detrahat, ne'ue
impetu inſiliens equum lædat· primo autem in loca patentia, et pla-
na agendus eſt· progreſſus uero, & diſceſſus ne mox faciat, ſed In
obliquum hinc inde (ſic enim Simon inquit) equum torqueat in lon
gitudinem nonnunquã, nonnunquã uero remiſſius, nuncq́; in cele-
rem, mox uero in tardũ eius curſum permutando, frenumq́; in u-
tranq; traijciendo maxillã. Flexus quoq; fieri oportet, cõuerſiones,
& gyros, in quibus non impellendus equus eſt, ſed retorquendus
(quod & ὑπολαμβάνειν uocant) detinendus, impellendus, attol-
lendusq́;.



lendusq́;. In obliquum uero inclinare nec te, nec equum cõuenit, ſic
enim utriq; proſternentur illico· cæterum curſus rectus longusq́;
laborioſior eſt, quem ὀρθοδρομεῖν uocant, ſicuti contrarium eius
retorquere dicitur. Sed ſi defatigatus capite nutet, equus genero-
ſus non eſt. Ille uero qui in defatigatione fit curſus, eadem ratione
ἱππάζεσθαι uocatur, qua de equitibus ἱππεύειν dicimus. Locis por
rò crebrius mutatis, gratius equo feceris, iucũdiora enim ei loca no
ua ſunt· à moribus autem ſuis, etiamſi generoſiſſimus ſit, degenera
bit, ſi demiſſo freno erecto currat capite. Sed freno ad ingenuita-
tem aliquam ignobilis equus inſtituendus eſt. Obſeruandum etiam
eſt, aſperiora frena equos immota non ſinere. ſed hinc inde diſijce
re, faciliorem ſcilicet ſe inuẽturos partem ſperantes. Quapropter
ferocioribus aſpera frena inijcienda nõ ſunt, hæc enim ueluti obe
liſcos arripiunt, robuſtos quidem, et firmos· molles tamen, ut qua-
cunque parte hæc equus contigerit, reliqua catenæ inſtar incurue
tur. Et frena quidem aſpera ſunt, quæ uertebras duras habent, &
echinos acutos, quos leuigando, et expoliendo mitigare conuenit·
mollia uero dicuntur, quæ latas lentasq́; habentes compages facile
inflectuntur. omnesq́; oreæ latæ, & nõ ſtrictæ ſunt. Cæterum ſi
ad curſum cõcites, corpore tuo nequaquam inclineris· manu uero,
ſi habena breuior fuerit, longius extenſa nonnunquam impelle, ali
quando ſiſte, nunc frenũ remitte, nunc recipe. Quod ſi equus cur
ſu ſternatur, aut Eques indoctus, aut Eques infirmus eſt.

## DE MORBO EQVORVM. XI

Est uero quidam equorum morbus, ordeatio, & ſanguinaria,
ex ſatietate. cumq́; frumenti uomitu laborant, demendũ hoc,
& fœnum, aliud'ue leuius quiddam apponendum eſt.

## DE EQVITATIONE. XII

IPſam uero equitationem appellabis ἱππείαν, curſum, aurigatio
nẽ· cõuenienter inſidere, fortiter, & oblique. Et Superſedere di
ces ſecundũ Xenophontẽ, etiamſi durius ſit. aſcendere, cõſcende-
re· & aſcendit, aut conſcendit· unde dicitur, aſcenſor, & conſcen
ſor. Dices etiam, exibilatione, & ſtridore incitauit equum. Hæc ue

 ro &

ro & hortatoria ſigna dicuntur, popiſmo aſtare, & excitare. curſus uero ſignum, pedibus uentrem ferire, collumq́; freno percutere. Ignobilem uero equum nil uetat, quin calcari ſtimules· ferociores enim ad plagam tanquam ad iniuriam indignantur, & præ ira ad curſum elati impetũ hunc Equiti periculoſiorem exhibent· & ſi quis equitandi rudis fuerit, excutiunt, eijciunt, calcitrantq́; in poſteriores erecti pedes.

XIII DE EQVORVM VIRTVTE.

EQuus uero ad pompas deſtinatus habeat ſpiritum magnanimum, corpus ualidum· lumbos molles, breuesq́;, et fortes, non iuxta caudã, ſed inter latera coxasq́;, ut facile poſsit poſteriores pedes prioribus ſupponere. incita uero ipſum ſignis hortatorijs, et freno ferias, frenũq́; remittes, ut leuitate illa gaudeat, feraturq́; intrepide. non cõuenit autem calcaria ſubdere, ſed oportet magis contingere, et hortari, tum inſtituere ut caput inflectat, & ſeſe fœminarum in morem formet.

XIIII QVIBVS ARMIS OPORTEAT Militem uti.

SEd ſi equeſtrem pugnam contra alios equitans mediteris, telis utere uolubilibus, & lancea ſimiliter rotunda, ut innocua plaga ſit· haſtile autem ab aduerſario arreptum, tractumq́;, repente dimittas· hoc etenim non terret ſolum, ſed & proſternit. Notandum etiam, quod Xenophon dixit Equos aſtragalos habere: grauiter cõtra hæc Ariſtotele inuehente, qui dixit, Nullũ animal ſolidã ungulam habens aſtragalos habere, ne aſinũ quidem, ſed ſolum elephantem, cui etiam à fronte cornu excreuiſſe affirmat. Inſtituendus etiam equus, ut ſe ſubmittat, id eſt pedibus diductis, conſideat, & humiliet, ut eo facilius eques conſcendere poſsit· confirmandus uero, cum incipit Εϖισκέλησιν, ſic autem Xenophon primam il-
uero lam pedum cõmotionem uocauit. Campeſtris * equitatio, circularis, longa uel recta curſum rectum circulari addens. Dices etiam, inelaborata equitatio, inelaboratè equitare, impetu impellere, loris equum concitare, frenum ad celeritatem remittere, omnes habe

nas con-



nas concutere, ſtimulo irritare. Generoſiores uero equi tangendi magis quàm ſtimulandi ſunt, & hortandi magis quàm cogendi.

QVO PACTO OPORTEAT INSIdere equo. XV

CVm uero inſederis equo, nequaquam femora ferias, ſed pedes ſubleua, & ſtanti ſimillimus ſis. Stapedes enim magis ad ſtandum, quàm inſidendum parati ſunt. Cura denique, ne ullam laborantem equi partem contingas, utpote pedes, aut latera· hæc etenim perfert, & hos transfert. Si uero de induſtria equitatui idoneum te exhibueris, facilius te equus portabit· ſi uero ſic conſidens iacularis conſtantiſsimo robore, equo uidente emiſſionem iaculi, ipſe quidem impetu conſternetur impulſui cedens. continens itaq́; habenas, et aliquantum obliquus, manum gubernatricem extendens iaculare.

DE* OPERIBVS EQVI, INSTRVMENtis, iuba, & locis equitabilibus. XVI AVDACIA.

OPera equo propria hæc ſunt, fremit, hinnit· hinnitus, fremitus, ſingultus, flatus, ſpiritus, ampulla, ſuperbia, gloriatio· fremere, inflare, ſpirare, efflare, ſuperbire, & ſi quæ his ſunt ſimilia. Equeſtria autem inſtrumenta ſunt, catena, habena, & lorum equi, ſtimulus, calcar, ocreæ, habenæ. Dicas etiam de equo, quod celeriter pedes leuat, & poſteriores attrahat. Melior uero eſt iuba unicolor, & denſa. Splendida enim in equis iuba eſt, et ſuperbiunt, ornanturq́; per hanc. Quapropter hi, qui aſinos admittunt, cum aquæ aſinorum cõgreſſum aſpernantur, eosq́; laceſſant, equarum iubas radunt, & ad fontes deducunt· hæ uero tanquam in ſpeculo cernentes deformitatem corporis, & iubæ ſplendorem amiſſum, deterioris poſtea animalis congreſſum admittunt. Equus etenim apud equam comptus, collum erigit, exultat, curſuq́; ſuperbit. maxime autem decorum, & uenuſtum erit, ſi natura extenſum, altumq́; collum habeat, uerticem magnam, aureſq́; ad capitis proportionem adductiores. Si uero equi inclinato capite frenum momorderit, ſeſſorem eijciunt· qui uero collum transferentes crebro cõcu

ciunt,

tiunt, uiolenter excutiunt ſeſſorem. refrenare autem dicuntur, cũ in dorſum ſe attollunt. Eſt etiam curſus quidam equi, excurſus dictus, quando extra inſtitutum curſum impetu effertur. Durus quidem equus difficulter inflectitur, & ſi illi frenum ſubmittas, minime accipit · qui uero maxillas habet molliores, non libenter. obediens uero iudicatur ſic, ſi freno ſubmiſſo ut recipiat, facile paret. & ſi ſigno ad curſum dato, non impetu excurrit, & ſigno ſtationis dato, conſiſtit etiam nõ in facilibus locis · quales ſunt, glebæ, culta loca, arata, rigida, & anguſtiæ. In locis uero facilibus, curſui equorum apti, publicæ uiæ, curules, plateæ, ſpatioſi · in locis uero rigidis læduntur tibiæ, quas Xenophon uocat Suſtentacula corporis. Ὑποσανδοφορεῖν uero equum dicitur, cum quis in ipſo curſu equum impellit, quod non laudatur.

XVII EQVITVM NOMINA.

EQuites uero dicũtur, ἱππόται, Aurigæ, Aſcenſores, Conſcenſores · & equorum Amatores, Philippi.

I CAPVT DVODECIMVM, DE AGRICVLTVRAE, ET HORTORVM NOMINIBUS.

AGriculturæ nomina, tellus, agricultura, agrorum cultus, uilla, agri, ſuburbana, nemora, ſyluæ, lucus, arboribus cõſiti loci, ſaltus, montes. Ruſtici, terræ cultores, aut Operarij iuxta Xenophontẽ: quos Homerus Ἐρίθους uocat. Plantatores, noualia curantes, Irrigatores, Foſſores, Aratores, Agreſtes, Seminatores, Meſſores. Ἀμῶντες uero, Poëticum eſt. Θερισταὶ, Vindemiatores, Vindemiatrices, Spicilegæ, oleas terentes, olei curatores, manipulorũ colligatores, irrigantes, Foſſores, Ventilatores, Syluani, Monticolæ, Hortulani. Semina, plantæ, germina quàm maxime ad oleas referũtur. deinde manipuli, ordei manipuli, plantæ, ſtolones, hortenſia. Et nouale facere, noualia colere · πολῆσαι, id eſt nouale arare · unde bis arata tellus, δίπολος dicitur. Homerus, Latũ τρίπολον, id eſt Ter aratum nouale, dixit. Heſiodus, In uere nouale uertere, ſementem facere,



inijcere, ſemen terræ mandare. Ἐπισπορία uero dicitur, cum quis ſemini uni, aliud ſemen inijcit, quod cauendum eſt. Sunt etiam κερασβόλα ſemina, ſi boum cornibus incidant, quæ ἀτεράμονα, id eſt immatura, proueniunt. Detrahere tellurem, ne plantas ſuffocet · & accumulare, ſi denudentur radices, dicitur.

II DE VITIVM CVRA, ET PVTATIONE ARBORUM.

DIces uero putare uites, ſepire, fodere, ablaqueare, attõdere, amputare, irrigare, riuos ducere, expurgare aquæ fluxum, profundos meatus facere, auertere aquam, palos uitibus affigere, perticas infigere, nutrire plantas, triturare frumentum, fodere terram, uitium uindemiam facere, colligere fructus, cumulare, uentilare, paleas à iuſto ſeparare, ſeiungere paleas, ſepẽ circũducere, ſepem agere aut circumijcere, munire, tribulos congregare, uuas in torculari cõfringere, uertere, cõculcare. oliuas uero terere, premere & cõprimere, ſtercorare, ſtercus ingerere. ficus uero legere, συκάζειν. De omni uero autumno, ὀπωρίζειν dicitur. occare, aſinos agere, uites curare, aſinũ fimũ uehentẽ ſequi. fodienda, uindemianda, plantanda, trituranda. Nomina uero rerum ſunt, nouale, aratio, ſementa, meſſis, trituratio, plantatio, uindemia, fructuũ collectio, alimentorum congregatio, fructus, uuarum contritio, uini confluentia, oleæ cõtritio. A fodiendo uero, triturando * non inuenio certa nomina. * uel uentilando,

III DE TERRA BONA

TEllus uero dicitur, fœcunda, fertilis, facilis ad ſeminandum, bona aratu, profunda, mollis, pinguis, fructuoſa, multũ proferens, iuſta.

IIII DE TERRA STERILI, ET ASPERA.

COntra uero, tenuis, ſaxoſa, arenoſa, lapidoſa, petricoſa, lapidibus & arenis ſtrata, ſterilis, ſementis impatiens, impenetrabilis, dura, rigida, difficilis aratu, infrugifera, plena lapidum, iniuſta. Sed Menander Iuſtum agellum uocauit, qui non plus quàm ſemina credita redderet.

V DE PRATIS.

CAmpus, arua culta, ſegetes, terræ cultæ, tumuli, ordines arborum, ſulci, uitium culturæ, nemora, horti, prata, ualles, paradiſi. Vocabis item montes uitigeros, uitibus conſitos, aut uitiferos, ligno abundantes, arboriferos, arborũ copia conſpicuos, denſos· et colles uitigineos, bene conſitos, dulce uinum proferentes, irriguos. terras fertiles, ſegetes ſplendidas, hortos rore plenos, paradiſos fœcundos· nemora decora, umbroſa, umbratilia, bona paſcua habentia, opaca, patula, undiq; comata· prata florida, ualles oleis abundantes. roſa, lilium, uiola, crocus, lotus, narciſſus, hyacinthus, ſerpyllum, anemone, thrialis, ſiſymbria. Poëtæ uero etiam Adianti, amaranti & leucoij meminerunt.

VI LOCI FLORVM.

OMnium quidem florum eſt pratum, propria uero aliorum florum loca quomodo uocentur ignoro. Roſarũ quidem roſeta, ἰώνια uiolarum propria loca.

VII DE ARBORIBVS FRVCTIFERIS.

DE plantis fructiferisq; arboribus dices, florere, frondere, luxuriari. βρύειν, id eſt germinare, ſed proprie ad oleas refertur. floret, fructificat, turget, germinat, & ſimilia his. & nomina hinc deriuata, flos, florulentia, pullulatio, germinatio. Dices etiam, bene germinãs, bene florens, bene pullulans & florens, ſpecioſum, & ſemper floridum.

VIII DE ARBORIBVS INFRVGIFERIS.

DE contrarijs uero cõtraria dices, ut infloridum, difficulter florens, deforme, flore carens, nudum folijs, flores non habens. & marceſcit, extinguitur, defloreſcit, folia defluunt, denudatur. φυλλοχόος menſis uero uocatur Heſiodo, qui hoc efficit. noua arbor, nuper prognata, modo germinans, nuper conſita, recenter procreata, modo conſita, nouiter plantata, noua planta· ſordidum quidem hoc nomen, ſed apud Ariſtophanem inuenitur. Arbores quædam ſunt fructuoſæ, quædam infrugiferæ. fructuoſæ autem poſt oleam, uitem, & ficum, mali, pyri, mala Punica, pruni. Notandum uero quod κοκκύμηλον in genere neutro fructũ, in maſculino uero arborẽ uocat Media Comœdia. utitur etiã Archilochus hoc prunorũ nomine nuces, pyri ſylueſtres, pinus, palmæ, carya, * κάρυα τὰ ὃη ἔχοντα διφυῆν: ſunt autẽ hæc uel Auellanæ, uel potius caſtaneæ dicuntur. de his enim Xenophon dicit, Pueros pinguefaciendos caryis exhilarabis: nonnulli uero has à Poëtis Ionis glandes dictas eſſe putãt. amygdalæ, terminthus, cuius fructus à nonnullis terebinthus nominatur· morus. Eſt uero in Media Comœdia fructus συκάμινον neutrum, arbor uero συκάμινος maſculinum. ut Συκάμινα ὅρα, καὶ φορεῖ ἱερακία μέσπιλα.

Nuces nõ habentes duplicatũ.



IX DE INFRVGIFERIS.

INfrugiferæ uero arbores dicuntur, quorum fructus in hominum alimentum non cedit, reliquæ uero omnes frugiferæ. Infrugiferarum itaq; ſunt, quercus· dubium autem mox hoc erit, an frugifera habeatur propter glandiuoros Arcades, & maximè quod homines ante frumenti uſum glande paſcebãtur· platanus, cornus, ulmus, fraxinus, alnus, populus, laurus, abies, cupreſſus, cedrus, thyus, ſalix, myrica, myrtus. Niſi forte laurum, myrtumq; frugiferis anumerabimus. quarum fructus, lauri quidem daphnides, myrti uero myrta appellantur.

X DE PARTIBVS ARBORVM, RAmis florentibus, & contra.

ARboris partes, radices, radices agere, radices nutrire, radices mittere, figere, infigere, cõfirmare, radices extendere. caudex, leuis, planusq;. ſtips, rami, palmites, germina. Stipitẽ uero nominabis, firmũ, robuſtum, magnũ, denſum, rectum, ingentem, generoſum, bene plantatũ, tumidumq;. rami luxuriãtes, ὄρπηκες uero Poëticũ eſt. Nominabis uero, teneros, adultos, generoſos, rectos, latos, diffuſos, folijs abundãtes, comatos, patulos, crinitos undiq;, bene comatos, umbroſos, umbratiles, opacos, profundos, denſos· denſam reddentes umbram, multam, latam, ſufficientem, idoneam, ſatisfacientẽ, largam, luxurioſamq;. Contrà uero uocabis, folijs carentes, nudos, denudatos, comis priuatos, ſpoliatos folijs, are-

areſactos, cõſeneſcentes, deformes, ornatu carentes, defloreſcen-
tes, ſpoliatos, fructu carentes, cõfectos ſenio. Proprie uero oliuæ
ramus, germen uocatur· ſicut uitis, palmes. ficus uero foliũ, thrion·
quemadmodũ uitis, pampinus. Folia uero, etiam πέταλα nominan
tur. Appellabis etiã folia, tenera, iuuenilia, uiridia, florida. Fructũ
uero uocabis, florem, prouentum, & remunerationem. et fructum
Mollem uegetum * maturum, crudum, & præcocem. Nominabis uero fru
menti prouentum, plantarum flores, ficum germinantem, uitim pu
beſcentem, oliuam turgidam.

XI DE ARBORVM NVTRIMENTIS.

QVæ uero fructus nutriũt, aut arbores, hæc ſunt⁺ imbres, flu
uij, ſcaturigines, fontes, aquæ uenæ, ros, loca amœna, hu-
mores, undæ. terra fontana, uegeta, humida, aquoſa, rorida, auſtra
lis, ſtillans, irrigua, fontibus ſcatens. Adde his auras, nam & hæ
nutriunt· & flatus, flaminaq́; zephyrorum.

XII DE LAVDIBVS LOCI ALICVIVS.

LOcum uero laudans dices, aquoſus, irriguus, roridus, humi-
dus, mollis, denſus, conſitus, plantatus, pinguis, opacus, ar-
boribus conſitus, floridus, florulentus, fructuoſus, pulchros fru-
ctus procreans, frugifer, rigatus, umbroſus, umbratilis, ferax, iu-
ſtus, & ſi quæ ſunt ſimilia.

XIII DE LAVDIBVS PRATI.

SEd in laudem prati, floridum, florulentum, ferax, germinans,
iuſtum, odorum, fragrans, ſpirans, fragrantia abundans, be-
ne coloratum, multicolor, multiformis, uariũ, multis coloribus ua-
rium, ſuauiſſimum odorem emittens, iucundum ſpirans. In arboris
laudem, bene conſtituta, iuſta, ferax, fœcunda, frugifera, fructuo
ſa. arboris fœcunditas, florulentia, fertilitas, fructuum prouen-
tus, prouentus bonus & copioſus.

XIIII DE NOMINIBVS OLEAE, FI-
cuum, uitis, & palmarum.

OLiuæ porrò florem nominabis, album, denſum, continuum.
Olea autem ſylueſtris, oleaſter dicitur. Cum uero oleaſtro
domeſticam



domeſticam oleam inſeueris, hæ oleæ cotinades dicuntur· oleæ uero
ſacra, μορίαι⁺ quæ uero in Olympiade habetur, coronata. Omnes
uero plantæ domeſticæ ſylueſtribus inſertæ, calami uocantur· ficus
uero fructus, dulcis, ſuauis, iucundus, ficus, cariæ, maſſa, caria re-
cens, uiridis, caria uetus & arida, condita. Comici etiam ficum in
ciſam dicunt. Ficus uero recentes, συκάδες uocantur· nonnulli ue
ro etiam adultas hoc nomine appellauerũt. Caprifici uero fructus,
qui eſt ficus ſylueſtris, ἔρινα uocãtur, quæ ſic ficubus adhærent,
ut fructus non decidat. Ficus uero ſylueſtres colligere & compo-
nere, συκάζειν dicitur. Vitis uero ſunt, uua, botri, et hinc uuæ paſ
ſæ. Vites uero dicuntur, dulce uinum proferentes, uino abundan-
tes, bono uino præditæ. Pampini autem πόδιπετάννυται, cum
folia defluunt. Racemos uero tempeſtiuos, maturos, generoſos, flo
rentes & luxuriantes· uel è cõtrario, crudos, imperfectos, intẽpe-
ſtiuos, immaturos, et omphacas nominabis. Fructus uero ἀθησαύ
ρισος dicitur, quem reſeruare nõ licet· alius uero reſeruatiuus, ſe-
rus, & ſole aduſtus nuncupatur. De palma dices, erecta, alta, aſpe
ra, robuſta, ſemper florens. Tum etiam palmæ ramus, eodem nomi
ne palma uocatur, & palmæ radius. apud Poëtas uero σπάδιξ, fo
lium uero thalus, fructus autem maſculi quidem, ψήν· fœmellæ ue
ro, βάλανος dicitur. Vnde uero βάλανοι dependẽt, ſpatha uoca
tur. uſus hoc nomine Xenophon, et Herodotus dicens, quod etiam
Arcus quidam ex huiuſmodi ſpatha habeantur.

DE INSTRVMENTORVM XV
ruſticorum nominibus.

FAlx, ligo, falx meſſoria, raſtrum, ſecuris, uentilabrum, proca
lum, tridens, bidens, * uentilabrum, * quod & uannum uo- Cribrum
cant. τρύγηπος uas uimineũ, in quo fecem expurgant. Fex uero uel
non modo de uino, ſed etiam de oleo dicitur. Deinde aratrum, oc- Ventila-
ca, malleus, ſarculum, mortarium, piſtillum, arca panaria, morta- brũ uero.
riũ, cochleare, quod etiam ἀλετρίβανος dicitur. peluis, mactra,
uas panariũ, ſcyphus, ſporta, ſtorea, cophinus, uaſculum ficuum,
torcular, penus, fricatoriũ, cophinus, chœnix, tres chœnices con

tinẽs, ſe.ctarius, ſemiſextarius, medinnus. phrygeton, quod inſtru
mentũ eſt, quo hordeũ ſiccãt. hordei ſiccatio, et hordei ſiccatrices.
Solon uero etiã Spõſas ad nuptias eũtes phrygetũ ſignũ ferre iuſsit.

## XVI DE NEGLECTI LOCI NOMINIBVS.

LOci autem neglecti nomina ſunt, ſeminis impatiens, durus,
rigidus, ſpinoſus, acanthis plenus, tribulis & atriplicibus re
fertus, ſpinis, pollicarijs, coccis, fruticibus, zizanijs. quæ effodiẽ
d..ſunt, incendenda, comburenda, amolienda, & igne uaſtanda.

## XVII OLERVM NOMINA.

LActuca, raphanus, hoc autem nomine crambem uocant. Et
quod alij raphanum dixere, propriè raphanis dicitur, cuius
etiam ſpecies apud Herodotũ inuenitur. ſormæa, cinnara, porrum,
cepa, naſturtium, apium, malua, beta, coriander, aſparagus. Aſpa-
rangis uero acanthus uocatur. Eſt & hortenſis aſparagus, à cram
be denominatus. rapa, cucurbita, tritica, hordea, legumina, legu-
mina freſa, phaſioli, lens, fabæ, cicerculæ, dolichi, ciceres, cni-
cus, cicer, ruſtrachi, cicerculæ, cyminum. Ab ordeis uero nomina
mus ordeum decorticatũ, et farinam· à frumento autem, granum,
ſiliginem, ſpeltam, ſeſanum, milium, papauer, linus, panis amylus.

## XVIII DE PANE, ET VINO.

DIces uero, panis miliaceus, panis uerualis ſeu obularis, puls
milij, leguminum commixtio, panis ignitus, quem multi aſ-
ſatum uocant. deinde farina craſſa, maſſa, puerilis placenta, corti-
ces uuarum, furfures, qui ſunt tritici uiliſsimum. uinum dulce, ſua-
ue, illecebroſum, potabile, odoriferũ· aliud uero uinum, lorum, uap
pa, uinum uapeſcens, uinum acidum.

## XIX DE ARMENTIS, GREGIBVS, ET quæ hæc attinent.

PArtes uero eorum ſunt, quæ agros attinent, boum armenta·
caprarũ, & ouium greges. Et locus in quo boues ſtant, & bo
uilia, & boum ſtabula dicuntur· ubi uero oues capræq́;, caula &
ouile. Bubulcus uero, etiam boum nutritor, Paſtorq́; dicitur· quem
admodum hic qui ſub iugum boues agit, boum ſubactor. Ouium ue
ro præ-



ro præſes, Opilio· caprarum, caprarius· omniũ uero quadrupedũ,
Paſtores ſunt. Ouium uero, caprarumq́; ætates diſcernens Poëta,
Primogenitas, medias, *ἕρσας, id eſt teneras, & modò natas no- 31
minauit. Boum uero iuuenci, uituli dicuntur· ouiũ, agni· caprarum
autem, hœdi. caprarum uero dux, hircus· ouiumq́;, aries· boum au-
tem, taurus. Verba autẽ ipſa ſunt, paſcere, oues aut capras paſce-
re, ad paſcua educere. Vbera autẽ turgida dicuntur, cũ lacte plena
ſunt. lac autem ab ijs extrahere, mulgere uocatur. Dices uero, ca-
ſeum facere, caſeos incindere, lacte operari, lactis operibus inten
tum eſſe, * Viliſsimum autem lactis, ſerum. Vaſa uero ſunt, ſitulæ,
ſcaphulæ, caſeorum formagines, fiſcellæ, caſearia uaſa, calathi. Et coagula
Dices etiam Subulcus, & ſuum greges, porcorum haræ, ſtabula re, et nutri
porcorũ, pabulum ſuum. porcelli, ſues integræ ætatis, ſues à lacte re, & con
repulſi, et lactentes. poſteriores autẽ fœtus, μετάχοιροι dicuntur. gelare.

## CAPVT XIII, DE PARTIBVS ARATRI. I

HVius poſterius rectum lignũ, quod Arator tenet,
ſtiua uocatur· eius uero concauitas, cui manum
inſerit, anſa. ubi uero ſtiua infigitur, ἐλύμ. pars
uero cui iugum adaptatur, furca. ferrum autem
arans, uomer, cuius ſummittas nymphe. ex his uero temo ex-
tenditur. incurua autem huius pars, cui ſubtenditur clauis affi-
xa furca, dentale dicitur. quod uero poſt dentale eſt, biſtoboum·
eſt autem lignum, quod extenditur inter utrunque bouem. hu-
ius autem apex circa iugum, κορώνη. Lorum autem illud latum iu-
gum contingens, bouitenens, aut μεσόβοιον, uel μεσάβοιον uoca
tur. hoc autem utuntur, cum in iugi foramen ligneum clauum infi-
gunt, quem embryum, aut paxillum uocant.

## CAPVT XIIII, DE PLAVSTRO. I

PArtes plauſtri ſunt, axis, rotæ, ſcalæ, quod eſt
prælongum lignum ſupra axem, quatuor conſtãs
partibus, habẽs intermedios baculos, in priore qui
dem parte plures, poſteriore uero pauciores, in
medio

medio uero tabulatum plauſtri impoſitum ſuſtinent· cuius utraque latera, cardines, dexter ſcilicet, & ſiniſter dicuntur· his uero ligna ſuffixa ſunt, quæ καθαρόλαι dicuntur. quibus axis cardines adaptantur, à quibus axis cõuerſus trahitur. tum & alia, quæ ſunt plauſtri, ut iugum, temo, iugum falcatum, ſummitas iugi, & his ſimilia.

## CAPVT XV, DE APIBVS.

DE apibus porro dicunt, examen, & σμῆνος, quod apium multitudinem ſignificat. locus uero, aluearia, et apiaria. Ipſum autẽ opus, mellificare. Βλίττειν uerò eſt, apes fumo fugare, et arcere. Cæterum qui examini præeſt, quẽq; tota cohors ſequitur, Dux, & Rex nominatur· earumq́; ſoboles, σχαδόνες dicuntur· ſed ignauum horum pecus, fuci ſunt. & ipſarum uaſa, cellulæ. Sonitus autem, bombus. Sonare autem, bombiſare dicitur. aculeus uero, ſalutaris non eſt. Opera uero ſunt, cera, mel, mel cera mixtum. Sunt uero & faui edibiles.

Decreueram etiã, Venatoria addere, alia alijs, multaq; multis ſubiungere· uerum hoc modo in infinitum Librum protenderem. Puto etenim te ab hoc extemplo ratione ſumpta, & iuxta huius Libri enarrationem reliqua adiuncturum· ſi uerò tibi uiſum fuerit, etiam illa adiungamus.

Præſens hic Primus Liber à Dijs initio ſumpto in Agricultura finitur· Secundus uero, omnia De humani corporis apparentibus, & non apparentibus partibus uocabula comprehendit.

FINIS LIBRI PRIMI.



# IVLII POLLVCIS LIBER SECVNDVS.

## IVLIVS POLLVX, COMMODO CAESARI S.

QVęcunq; de humanis membris ex politæ linguæ Scriptoribus inuenire licuit, hæc ab his habiturus ſum. multa inſuper & Familiares noſtri inter deambulandũ indicarunt nobis, qui hæc & ſua opera, & Medicorum collegerunt· à quibus & nos quędam mutuauimus. Quorum etenim poſt experientiã cognitio, horum etiam uſus de ijs, quæ experientia cognita ſunt, neceſſarius eſt. Cum autem Primi Libri exordiũ à Dijs ſumpſerimus, ab homine Secundũ exordiemur. indicat uero omnes hominis partes, formasq; ſingulas· primoq; ætates explicat.

## CAPITA LIBRI SECVNDI.

HOminum ætates, & uocabula. Cap. I.
Quæ ſunt ante generationẽ, et poſt generationẽ. Cap. II.
Hominum membra, & partes. Cap. III.
Partes hominis extremæ, internæq;. Cap. IIII.
Nominum eorum quæ ſingulis partibus congruunt, frequentiſſimus uſus. Cap. V.

VIII

## DE ADOLESCENTIBVS.

ADoleſcentulus, Aduleſcens. Iuuencus uero licet dicatur, Comicũ tamen magis eſt. Iuuenũ uero cœtus, νεόλαια dicitur. Deinde Vir eſt, qui militarẽ ætatem aſſecutus eſt, ætatẽ cenſui obnoxiam habens, uegetus, feruens, bellicoſæ ætatis exiſtens· imbellem ætatem tranſgreſſus, imbellicoſam, bellis non aptam, militiæ imperitam ætatem egreſſus, cenſui ſeruiens, annos natus plus ſexaginta.

IX

## DE MEDIAE AETATIS Iuuenibus.

COncionibus aptam ætatem habens, nondum canus, ſubcanus, ſemicanus, mediæ ætatis, canus. Πολιοκρόταφος autem, quod capite canum ſignificat, Poëticum eſt. crudæ ſenectutis Vir, Senex. unde etiã Senilia, munera quæ ſenioribus tribuuntur. Et ſeni decorum, pro eo, quod ætatem decet· quod etiam πρεσβύτερον dicitur. Et πρεσβεύειν pro honorare Plato dixit, & Nihil eſt uetuſtius, pro eo quod eſt, nihil eſt nobilius.

X

## DE SENIBVS.

SEnex, maturus. Prouectæ ætatis, ut Thucydides, et Antiphõ dixit. extremæ ſenectutis homo, decrepitus· horum autẽ conſeſſus, Senatus dicitur. Senilia balnea, apud Platonẽ: Senilis palæſtra, & Seniles paleſtræ, apud Ariſtophanem: Senes etiã Seniores Xenophon uocauit. Plato uero quendã Senis Præceptorem appellauit. Senectuti porrò & hæc congruunt, in ſenectute alere uel ali, ſenectutem curare, ſenectutem nutriri, in ſenectute ſuſtentari, & Senum Nutritores. inſeneſcere, et conſeneſcere. Hyperides autem etiam γηροβοσκεῖν, id eſt Senes fouere: Et Alexis Senum enutritionẽ dixit· Xenophon uero, Inſeneſcibilem, id eſt perpetuam gloriam· & Hyperides, Inſeneſcibile tempus: Sophocles autem, Ἀγήρω, quod idem eſt. Platoq́; mundũ ἀγήρω, id eſt æternum, uocauit· quod & Euripides, & alij multi fecere. Thucydides etiam eodem modo Ἀγήρων uocauit, quo Euripides Inſeneſcibilem, uel incorruptã uirtutem: Et Demoſthenes, Honores inſeneſcibiles dixit.

DE



## DE VETVSTATE. XI

DIces etiam, multorũ annorũ homo, diu uiuẽs, diutina uita, et Longæuus. Plato enim in Timæo etiã Longæuiorẽ dixit. Secundũ Hyperidẽ uero etiã dicitur, In ſenectutis limine, in occaſu uitæ, ut iam balbutiat lingua, ut uox obſcura et intricata exiſtat, ut uox erret, ut manus ſolutæ ſint, ut ſenectus imbecillem reddiderit· ut pedes tremant & labentur, ut ſint obliqui, inconſtantes, inſtabiles, non fixi, lubrici, infirmi, & his ſimilia. Conueniunt his quoq; ſcommata Comica, Saturnus, Saturnius, Saturni in morem delirans, Senior Saturno, edentulus, Senex capularis, decipiens, clamoſus, deſipiens, inſulſus, attritus, ſilicerniũ, inuerſus propter ætatem, immutatus· ceruos, aut cornices ætate ſuperans· aut Nymphis coætaneus, & ſimilia.

## DE FOEMINIS. XII

DE fœminis uero, prima quidem his uocabula uſq; puerilem ætatem cum Maſculis communia ſunt. * quæ uero ſequuntur, Puellula, Virgũcula, Virgo, Fœmella. Κοράσιον, * uerò uulgare eſt, ſicut Κορίδιον quoq;. Res uero ipſa, uirginitas. Quodq́; Virginibus conuenit, uirgineum nominabis, niſi quod non adeò hoc celebre eſt. Phrynichus uero, Aduleſcentulas uocat Ἀμφήλικας· ut, Erant autem et inter Mulieres Aduleſcentulæ. Pherecrates uero Seniorem Virginem Ἀμφηλικεστέραν appellat, ut etiam Cratinus Ἀμφήλικα Senem dixit. Dices etiam, Virginem nubilem. Ariſtophanes uero, floridæ ætatis Puellas Catullire dixit· ut, Aliæ uero ipſarum catulliunt, aut ad Viros iam promptiores ſunt: Puella, Puellula, innupta, nuptijs idonea, nuper nupta, Mulier uiro iuncta, uenerabilis, uiro mixta, Iuuenis, florens, Adoleſcentula, pubeſcens, pubertatem tranſgreſſa, Seneſcens, Anus. & ſecundum Iſæum, Senior, Vetula. Et ut Theopompus Comicus inquit, Decrepita, uini amans, ebrioſa, uino gaudẽs, libidinoſa. Reliqua uero cum Maſculis cõmunia ſunt, ut extremæ ætatis, ultimæ ſenectutis, & cætera.

etenim hoc commune eſt utriſq; et Fœminis & Maſculis. Porrò.

 DE

XIII

## DE FORMATIS AB AETA-tibus uerbis.

HOrum autē quæ iam dicta ſunt uerba, hæc exiſtent, concipere, impræg nari. nam de grauidis etiā hoc Plato uſus eſt in Theætito, Impræg natā uocans. pariēs, uterū ferre, generare, pare

& re, Ephebis exire, inſtituere, tū etiā pueraſcere, * educatio. Et Puerilis diſciplina, apud Platonē inuenitur. Et Puerilis, apud Nicocharē: Et Puerilia, apud Xenophontē: Et Puerilis inſtitutio, apud Platonē: Dices etiam pubeſcere, pubertatē attingere, et iuuenilē ætatem ingredi, florere, uigere, iuueneſcere, uel iuuenari. Xenophon etiam Νεανιεύεσθαι dixit· Ariſtophanes uero Νεανικεύεσθαι, pro audacē eſſe dixit. à quo Lyſias Iuueniliter audaces nominauit, & audaces Iuuenes. Viriliter autē agere, Ariſtophanes Ανδρίζεσθαι appellauit· et Viriliter agentes, Hyperides: unde Viriliter, et fortiter, ut Plato dixit. unde etiā Cœtus uirilis, ſecundū Iſæum: & Iſocrates, Viriliter in catalogū adnumerari: Deinde, pubertatē tranſgredi, defloreſcere, ſenectuti appropinquare, capillos albeſcere, canum fieri, ſeneſcere, ſeniū contrahere, infirmari, titubare, labaſcere, tremere, infirmiter ſe ſuſtinere, extendi mēbra, articulos diſſolui, ſenectute delirare, deflorere, deſipere, immutari, mentis non compotem eſſe, inſanire, imprudentem eſſe· & alia quædam, quæ à ſuprà poſitis nominibus deriuata in uſu ſunt.

XIIII

## DE PARTIBVS, QVAE IN corpore ſunt.

PArtium uero nomina ſunt, capilli, cæſaries, capillitium, capillamentum, coma, uel uillus· hoc enim nomine, Poëtico licet, utendū eſt. *

2 φόβαι uero, ἔθειραι, σμήριγγες, et ἕλικες, Carmini conueniunt. hinc autem nomina deriuantur, capillatus, comatus, pulchricomus, pulchram habens cæſariem. Et ἀπότριχες, impuberes dicuntur. promiſſos capillos habens, criſpus, criſpo capillitio. Et Οὐλότριχος, apud Herodotum· Archilochus uero inuertens, τρίχουλον nominauit. Attici uerò crines οὔλας uocāt. οὐλοκόμος uerò, quod criſpum ſignificat, ab Alexide, & Pherecrate dictum eſt· idem eſt οὐλοκέφαλος. Cincinnos uero, Criſpos Teleſillas dixit. huiuſmodi uero Στραμβολοκομᾶν, id eſt Criſpum eſſe, Sophocles nominauit· utraque uero hæc uocabula prædura ſunt.



## VIDE, QVAE A CRINIBVS nomina deducantur. XV

A Capillis uero dicuntur, trichiæ piſces, et ſardinæ· & ἱσρυχὶς, flagellū. Et trichobrotes, animal quoddā ſetas concutiens. Et τριχάπτον uocant, quod ex crinibus connexū eſt. Philonides uero etiā Barbam multicomā uocauit. Dicat etiā aliquis, bene comatus, pulchricomus, flaua uel nigra coma præditus, crinitus, comā nutrire, piloſus, multos pilos habens, et his ſimilia. Sed à χαίτης, id eſt iuba, etiam ἀναχαιτίζειν, quod refrenare eſt, dicitur. comam habens reuelatā, horridam, à fronte & ſcapulis dependentem, collo circumfuſam, non conſtrictam, nō colligatam, fronte & tergo circumfuſam, humeris inſultantem· uolitantem per tergum, aut ſuper tergum.

## DE CALVIS. XVI

NVdus capite, comis ſpoliatus, pilis carens, nudo præditus capite, inornatus, intectus, naturali capitis tegmine deſtitutus, utili illo capitis excremento mulctatus, leue caput habens, detonſus, tanquam ad cutim raſus· denudatus inſtar arborum, quibus folia defluunt· aut pilos amittens, comis nudatus, caluus, recaluaſter, album habēs uerticē, capillis priuatus. Raros pilos habens, ſecundum Homerum: & ſi quæ his ſimilia.

## PARTES CAPILLORVM. XVII

CIncinnus, capillorum nodus. unde etiam fumi reuolutiones, à Poëtis Πλόκαμοι dicuntur. * botrychus, comam adorna- 3
tam habens. unde Contortum deriuatur, apud Archilochum: comam alens. Et apud Anaxylam, Ἐβοστρύχιζον: bene comatus, & pulchros cincinnos habens tā uir, quàm mulier. Pherecrates uerò, Flauiſſimis cincinnis ornatus, dixit. Βοστρύχους uero, Ariſtophanes & Eupolis Cincinnos uocat· quos etiā παρωτίδας eo, quòd auribus

ribus adhæreant, nominauerunt. Cratinus uero cincinnos, Stamineos uocat, qui ſtamini ob tenuitatem ſimiles ſunt. Pherecrates autem mulierum capillos, πλοκάδας uocat. Capillos autem ſordibus implicitos, Comici Στόρθυγγας appellãt. Inſuper & Retro comati, Euboici· Vertice autem criniti, Thraces dicuntur.

## XVIII DE TONSVRA, ET HIS QVAE ad hanc pertinent.

4 TOnſuræ autem ſpeties ſunt, * cepus, ſcaphiũ, peritrochalate· procotta, quam eſſe aiunt, cum quis anteriorem partem comit· caput enim, Dores Cottida uocant. Alij uero procottam nõ tonſurã, ſed capillos fronti imminentes eſſe putarũt. Tradunt porro corruptionis & pedicularis morbi cauſa, tonſuram fieri, quam Penthimon uocant, ut Eubulus Comicus. Et coma Hectorea, quã Anaxilaſus Luxuriantem comam uocat. Timæus uero huiuſmodi cæſariem erectam eſſe oportere ait circa frontem, collo autem circumfundi. Nutriuerunt uero quidam comam in obliquum uergentem, aut ſuper tergum, aut frontẽ· Fluminibus ſcilicet, aut Dijs cõſecratam· quæ πλοχμὸς, aut σκολὺς nominabatur, aut pilorum catena. κορύμβην enim, quod capillorum nodum ſignificat, non approbo. Non enim κορύμβης, ſed Κρώβυλος, id eſt Aureus, uel argenteus corymbus capillis dependens, Atticorũ eſt. Vocatur etiam quædam coma, appoſititia· quæ non modo Mulierum, ſed & Virorum eſt· & qui raros pilos habent, ipſa inſtar capillorum utuntur. hanc uero etiam ἔντριχον nominauerunt. Comæ uero Artifices manuarij, Comptores, et Comptrices Mulieres· nonnulli uero has etiam Ceroplaſtas uocarunt. Κέρας enim comam ſignificat, quod etiam Homerum intellexiſſe aiunt, cum Parim, Κέρ᾽ ἀγλαὸν uocat. Vnde & Sophocles, ὀρθόκερως, id eſt comã erigens horror, dixit, ut erecta coma. Et cornu bouis, comam ſignificat. Componere etiam crines dixerunt, & ſuperiorem partem capillorum conuolutionis, quæ ceu ſterilis eſt. neq; tamen Tonſorum ars manuaria capitis expers eſt.

DE



## DE TONSORIBVS, ET IPSOrum inſtrumentis. XIX

TOnſores uerò, etiam Raſores uocarunt· quorũ inſtrumenta ſunt, pectines, nouacula. Theca uerò Chirotheca, aut Ξυροδόχη ab Ariſtophane uocatur. Et cultri tonſorij, quos & raſorios nominauerũt. quapropter etiam capillos quoſdam, cirros à tondendo appellauerũt. De comptis uero Comici dixerũt, Duplici tõdi nouacula: huiuſmodi uero nouaculam, Pſallida dixerunt. Ἀκαρὲς autem, tenue & paruũ dicitur, quod propter exilitatem ſecare non licet. unde etiã Tempus indiuiſibile, et nauis Ἀκαριαῖος breuis à Demoſthene uocatur. Et tondere, tondi, tonſura. Detonſum, ut Hyperides dixit· & Detondendũ, iuxta Eupolim: Comam uerò luxuriantẽ habere, etiã κουριᾶν uocarũt, quaſi tonſura egens· ſicut etiam κουριῶν, ſquallens dicitur, et coma luxurians. Et ἐν χρῷ κουρειδίοισιν dicuntur, qui ad cutim uſq; raſi ſunt. Comptos uero Comici Cirratos uocarunt· Pherecrates uero, Ad cutim uſq; raſos: Homerus etiam, Comã ſqualere dixit· ut Squalebis miſere, & indecoro uteris ueſtitu. et ſqualere. Phrynichus uero Comicus etiã Squales dixit. Squalidum uero * Xenophon dixit, ſicut Plato Squaliſſimum. contrarium uero dixit Homerus, ut Capite ſplendidi, et pulchræ facies. Depexos autẽ Archilochus dixit. Et Anaxilaus, Nos depectimus domeſticum Teleſippum: Ariſtophanes uerò, Ad ſolem lauate, & pectite, dixit. Depexum autem dices, & pectere· et Impexus, ut Sophocles: Vocauerunt etiam Caput appoſititium, ſecundum Ariſtophanem: ut nunc προσθέτην dicunt, ſicut etiam appoſititiam comam. et colligere crines, abundantes crines auferre· unde apud Pherecratem, Impurus & hiſpidus dicitur. Et inflectere crines, & redimire, & redimita Minerua, crines habentes collectos. Comam uero tingere, fucare ipſi uocarunt. Dixerunt etiam Comam flauam, aut nigram reddere. Et denigratio, eſt comæ tinctura. Apollo uero intonſus dicitur.

huiuſmodi

l DE

## XX DE CAPITE, ET PARTIBVS eius exterioribus.

SVbiacet autem capillis caput · & Cutis leuis tenuis impoſita eſt, extenſa ad pilorum, ut Plato inquit, creationem, quæ tanquã plantas interiori ſpiritu crines irrigat: Os uero totum, capitis caluaria dicitur. compacta autem eſt ex compagibus quibuſdam, quas cõmiſſuras, uel ſutelas uocant · quæ ſerris dentatis ſimiles pinnis & concauitatibus inter ſe coaptantur. has uero Medicorũ Diſcipuli, Coronales, & Ῥαβδοειδῆς, et Lambdoides uocant · ſunt autem plura huiuſmodi nomina. De harum uero multitudine contentio fuit, num ſcilicet quinq; ſint ſutelæ numerandæ, aut plures pauciores' ue, omnibus in hoc cõſentientibus, quod muliebriũ capitum ſutelæ pauciores ſint. Herodotus autem tradit, In clade quæ iuxta Platæas facta eſt, inter Perſica cadauera caput inuentum eſſe nullam prorſus commiſſuræ ſutelam habens. Dicit etiam alicubi Aratus in Libris de Medicina ſcriptis, Multa quidem olim capita uidi huiuſmodi, In ſummo uertice unica commiſſa linea: Multa uero ſutelis carentia hominũ capita cõpacta ſunt. Caput autem, Poëtæ etiã Κωδείαν uocant, à papaueris capite hoc nomẽ deriuãtes. Totũ uero dicitur craniũ, caluaria. Calua, apud Lycophronẽ · Percuſſus apto ſcipione in mediã caluã: apud Ariſtophanẽ uero, Scaphiũ dicitur · ut, Ne fuſte ſcaphio percuſſo in terrã cõcidas: Gibboſum autẽ eius, uertex · quod in Orphicis Metris, Μεσόκρανον dicitur. Quod uero inter occiput & ſynciput eſt, coronam uocant. quod autẽ ſupra frontẽ, ſynciput. quodq; ſub hoc prominet, frons · quæ uero utrinque ſunt latera, tempora. poſteriorem partem, occiput · ſic dictũ quòd ἶνες, id eſt fibræ, nerui aut uilli ibi excreſcunt. Extremus quoq; capillorũ circa caput circulus, corona aut circuitus dicitur. Omne uero, quod ſub crinibus eſt, craniũ. Tempora uero nonnulli κόῤῥας uocant pro eo, quod κόρσας, id eſt capita, dici ſolet. & hoc eſſe putant, cum quis τὴν κόῤῥην ferire dicit · inſuper & Homerum ſibi aſtipulari putant dicentem, Κόρσην autem alterius per tempora penetrauit.

MORBI



## MORBI CAPITIS. XXI

MOrbi autẽ capitis, cephalæa, capitis dolores, hemicranea, uertigo, obtenebratio, caligo oculorũ · Plato uero Obnubilationem uocauit. uertex, capitis grauedo, et potus aut cibus caput aggrauans. huiuſmodi uero morbum concire, Antiphon Καρῶν uocat. cibus capiti noxius, quo nomine Phœnicis cerebrum Xenophon uocat · & Caput aggrauans dolor, Teleclides: Ebrietate uero caput grauare, Crapula laborare Ariſtophanes uocat. Tum etiã καραδοκεῖν, à capite dictum erit · proprie autem de caput, ne impingatur, transferentibus. Comici uero dixerunt, Capite ſuſpenſus eſt · & Κραιπαλᾷν, id eſt caput concutere.

## DENOMINATA A CAPITE. XXII

NOmina uero à capite deriuata, galea, cerebrum, cerebellũ capitulũ. per capita recapitulari, puluinar, in caput impellere. Ad caput rei feſtinare, ut Hyperides dixit. Et Ἐπερευκεφαλᾷν iuxta Ariſtophanem, pro deſipere. Quæ uero à cranio deriuãtur, galea, faſtigium, uertex, cranium ambiens. Περίκρανον uero, Veteres coronam uocarunt. Puluinar, quod Comici Προσκεφάλαιον uocant. A uertice uero deriuantur, galea, cacumen. Dicere etiam licet, bono capite præditus, acutus capite, quem Homerus φόξον uocat. longum caput habens, ut quædam gens Lybiæ. Canino capite præditus, ut animal. Latam fronte habens, qui etiã Fronto dicitur, ut Alcibiades: Σχινοκέφαλον uerò, Cratinus Periclem uocauit. Plato uero, Fabulam capite carẽtem. Quidam etiam biuertices dicti ſunt, quos etiam macrobios eſſe arbitrantur.

## DE INTERIORIBVS CAPITIS. XXIII

QVod uero capiti ineſt, cerebrum duplex iuxta cõmiſſuram, dilatatũ ſecundum poſteriorẽ ſedem, & ad anteriora prominẽs. hoc uero ambiunt binæ mẽbranulæ, interior quidẽ rubicundior, exterior uero ſolidior. uocantur etiã μηλαμίδες, eo quod circa medullã uoluantur. Sed ſub ſede ipſius cerebri eſt cerebellũ, medulla cerebro perſimilis, niſi quod colore magis flaueſcit · Terminatur autẽ in prima uertebra, in qua caput circũuoluitur, et epicranis

 quoq;

quoq; uocatur. cuius medulla in uertebras defluere uidetur, cum à
nutriatur tenuiſſima et puriſſima cibi parte cerebrũ et cerebellũ * nutritur. Humida uerò eſt cerebri medulla puraq́;, neq; condenſata ut aliorũ animaliũ, et conſiſtens. Cerebro etenim alimentũ largiuntur, iecur de tenuiſſimo, qui in eo eſt, ſanguine· et cor de puriſſimo, qui in hoc eſt, ſpiritu. Quod uero ſub capite eſt, frons. unde etiam in equis, frontale nominamus. Et frontatim inſtruxerũt naues, frontales, et phalangis frontẽ. Cutis autẽ in fronte, προμετωπίδιον dicitur. Lineæ uerò frontis, rugæ, et radij uocantur. Quod ſub fronte eſt, facies · quod nomen de ſolo homine dicitur. animalium enim reliquorum, προτομὴ eſt· quemadmodum de auibus, roſtrum dicitur. Nomina autem à facie deriuata ſunt, pulcher, deformis, informis, & his ſimilia. perſona, larua· idem etiam & πρόσωπον, καὶ προσωπὶς ſignificat. Comœdia uero Noua etiã Perſonatorem dixit, quem Vetus Inſtructorem apparatus uocauit. Sed eadem ſignificatione perſonam, & laruam dicimus. Et προσωπεῖα apud Atticos uas quodpiã erat æneum echino ſimile, circa os facies leonum boum'ue habens, à quibus & nomen accepit. Ἀποκεφάλισμα uero, capitis purgationem· & dentium purgamen, ἀποδόντωσιν uocauerunt· ἐξομμάτωσιν uero, ſordium in oculis elotionem. Faciem autem mundare, Pherecrates Ἀποπροσωπίζεσθαι dixit · ut Ne fabis quidem faciem eluere.

XXIIII DE SVPERCILIIS.

PArtes uero faciei, ſuperciliũ, ſupercilia· ſuperciliorum grunda, ipſæ ſcilicet prominentiæ. Et Superciliјs demoliri, Xenophõ dixit, et Superciliorũ pili: ſupercilia elata, & denſa. Et ſupercilia leuãs, ſuperbus, aut ſubtrahẽs uel ſubleuãs, aut ſurſum trahens aut cõtrahens, et extendens ſup nubes. Supercilia uero cõtrahens, meditatiuus. Meſophryũ uerò eſt ſuperciliorũ medium, quod etiam metopium nominauerunt. Dixerunt uero, Vir uel Mulier σύνοφρυς, id eſt denſa uel cõiuncta habens ſupercilia · hunc uero Cratinus Μιξόφρυν, id eſt Supercilia miſcentẽ, uocat. Tũ apud Tragœdos, Supercilia cõtrahere dicitur de triſtibus. Apud Comicos autẽ

nutare,



nutare, ὀφρυάζειν dicitur· quod Homerus Superciliјs nuere dixit. Supercilia quoq; uocant, eminentiora terræ loca. Et nonnulli Medicorum hos pilos, τύλους uocarunt. Superciliorum autem capita dicũtur partes hæ, quæ circa nares ſunt· caudæ uero, quæ circa tempora. Obſeruandum uero eſt, quod hi pili unà nobiſcum naſcuntur, ſicut & hi qui in palpebris ſunt. unde ab his ſolis, cum reliquos omnes radant, Aegyptiorum ſacerdotes abſtinent.

DE OCVLIS. XXV

DEinde ſequũtur ordine, oculi, lumina, uiſus. et nomina hinc deriuata, bonos oculos habens· et Meliores habens oculos, apud Xenophontẽ: pulcher aſpectu, acutũ uidens, acerrimè uidẽs, acutũ cernens. Et Acutiſſimũ cernens, Herodotus dixit. luſcio. unde Luſcioſus, dicitur apud Euripidẽ · ſed magis Poëticũ eſt. Melius uero dicitur luſcus, oculorũ morbus, ſtrabus, ſtrabo, peruerſus, cõtortus. Strabus aũt Vulgare eſt. Et Strabones in Noua Comœdia.

DIFFERENTIAE ACTIONVM. XXVI

Ἴλλος à Poëtis oculus dicitur, unde ἰλλώπτειν in Comœdia Cõniuere dicitur. Et κατιλλώπτειν, eſt deſpicere cum ſubſannatione· & διαδίλλειν ſimiliter, oculum hinc inde uertere. Dicimus etiam, taurinum tueri, ſuſpicere in cœlum, & deſpicere in terram, contra Solem uidere, et ex aduerſo intueri. δυσωπρεῖσθαι uero eſt, aliquid uidendo ſuſpicari. Et Hypopia ſunt, uerberum ſub oculis ueſtigia · ſic etiam oſſa, quæ ſub oculis ſunt uocantur, ſuper quæ naſus conſiſtit. quæ alioquin ὑποφθάλμια uocant. Et paropis eſt mulierum larua. Sed paropia ſunt tegumenta oculorũ equinorum, quæ quidam canthelia uocant. Et ſpecula eſt, ex qua uidere licet. Et Εὐώπια Splendida Homerus uocat, parietes qui intra ianuas ſunt. Tragœdi uero Προνώπια, quæ ante ianuas ſunt· et Ἀνώπια, quæ ſurſum ab oculis remota ſunt. Et Περιωπὴ, Circũſpectio eſt, iuxta Thucydidem: Opæam uero Attici, amphoram uocant, quæ foramen habet. Hippocrates uero Oculum ἰλλαίνειν dixit, qui detorquetur. Et reſpectus, ἀνίλλωμα dicitur. hi uerò Ionico more oculos, ἴλλους uocauerũt. Σιλλαίνειν uerò eſt, ſubſannãdo oculos uibrare

brare.unde etiã irriſoriũ quoddam Poëma, Sillus dictũ eſt. hinc uero ueniunt, uidere, prouidere. ſuſpicere, deſpicere· uiſio, uiſibilia, uiſibilia, uidens· & Viſus, ſecundum Xenophontem: Et Demoſthenes ſpectaculũ ὅραμα uocauit. Plato etiã in Timæo, Inuiſibile dixit. deſpicere, deſpici, inſpicere, inſpectus et deſpectus, circũſpicere, ſuſpicere· aſpicere, uel obſeruare. hinc Ephori dicti, & *Ephoria, Magiſtratus. Tum Obſeruati, obſeruanteſq́; ſecundum Xenophontem: *inſpice, & conſpiciens, uiſio, ſpectare, ſpectaculum, theatrũ, ſpectatur, et ſimul ſpectans, ſpeculatio, et ſpeculatione dignũ· hiſq́; ſimilia, quæ à θεᾶσθαι deducuntur. Nã qui ad Pythiũ Apollinẽ eunt, θεωροὶ, id eſt ſpectatores. ſpectatrix uia. Et nauis theoris dicta eſt, quòd ad Deũ impellatur, feſtinet, aut proficiſcatur.

Et Ephoriæ, ut Lyſias:

## XXVII DERIVATA A VOCE ΘΕΑΣ.

SIc etiã dicitur, uiſibile, inuiſibile, et inuiſibiliter. Et Subſtantia uiſibilis, Plato dixit. Spectatrix, ſimul ſpectãs, Vetus Comœdia dixit. A uidẽdo dicitur uiſus, reſpectus, contemptus. Et Deſpectus, apud Phrynichũ Comicũ· Ariſtophanes uero et Aſpectũ, et Aſpectionẽ nominauit. A uiſu uero dicitur, uidere, inſpicere, deſpicere, negligere, ſuſpicere, cõtrà uidere, de longinquo uidere. Xenophõ uero Radiorũ repcuſſiões· Ἀντιβλέψεις nominauit. et deſpecti, et ſuſpectũ eſſe. Et Cõſpicuus, apud Iſocratẽ, ꝑ admirãdo, et gloria digno. Et ἀποβλεφθῆναι ꝑ admirari, Aſchines Socraticus dixit.

## XXVIII A VOCE ὈΨΕΩΣ DERIVATA.

VIſus & ipſe ſenſus eſt, & oculi, tum & ſomnium. uideo, uidebo. Ὄμματα Iſæus dixit. Antiphon uero etiã Viſus dixit. Et ipſo uiſu, pro ipſis oculis. ſpeculator, inuiſibilia. hinc etiam ſunt, ſuſpicio, ſuperbia, & ſuperbire, ſuſpectus, teſtis oculatus, ſuſpiciens, ſuperbiens, et ſuperbus. Et Non ſuſpectus, ut Lyſias dixit. Et Deſpectus, ut Ariſtophanes: Et Suſpicione carẽs, ut Xenophon: Et Malum quidpiam ſuſpicatus, ut Plato: Inuiſibilia, ut Antiphon: Et Inconſpicuum, ut Thucydides· hic uero & Aſpectus, proſpectus, perſpicientia, & inſpectio dixit· Herodotus uero, Deſpectum: Dices etiam, difficiles aſpectu, proſpectores, proſpiciunt. Et ut Iſocrates, Circumſpectores: circumſpectus, deſpiciens, et deſpectus, oculati



lati teſtes. Viſibile, ut Andocydes, et Viſibilia: Et ut Iſæus, Facilia uiſu: Et ut Demoſthenes, Spectatores: Et inſpicere de myſterijs dicitur. Et Quod inſpicere nõ licet, Hyperides dixit. Et Perſpicere Critias, et Antiphõ. qui idẽ, et Inſpectores: Et Prouiſum, ut Demoſthenes: Herodotus uero Contemptores: Xenophon etiam Speculatores: Et opteria, munera dicũtur, quæ ſpõſus primũ ſponſæ uiſæ dat.

## DE DIFFERENTIA OCVLORVM. XXIX

DIces inſuper, luſcioſè uidere, acutum tueri· Plutumq́; excæcatum eſſe, Ariſtophanes in Aeſculapio dixit. uiſus intentus, conſtans, modeſtus, ſanus, caſtus, uirilis, fortis, maſculus, & minax. Contraria ſunt, uiſus humidus, fœmineus, non uirilis, muliebris, effœminatus, inutilis, peruerſus, & ſimilia his. Cteſias etiam dixit Sardanapalum albuginem oculorum conuertere ſolitum fuiſſe: Huc pertinet, cæcus, obcæcatus, oculis orbus. Cæcum enim, orbum dices, addendo oculos, tanquam ſine horum additione incertũ ſit, cuius nam membri ſit orbitas. Mutilus uero eſt, toto orbus corpore, ut Iſæus dicit in Libro contra Ariſtarchum· Reliquit in loco ſenes, & mutilos: Xenophon etiam neutro genere Mutila dixit. Cratinus uero in Pluto, Mutilationem: Huc etiam nocua, & innocua pertinent. Oculus quoq; dicitur, glaucus, cæſius, gratioſus, niger, fuſcioſus, nigros oculos habens, unoculus. Monoculus apud Herodotum de his, qui natura unum tantum oculum habent, ut Cycoples & Arimaſpæ. Dicatur etiam, oculos effodere, excauare, extinguere, eruere, euacuare, dilaniare, loca luminis haurire, extrahere, & ſimilia. & oculus ſanguineus, terribilis. concauos oculos habens, prominentibus oculis præditus. Turgidos habens oculos, & ὑποφθαλμιῶν, dicitur inuidus. Et oculum adijcere eſt, aliquam rem concupiſcere. Et Ἐνοφθαλμιᾶσθαι, pro deſiderari dixit Hyperides: Dicàtur quoq;, oculi lucentes, luciferi· ut Plato, Lucifera lumina dixit. relucentes, acres, igniti· ſplendorem emittentes, fulgorem, lumen· iucundi, illecebroſi, amabiles· quodq́; ab his defluit, deſiderium. Solutum autem illud humidumq́; defluens, lachryma. unde dicitur lachrymari, lachrymas fundere, emittere lachrymas,

chrymas, ad lachrymandũ promptus, lachrymabilis, lachrymis carens, ſine lachrymis. Et apud Poëtas, Multum lachrymabilis: Et In defleti, apud Iſocratem: Et Homerus, Oculos lachrymis carentes habuit: Lachrymis uero fluentes, Alexis dixit. Dices etiam, flere, deflere. Defleuit, ut Herodotus inquit. deplorare, eiulari, fletus. Eiulatus, ut Iſæus: Apud Platonem uero, etiam Planctus reperitur. Indeploratus uero eſt apud Homerum, et Sophoclem: lachrymans, eiulans. Eiulare uero, Comici dicunt. plorare, & lachrymaturire, pro lachrymare uelle. Demoſthenes autem, κλαιήσειν dixit. Xenophon uero dixit κλαυσίγελως, ideſt Lachrymando ridens. Sumptum eſt autem ex illo Homeri, Lachrymabile ridens.

XXX

## DE MORBIS OCVLORVM.

OCulorum uero morbus, ophthalmia. Confuſio oculorum, apud Platonem: gramioſis oculis eſſe, lippire, luſcioſus, albor oculorum, & albugo. qui uerõ hæc habet homo, albuginoſus dicitur. Ariſtophanes autem oculorum hulcera, Ficus uocat. Lippum uero, obſcurè uidentem. Et Simonides Iambicus, Aut cæcus, dixit, aut lippus, aut horrendum uidens.

XXXI

## DE PALPEBRIS, ET HIS quæ circa ipſas ſunt.

PArtes uero oculi. Palpebræ quidem extenſa eſt cutis, oculos concludens. quæ etiam tegumenta dicuntur. quorum ſuperior pars, σκύνια dicitur. unde etiam ſuperciliorum grunda, ἐπισκύνια dicta eſt. Et cilia, ſuperiores palpebræ. unde etiam κυλλοιδιᾶν, ideſt palpebris turgere, dicitur. Cilium autem inferius, βλέφαρον. ſuperius uero, ſupercilium, aut κοιλίδια uocant. Palpebrarũ uero lineas, utpote rugas, Helinges Poëtæ uocant. De palpebris uero dices, claudere, tegere, occultare, committere palpebras, immittere, demittere, adaptare, claudere, occludere, cõcludere & conniuere dicunt. Et Cõniuenter, Xenophon dixit. Lippire uero, & Inconniuens Ariſtophanes: Contrahere palpebram, καταυυστέξαι dicitur. Notandum autem eſt, quod Ariſtoteles dicit, palpebram ruptam contrahi non poſſe, ut neq; præputium, nec maxillam



xillam. Blepharides uero, ſunt pili ex palpebris creſcentes, nõ modo ornatus oculorum, ſed et neceſſariam habentes prominentiam, ut res nocivas incidentes arceant, & oculorum radios dirigentes non aberrare ſinant. quapropter Deus piſcibus palpebras non dedit. auibus uero palpebras quidem dedit, pilos autem palpebrarum negauit. alijs uero animalibus pilos ipſos dedit, ſed non utrinq;, inferioribus etenim palpebrarũ pilis carent. Quare Simon inſcitiæ probrum Miconi intulit, quòd in Equi deſcriptione etiam inferiorum palpebrarum pilos poſuiſſet. Partes autem, è quibus pili hi excreſcunt, putamina, entrichomata, palmites, & plantæ dicuntur.

## DE INTERIORIBVS oculorum. XXXII

OCulorũ uero media illa pars nigra, pupilla. cuius ſplendor nitorq;, acies. ambiens autem hanc circulus, linea circularis, & iris. Omnis autem poſt pupillam albedo, albugo, aut logas dicitur. Partes uero oculorum, Medici Tunicas uocauerunt. ſunt autem quatuor numero. et exterior uocatur ceratoides, quæ eſt alba, ſolida, difficilis diuiſu, neruoſa, cartilaginoſa, denſa, perſpicua. ſub hac autem ſecunda eſt, quæ dicitur rhagoides aut rogoides. quæ eſt denſa, ſanguinea, gratioſa aut hilaris, perpurgata. tertia uero, phacoides uocatur, et cryſtallina, et uitrea. quarta uero, arachnoides, reticularis. Concauitates uero oculorum, conchi appellantur, eſt autem circuitus ille circa palpebras. Vtræq; autem ſummitates palpebrarum, canthi. quarum radices, encantides, & epicantides. Partes uero circa nares, ſcaturigines, & fontes ſunt, quia ab ipſis lachrymæ defluunt. anguli uero uerſus tempora, hirci. nigræ autem partes circa pupillam, peſsi. Circulus autem iuxta irim, qui albugini proximus eſt, halus dicitur. Vltima autem albuginis pars, truncus uocatur. Eon uero, totus eſt oculorum ambitus.

## DE NASO, ET ODORE. XXXIII

NAſus, nareſq; & apud Medicos etiam, ῥώθωνες dicũtur. apud Sophoclem uero, hæ eædem & Myxæ uocantur. unde nimirum Vulgari more lucernam dimyxam, id eſt duplicem lychnum

m chnum

chnū habentem nominamus. Et in Comœdia, Emūgere lucernam. Perforantur autem nares duabus fiſtulis ad cerebrum porrectis, ad ſpiritus attractionem, uiamq; ad palatum habent, per quod foramē intrat, exitq; ſpiritus. Naſi uero formæ ſunt, aduncus, quem etiam Regium eſſe putant. ſimus, quem gratioſum exiſtimant. Plato etiam Faciem ſimam dixit, de equo. Et ἀνασιμώνασθαι dicunt pro eo, quod eſt naſum ad modum olfaciendi contrahere. De ſimo uero dices, quod naſus medius ſit cauus· ut de adunco dicis, naſus incuruus. naſutus, iuſtæ proportionis naſo præditus· de hoc autem dices, iuſtus naſus, directus, ex æquo faciem diſcernens· conducit enim, & dirigit oculos ſua prominentia. ſenſus uero eius eſt, olfactus, & aëris influxus. A naſo uero deriuabis, pulchrum naſum habens, naſo carens· ſagaciter odorari, odores attrahere. Et Sagacē canem, Tragœdia dixit. In alia uero ſignificatione, odorari, odores ſuſcipere, attrahere omnes naſo appropinquātes ſpiritus, bonū odorari odorem, tetrū odorē auertere, fragrantia cognoſcere. Ipſe autem ſenſus, olfactus uocatur. quod autem per hunc fit, olfacere, ſubolere· odorans, olfaciens. Tum & odor dices, ſpiritus, & aura· & olet, oluitq;. Ariſtophanes etiam Olfacit, dixit. ſpirat odorem fragrantem, tetrum, & bene olentem, bene fragrantem. bona fragrantia, bona odoratio, & odora olfactio, tetra fragrantia, et tetrus odor, moleſta ſeu mala fragrantia. Sed ὀσμὴ, & Εὐοσμία nonnullis pulchra putantur· uocabula uerùm Poëtica ſunt, in oratione uero proſa aut Ionica ſunt, aut Aeolica: Apud ſolum autem Antiphontē, ὀσμὰς, καὶ Εὐοσμίαν inuenire licet. Oſmylia uero piſcis genus eſt, quem pleriq; ozænam uocant. Eſt uero polypi ſpecies, habens inter caput, & flagella ſeu cirros, fiſtulam tetrum emittentem odorem, quem in altum egredientē, ozænas, mænidia, et ſæpias capere inquit Ariſtophanes: Dices uero, per nares diſcernitur uapor, ingreditur, egreditur, infunditur, effunditur. ſorbemus, efflamus, in aërē reſpiramus. Et Reſpiratio, apud Platonē: Flatus porro de ampulla, aut uento dicitur apud Thucydidē: Et Nares facile ſpirantes, apud Xenophontem: Dices etiam, æſtimamus odores



odores, dijudicamus ſpiritus. ſpiritus ſincerus, uinum odoriferum, odoratum. fragrantia. Sed aromatū odor, fragantia· odor uerò hircorum, ſicut & axillarū, fœtor, cinabra, uel hircus dicitur. alicubi uero hic fœtor et [illegible] dicitur, in Libro De urbibus Eupolidis:

## DE MORBIS NASI. XXXIIII

MOrbus uero naſi, qui ex frigiditate eſt, pituita, & catarrhus· incurabilis autem ille, polypus. Fluxus uero, Muccus ſecundum Hippocratē· ſed iuxta Atticos, Coryza. hunc uero auferre, eſt emūgere. Sed pro emunxit, Defecauit nares, dixit Cratinus: Tum etiā Comici nonnulli, lucri cauſſa aliquem decipere, Emungere uocauerunt· Subſannare uero, Lyſias: Et μυσάττεσθαι eſt, naſo oſtendere aliquid diſplicere. Sed etiam ſtertere, per nares ſit. Et cauillatorem quidā munctorem uocant. Et fraudem, Menander Emunctionem appellauit.

Terentius, Emunxi argento ſenes:

## DE PARTIBVS NASI. XXXV

PArtes uero naſi, foramina quidem, thalamæ, & nares, munctrices, & riui ſunt. Ipſius uero naſi pars, quæ ſub ſupercilijs eſt, ethmus, per quem ſpiritus dirigitur· medium autem, cartilago. Partes uero utræq; oſſeæ genis proximæ, naſi ſcapula dicitur. Pars autem nares inſtar muri diuidens, columna, interſeptum, & ſtatua. Nonnulli uerò diuidens illud interius, ſeptum narium· carnem autem in hoc prominentem, & uergentem ad labia, columnam uocarunt. Totam uero naſi ſummitatē, ſphærium nominarunt. Quæ uero utrinq; extra σφαίριον ſunt, hypenæ, alulæ· interiora autem, myxæ, & thalamæ· ipſarum autem fundamentum, lacus. Pili autem ſub naſo, myſtax, barba ſub naribus exiſtens, barba anterior, primum germen· pili uero labij inferioris, πάππος. utraq; autem ſimul, barba dicuntur. Nomina uero à naſo deriuata ſunt, canes naſuti uel ſagaces, aut ſagacitate carentes.

## DE AVRIBVS, ET QVAE aurium ſunt. XXXVI

AD aures uero tranſeuntibus carnes occurrunt ſupra frontem, circum tempora, muſculi dictæ· nōnulli uero has, cor

 nua uo-

nua uocarunt. Aures uero, audire, obaudiendi inſtrumenta ſunt. Auditus, auditio, audire, obaudire, obedire, negligere· obedientes, obtemperantes, bene audientes, male audientes, celeriter audiẽtes, tardum audiendi ſenſum habentes. auriti teſtes, & aliæ hinc formatæ dictiones· ut, dignum auditu, negligo. Inauditum, ut Thucydides inquit. inobediens, inobedientia· auditus, audiendi promptitudo. Aeſchines uero, Auditionem dixit· & Auditorem Xenophon: Sordida autem eſt Menandri dictio, Ἀκουστὴς, pro auditore. Plato autem, Coauditor dixit, et Exaudire: Et Miniſter familiæ in precatione, apud Phrynichum Comicum: ſurdus, ſurditas, cerumina. Et marmorata, ſunt ſordes auditum obſæpientes. Auditus uero oppleri dicitur, cum manibus obſepitur. adijcere aures, obſtruere aures, & aures mihi compleuit. De gymnicis uero plagis, aures confringere, fractus auribus dicitur. Auriſcalpium autem, dictum eſt apud Platonem Comicum in Συμμαχίᾳ, Cum oleo auriſcalpiũ prehendens ſcalpebat. Sed Amphotides, dixit Plato Philo
6 ſophus: Et nauis trabes, * epotides. inaures uero, aurium ornatus· qui etiam ἐλλόβια, & ἑλικτῆρες. Nonnulli uero aures, & oculi Regis uocabantur· qui ea quæ dicta, et uiſa erant, annunciabant· à quibus et auſcultare compoſitũ eſt. Aeſchines uero Socraticus, In utramq; dormire aurem dixit. Aurium uero foramen, quod uocem ad animum demittit, tortuoſus auditionis meatus dicitur. Iuxta tempora autem duorum oſsium obliquorũ commiſſuræ ſunt aures continentium, quæ iugalia, * carcini, dicuntur. Aurium uero ipſarum ambitus exterior, cochlias· interior uero, ſcaphus. quod uerò ad tempora inclinatur, alula· inferior autem pars, auricula· interior autem, aluearium. à qua etiam ſordes ita uocãtur. Ipſe porro ſinus, aſtacus· quod autẽ quaſi pauimentũ eſt, κρότωρ. Sinus autem pars, quæ ſub termino temporũ ad interiorem neruum inſurgit, hircus· oppoſita uero pars, antitragus nominatur· ſicut inferioris partis prominentia, auricula anterior. quod autem interius eſt, cicada· quod autem ſupra hanc eſt, aſperum in ſuperiori circumferentia, ἀντιλόβιον dicitur. Hirci autẽ pars, quæ circa tempora eſt, aco-

*Latini, Cæcum foramen uocant. &*

ne·ſed



ne·ſed concauitas iuxta aluearium, echiniſcus· pars uero iuxta foramen, camera· interior, κύαρ. Mycon autem eſt pars, quæ iuxta radicem ſub auricula eſt. Totus uero auris circuitus ſub ala, helix· & huic contraria pars, anthelix· quodq; ſub hac, concha. Et hæc quidem nomina Medici inuenerunt, Ariſtoteles uerò omnia de Auribus uocabula obſcura eſſe & incerta putat, præter λόβον.

## DE MALIS IN FACIE. XXXVII

EX utraq; naſi parte ſunt ſuper genas, quas propriè malas uocamus, quæ eſt inferior oculorum munitio, ut ceu muro in tutelam ſepiantur· ſuperius quidem ſuperciliorum grundis, inferius uero malarum collibus. Malæ uero dictæ ſunt, quòd in uere ætatis floreant· hæ & genæ, & maxillæ uocantur. Tum & nomina à genis deriuantur, bonas genas habens, pulchris genis præditus. florentes genæ, floridæ, rubicundæ, ſplendentes, fulgentes, rutilantes· pudoris colore ſublucentes, ut indolem præ ſe ferant, ut pudor hinc appareat.

## DE BARBA. XXXVIII

PRimus uero circa maxillas pilorũ flos, pubes. unde etiam Pu
beſcere à Poëtis dicitur. Et * iulus à ſerpendo uocatur, & 7
lanugo· cum uero iam completa fuerit, barba uſitatiſsimo uocabulo dicitur. unde Imberbis dicitur, quod Tragicum eſt· Barbatus, bene barbatus, barba carens. Apud Poëtas etiam Εὐπώγων, id eſt Pulchram barbam habens, dicitur· ſed nimis ſordidum eſt. Et apud Dionem Tragicum in Tragœdia Comitis titulo inſcripta, quidam Σπανοπώγων, id eſt Raram barbam habens, nominatur· in Cerealibus uerò, Δασυπώγων, id eſt Denſam barbam habens, dicitur. Πωγωνίας uero apud Poëtas, & πώγωνες, cuſpides uocantur· quas Homerus, Acies hamatas nominat. Apud Tragicos autẽ flammæ acuta eruptio, Ignis barba uocatur.

## DE LABIIS. XXXIX

POſt hæc uero labia ſequũtur, quorũ aliud ſuperius, aliud inferius dicitur. quemadmodũ et mandibulæ, et maxillæ, quæ ſub his ſunt. quarũ ſuperior quidem in omnibus animalibus, crocodilo

excepto, immobilis eſt inferior uero, ad laborem opusq; edendi ad ducitur. quæ pars ſolis crocodilis firma, et immobilis conſiſtit. Homerus uero labia, Septum dentium uocat· Veteres autem Comici, Labra. A labijs uero ea, quæ menſurantur, dicimus· ut æquilabia, pro commenſuratis. Superlabia uero, quorum labium eminet. Et ſublabium, quod deficit, nec plenum eſt· quo nomine Ariſtophanes negotia leuia nominauit. Eupolis & Nauis labia dixit. Ἀνωφόρθία uero eſt unda, quæ ad nauis labia uſque attollitur. Labia uero coniungere, Sublabiare Comici, aut Sugere uocant. Labia autem mordere, διμηλαλίνειν eſt. Nam labia, etiam μῆλα dicuntur. Labiorum uero pars totum os ambiens, camus. ſuperioris autem labij concauitas, philtrum· inferioris uero, typus aut nymphe. prominentes autem ipſorum partes, prolabia dicuntur. Labiorum etiam mutua commiſſio, πρόστόμιον, aut πρόστομία. Partes uero utrinq; iuxta maxillas deſinentes, frena uocantur.

XL

## DE DENTIBVS.

DEntes uero in maxillis creſcunt duo & triginta, ſedecim ſcilicet ſingulis mandibulis infixi. quorum quatuor illi medij, ſectores, diuiſores, & occiſores, gelaſinique uocãtur· partim quod ſecant cibum, & conſcindunt, omneq; quod his incidit diuidunt· partim quia inter ridendum denudantur, et quod omne præhenſum occidunt. Duo uero illi, qui ex utraq; parte utriſq; mandibulis inſunt, canini, propter aciem acutiſſimam, dicti ſunt, utpote caninis dentibus ſimiles. Ethi quidem ex una radice excreſcunt· his uero alij duabus radicibus dependentes adſunt, qui paxillares dicuntur. quinq; utrinq;, inter quos & qui molares dicti ſunt, numerantur· ſic nimirum dicti, quod cibum non aliter atq; frumenti mola extenuent, conterantq;. Sunt uero quinq; dentes ex utraq; ſectorum parte, tribus infixi radicibus, poſt quos ultimi, maxillares ſunt. quibus utrinque adſunt, quos ſerotinos uocant, poſt uigeſimum demum annum excreſcentes· alij uero ipſos ἰερατῆρας uocant, ut & Ariſtoteles dicens, Nonnullis hos dentes poſt annum octogeſimum prouenisse: in utraq; uero mandibula æquales connumerandi ſunt. Molarium uero dentium partem eam, quæ gingiuæ aſſidet, μωμίσκον uocant· partem autem quæ cibum cõterit, menſulas ipſosq; ſinus, mortariola. utraq; autem ſimul, phatnas aut phatnias nominant. Totus autem ordo, ſeptum· huius uero ſub genis pars, maxillæ, mandibulæq;. Carnes uero dentes continentes, gingiua eſt exterior, & interior· quæ uero inter dentes ſunt, compagines dicuntur. Ariſtoteles autem tradit, Mulieribus dentes, quàm Viris pauciores eſſe· & Denſos quidem continuosq; dentes habentes, eſſe longæuos· contrà uero, qui raros & laxos. Conuenit uero nunc Hiſtoriam aliquam iucundam ad audiendi tædium leuandum adducere. Pyrrhum quidem Epirotam tradunt concretos habuiſſe dentes, unum ſcilicet os continuũ, multis lineis notatum, ut dentium formam referret· idemq; Euryphyo Cyrenenſi contigiſſe, (ſed & alij tales uiſi ſunt) iuxta Alcathi uero uillam in Cypro, Meſtori Cyprio talem infantem natum, & propter ſuſpicionem expoſitum fuiſſe. capram ipſi mammã ſeu ubera præbuiſſe, illumq; ſic nutritum primò quidem Aegonomum, poſtea uero Euryptolemum uocatũ Cyprijs imperitauiſſe. Nicoclei uero Cypriorũ Regis Pater, cui Paranæſes Athenæus Sophiſta ſcripſit, nomine Timarchus uocabatur, duplicem uero Ariſtotele teſte, dentium ordinem habuit. Et, ut Ion Chius ſentit, Hercules triplici dentium ordine munitus fuit. Nomina uero à dentibus deriuata, ferrum dentatum, quod ſerram ſignificat. Et dentientes pueri· quorũ dolor, dentitio dicitur. Et Medicorum inſtrumenta ſunt, Dentifricium, & Dentifrangibulum. Qui uero dentibus caret, Edentulus dicitur, ut Eubulus & Phrynichus Comicus teſtantur· Edentatum uero hunc uocat Pherecrates: Qui uero dentes habet prominentes, dentoſus & mulier dentoſa uocatur.

## DE ORE.

XLI

ORi uero conueniunt, hiare, hiſcere, hians, dehiſcere, inhiare. Apud Xenophontem uerò, & Ariſtophanem etiam Rehiare: hinc etiã apud Comicos riſus, Cachinnus uocatur· & Hiatus apud eoſdẽ, pro ore ponitur. Pars uero, quæ ſub labijs ex inferiori

riori mandibula prominet, mentum dicitur· quod uero ſub hoc eſt
carneum, anthereon, quod pili ibidem floreant· à nonnullis autem
λαυκανία uocatur· quibuſdam tamen iuguli concauitatem ſic ap-
& pellantibus. Quod autem intra labia eſt, os· ueluti ✱ ſectio labio-
ab aliqui rum dicitur· ✱ λογεῖον, & μάσταξ appellatur· quod etiam Home-
bus uero rum indicare aiunt dicentē, Sed Vlyſſes manibus μάσταχα percuſ
ſit: Superior uero oris pars, cœlum, & palatum· cui neruoſa illa cu
tis dentibus interius adhærens obtenſa eſt, quemadmodū gulæ an-
guſtijs pars eius reliqua· Iſthmos autē propter gutturis anguſtiam
meritò ſic dicti, quæ utrinq; adhærent, ✱ pariſthmia uocata ſunt. Inte-
rior uero caro à palato dependens, columna, aut columella· circa
quam denſitas cibi potuſq; diuiditur, ne abundantia affluentiæ ſuf
focemur. A nōnnullis uero, guttur, cartilago, et gurgulio dicitur·
Eſt autē hæc pars ſuſpenſa inter ſtomachum, gutturq;· & ſi ægro
ta intumeat, & in pallorem cōuertatur, uua uocatur· aut ſecundum
Ariſtotelem, Vuigera: Quod autem poſt hanc eſt, polus. Omne ue
ro, quod ſupra ſtomachum eſt, guttur & collum dicitur.

## XLII NOMINA AB ORE DERIVATA.

& PVlchrum os habens equus, ✱ tibia, & cantilena. Indecoro
ore præditus equus, ſic & tibia, quæ aliàs elinguis dicitur.
Et Luſciniæ apud Sophoclem εὐστομοῦσι, id eſt Suauem uocem fau
cibus emittunt: Dices etiam, os portus, & portum bonū malum'ue
introitum habens. Homerus etiam Os belli dixit. Licet etiam dice
re, portus ingreſſum parare, aut ferri os ſeu aciem acuere. Ariſto-
phanes etiam Loquacem reddere aliquem, Στομῶσαι uocauit. E-
quum uero aſperū, Aeſchylus Ore carentem nominauit. Orea ue-
ro, & ſuborea, freni partes ſunt, quæ ori inſeruntur. Callias uero
Comicus etiam Os metalli dixit. Gladium πρόσομον, id eſt acu-
aptum tū, ✱ ad ſecandum. Enſem uerò mollem, Ore acie'ue carentem Ma
gnes Comicus uocauit. Στομώδη uero, bonum os & uocem ha-
bētia Sophocles appellauit: Στομοσλόκον uero, pro multiloquo, et
garrulo poſuit Pherecrates· quod idē & locutuleius ſignificat. Tū
etiam garrulitas ab ore nomen ſumpſit. Et oreæ quoque, equorum





frena ſunt. Plato etiā alicubi, Ore cantillare dixit. Morbus uero
in ore, oris dolor dicitur· tum etiā nugacitas, uel petulātia ſic nomi
natur. latū os habens. Suffrenare os, pro cōtinere dicitur. Aeneum
uero os habere dicitur apud Poëtas, cuius prora, aut roſtrū æneū
eſt. Aperire foſſarum ora, dixit Herodotus: Et Callias Comicus,
Blæſa quidem eſt, ſed oris aperti. Plato uero, Pueros ἀποστοματίζεσθαι dixit pro eo, quod eſt à Præceptoribus interrogari ea, quæ
didicerunt, ut tanquam ex ore reſpondeant. Dicitur etiam, ex ore
dicere, de oratione non ſcripta. Et Ex uno ore, alicubi Plato dixit.

## DE SPVTO, ET AEGROTATIO-nibus oris. XLIII

QVod autem ex ore defluit, ſputum, & ſaliua dicitur. Verba
autem ſunt, ſpuere, expuere, deſpuere· deſpuendum, expu
endum. Anacreon uero etiam Deſputorem, id eſt contemptorem,
dixit. Morbus uero qui in ore eſt, tuſsis, ſingultus, raucedo, & rau
ceſcere· exulceratio, inflammatio, cynanche, & angina.

## DE LINGVA. XLIIII

SEquitur & lingua, pulcherrima omnium in corpore partium
exiſtens, ſub dentium ſepto & munimine collocata· ſermonis
et fons, et dux· guſtuſq; index eſt, ſapores dijudicans· et interioris
quidem flexibilitatis humiditate uoces formans, adtractione uero
ſua cibum deducens. à nonnullis autem guſtus, & plectrum uoca-
tur· partim propter officiū, partim quod aërem feriens ſermonem
efficiat. Eſt autem lingua, carnea quædā ex membranulis ueniſq;
conſtans cōnexio, mollis & uolubilis· inferiore quidem oris parte,
ſeu pauimento leuis & plana, ſuperius uero uerſus palati partem
aſpera. Acuta autem ea, qua cum aëre commiſcetur parte, progloſ
ſis dicitur· caro uero qua alligatur, inferiorem contingens maxil-
lam, hypogloſsis. Sed epigloſsis à palato dependet. prominens ete-
nim ex oris concauitate, lingua ueniſq; intrinſecus alligata, car-
nem habet proximam, non magnam, hederæ folio perſimilem·
latitudinem quidem ad ipſam linguā, aciem uero ad interiores fau-
cium partes conuertentem, & cibi meatum obſepientem, ne nimiū

denſus deferatur, prius ſcilicet iuxta hoc interſeptum diuiſus· atqui hæc caro epigloßis uocatur. E gutture autem infimo, & ſtomacho lingua enata eſt, à cerebri pia matre ſuſpenſa. Plurimũ autem de ſenſu guſtus, ea linguæ pars quæ in faucibus eſt, continet· quam ipſam & guſtum, & cephalinem uocant. Vtroſq; uero linguæ ſinus, cheramos · & alij, paraſyra nominant. Officia itaq; linguæ ſunt, guſtus, uox, & ſermo. Nomina uero à lingua deriuata ſunt, eloquens, & eloquentia, loquendi audacia, & linguæ dolor· bilinguis, multilinguis, aliena lingua loquens· Eadem lingua utens, ut Xenophon dixit. Eſt etiam hypogloßis, coronæ ſpecies. Et Comici Ventrilingues nominauerũt, qui lingua uictum ſibi quæritant· &, Tibiæ linguam. Et glottocomeium, uas eſt lingulas tibicinum recipiens. Et γλωττοποιὸς, ipſe lingularum artifex. Et tibia, elinguis dicitur. Ariſtophanes autem ait, Elinguẽ loqui eſſe impoßibile: Sophocles uero Barbarũ, Elinguem uocauit. Et Linguæ impotentiam, dixit Antiphon: Odioſus etiã, apud Euripidem Ἀθυρόγλωσσος, id eſt Linguæ impotẽs, habetur. Et Comici Καταγλωττίζειν, pro ſuauiari in amore· et, Amatorium linguæ ſuauiũ dixerunt· et, Blanditijs demeritum· & Lingua * inſectatum eum, qui conuitia paſſus ſit· &, παλίγγλωσσον, pro famoſo· & Non ἐπιγλωττίσομαι, pro eo, quod eſt, nõ conuitiabor. Et Calceorũ linguas dixerunt, ut Iſæus Socraticus: Et uoces Poëticas, Linguas uocauerũt, ſecundũ Ariſtophanem: Hinc etiam dic, Homeri lingua, cur uocatur Corymbus? inſuper & Linguæ characteres, ut Herodotus: et Linguã Græcam, Barbaram, Perſicam, Atticam· & ſic de ſingulis gentibus, urbibusq;. Et de lingua dicere, pro eo, quod eſt ex tempore, et non ſcripta loqui. Quod uero in lingua enaſcitur hulcus, puſtula uocatur. A guſtu autem dicitur, guſtare, inguſtatus, guſtatio, guſtamen· iudicare ſapores, acres, uehementes, mordaces, amaros, ſalſos, amarulentos· Plato enim, Amarulenti nomine in Timæo uſus eſt· moleſtos, inſuaues, dulces, ſuaues, mites, & diſſolutos.

* inſectatorum

DE



## DE VOCE, AVT HIS QVAE A uoce deriuantur. XLV

A Voce dicitur, locutio, magniloquus, ſonorus, mutus, canorus. Philiſtus etiã, Bilinguem dixit. uocatio, exclamatio, exili uoce prædītus, uocalis· & ut Demoſthenes, Vocaliſsimus: difficulter loquens, balbus, loquax, dulciloquus, ænea uoce inſignis, Barbarè loquens, uniuocus, grauiter loquens. Muliebri uoce præditus, ſecundum Ariſtophanem: Et inſtrumentũ raucum, & hypocritæ pulchra uoce utentes. Et Dura uoce præditus, apud Calliſtum Comicum: Ipſæ uero res dicuntur, uocalitas, infantia, uocis claritudo, uocis magnitudo, uocis exilitas, loquacitas, uocis iucunditas uel difficultas, & uocis honeſtas. Ab alijs uero, rerum ipſarum uocabula deriuare nõ licet· præter Vocis grauitatẽ, apud Alexidem, ſicut & Vocis audaciam: et huius rei uocabulum dicere licebit non durius eſſe, quàm Platonis illud, quo Hoſpitalitatis audacia dixit· Nomen autem ipſum eſt, audacter loquens· et audaci ore præditus, quod prædurum eſt. Et ſuauiloquentiam dicere licet, non tamen ſuauiloquũ· et peregrinam linguã, ac peregrinam linguã doctum. unde etiã conſonantia. Conſonans uero, obſoletũ eſt. Et diſſonantia, nõ tamen diſſonans dices. Aduerbia etiã hinc deriuantur, ut uocaliter, raucè, clamoſè, conſonãter, mutè, dulciloque· ea uero quæ ab alijs deriuãtur, auditu aſpera ſunt. Apud Platonẽ uero etiã Conſonat, Diſſonat· Conſonantia, & Diſſonantia. Vox, ſonus articulatus, inſcriptus, non inordinatus· ſonus non obſcurus, non inarticulatus· aër per uocis inſtrumenta ad uocem formatus· ſpiritus per tracheam arteriã ex pulmone redditus, epiglottida feriens, in ore reuolutus, & inſtar cymbali reſonans· & inarticulatus, ſed per uocis organa in modulatã uocẽ expreßus atq; formatus· ad concinnitatem diſpoſitus, ueluti linguæ plectro, & reliquorum organorum chordis. Epiglottis enim, ſimplicis· lingua uerò, articulatæ uocis organũ eſt. Quapropter & Fabula Pandionidis, * Linguam 8
abſciſſam docet, mutam ſcilicet eſſe uolens ſignificare. Si uero quidam linguam habentes nõ loquuntur, epiglottis ijs læſa eſt· ſi uero

 difficulter

difficulter et male loquantur, linguæ eſt uitiū. Vox, aër percuſſus: epiglottida enim ferit. aëris percuſsio, uerberatur enim uocis inſtrumentis, & tanquam perſonans reſonat. Vox, ſonus per ſe indiuiſus, ſed ad infinitas aures diffuſus: quemadmodum & luminis radius ad plurimos ſpectatores oculos. Aut rurſum, quemadmodū auditus, multas uoces recipit: ſic etiam nō paucas uiſiones, oculus. Vocabis uero, uocem altam, elatam, claram, latam, grauem, ſplendidam, mundatam, ſuauem, illecebroſam, exquiſitam, perſuaſibilem, pellacem, flexilem, uolubilem, dulcem, ſtridulam, manifeſtam, perſpicuam: nigram, id eſt obſcurā: fuſcam, iniucundam, exilem, anguſtam, moleſtam, obſcuram, confuſam, abſonā, inconcinnam, infirmam, imperſuaſibilem, rigidam, aſperam, diſtractam, triſtem, raucam, æneam, acutam. Eodem etiam modo ſonum ſecundum eorū quæ dicta ſunt, enarrationē appellabis. Et loqui, locutio, ſonitus et ſonus: uocalis, mutus. Paraphthencteria, feriæ quædam nuptiales. allocutio. Et Manſuetiores ad loquendum, ut Polyzelus Comicus: ſed non mitiores ſermones. Vocabula uero ab oratione dicta ſunt, dicere, recenſere, catalogus, reputatio, concluſio, bilinguis, confabulatio: Apologus Alcini De Longis locutionibus: Proportionabiliter enaſci ea, quæ naſci decet, Plato De Anima: in Timæo uero etiā Similiter declinans, et Analogiā dixit. Et Thucydides, Multa dicit præter rationē exiſtentia: Et falſis rationibus circumuenire, æquiuoca loqui, cōtradicere argumentis. locutores, loquendi locus, incōſiderate, incōſideratus, inuectiua oratio, defenſio, oratione defendere. Antiphon etiam, Oratione ſe defendit, dixit. conſentaneū, prudens, prudenter: & ut Iſocrates, Prudentior: benedicere, celebrare, benedictio. Maledictio, ut Hyperides dixit. Maledicit, iuxta Demoſthenē: Turpiloquentia, ut Xenophon, et Irrationabilitas: Et ut Plato dixit, Nec dicta, nec cogitata: Et ut Thucydides, Ratiocinatio: Et Ratiocinatur, ut Plato idē, & Contradictoria ars dixit. Antiphon autem, Contradicētes: Thucydides uero, Terminus irrefragabilis: & irrationabiliter, ſermone digniſſimus. Antiphon uero, Ratio plena: ut & Herodotus dixit: idem etiam,



etiam, Orationem duplicauit: Et Inaniter loquar, Eupolis: Et ὁμολογήματα, id eſt ea, quæ inter differentes conueniunt, apud Platonem: Conſenſus, & conſentire, et conſentaneū. deinde, ſermonis ſtudioſus, multiloquus, & ſermonis oſor, ſermonis ſtudiū, breuiloquentia, inanis loquentia, tardiloquentia, multiloquium, loquacitatis odium, grandiloquentia. Mendacitas, apud Demoſthenem: longiloquentia, * fabulator, fabularum deſcriptio, fabulantur, excuſabatur, fabuloſa narratio, confabulantes. orationum denotatio, orationes ſcribens, Orationū ſcriptura, ut Plato dixit. genealogia, generationes exponere, maledictio. Indubitatè, apud Xenophontem: Apud Critiā uero Rhetor, etiam Orator dicitur. Et Perſarum Oratores, apud Herodotum: & urbs celebris. Atque apud Platonem in Phædone, Sermocinationes, & Sermonum effictiones. Et apud Theopompum Comicum, Supputare: dictio, ſcita ſermocinatio, collocutio, idioma loquendi & proprietas, differere, Dialecticus, et dialectice. Et Eloquens, apud Demoſthenē: Et Eloquentiſſimus, apud Xenophontem: Comœdia uero etiam, Leuiloquus dixit, & Subtiliter differere, & Diſputatio ſubtilis. Et collocutor, colloqui, præfatio, præfari, computatorius, & computatorie, fabulatio, maledicus, conuitiator. Et ut Antiphon dixit, Suauiloquus, Modicè loquens: Et Sublimiū diſſertor, Plato: &, De ſublimibus diſputans: μικρόλογον Hyperides eum uocauit, qui erga argentū minus liberalis eſt: Iſocrates autem, Querulum: Sed Sermonis humilitas, Miſerationē mouēs oratio, miſericordiæ affectū concitans, et Veritas, Platonis dicta ſunt. ſimiliter et uerba ab his deriuantur, de uilibus differere: & Paruorum rationem habere, dixit Eupolis: & Breuius & paucioribus dicam, ut Cratinus inquit. Et Grauiter loquitur, ut Herodotus: Decimarum uero, et Quinquageſimorum collectores dixit Demoſthenes: Hyperides uero, Conuictus libidinis: Ariſtophanes etiam, Oratione conuincere dixit. conuitiari, maledicere. Dicitur etiam, rhetoricæ Præceptor: & logodædalus, pro eloquenti. Hermippus autem Comicus, Circumloqui dixit pro eo, quod eſt oratione & uerbis circūuenire, ut abundantia

longa prædicatio.

dantia loqui. Et garrire, garrulus, loquacior, garrulitas· & Obtre-
ctare, apud Ariſtophanem: Similiter & Loquacitas, & Non ina-
niter garriens, apud Aeſchylum ſunt.

## XLVI DE OFFICIIS LINGVAE.

OFficiorum uero linguæ uocabula ſunt, clamor, clamare, ex
clamare, adclamare, conclamare, inclamare, inclamatus,
diuulgatus· & Celebriter, ut Aeſchines dixit. Et ut Thucydides,
Clamatio: et his ſimilia. Iactabũdus uero, apud Xenophontem: Et
magnificè iactare, et iactantia· patrocinari, Patronus, patrociniũ·
conſentire, cõcionis Princeps, concioni præeſſe. prædicere, præ
dictio, renunciatio, Concionator, cõcionari, Concio· maledicen
tia, æqua dicendi facultas. Maledicentior, apud Pherecratem: &
Maledicentiſſimus, apud Ecphantidem: comis, affabilis, ad collo-
quendum difficilis, ſalutatio, ſalutare, appellatio, negare, interdice
re. Iſæus uero, Denegatus dixit· ſicut etiã, Interdictus· Plato uero
Interdictum, Ἀπόῤῥησιν nominauit· & Interdicere, ſicut & De-
ipſam fatigari: Tum etiam Demoſthenes * rem prohibitam, Interdictam
uocauit. Et Sub genere denegare omnia, Plato· cui ſimiliter etiam,
Abdicare dixit. Huius etiam ordinis eſt, dicere, negare, dicens; de
negans, & denuncians. Et argento renuncians, id eſt auerſans· ſi-
& cut etiam dicitur, edicto prohibitus. Et dictum aliquod, * ueti-
tum, dictio, prohibitio, denunciatio, promulgatio, uaticinium. Et
Infantia, apud Antiphontem, pro ſilentio. Et uerbum, aduerbiũ, al-
locutio· et Rhetor, eloquens, maledicus, mutus, infamis, magni lo-
quentia, eloquentia. & ut Demoſthenes dixit, Turpiloquentia, &
Rectiloquentia: denegare, conſentire. Et occulte, palam, manife-
& ſte, propatulo. loqui, colloqui, alloqui, prohibere. * affirmatio et ne
gatio arbitri· quã Demoſthenes, Plato, et Antiphon etiã Sententiã
& appellant. Negationem etiã, * Contradictoriã Plato uocat· & Ho
merus, Denegationem. Et Sententiã dicere, Rhetoribus uſitatũ eſt.

## XLVII DE COLLO, ET VERTEBRA.

CApiti ſubiacet collum. uocatur etiam ceruix, & iugulum·
Vnde ἀποδεὶς, ultima anteriorũ colli partiũ dicitur. Se-
ptem



ptem autem collum uertebris inſiſtit, quas Homerus Aſtragolos
uocat· & medullam quæ in his eſt, Σπονδυλίωνα· Vertebræ ue-
ro hæ uocantur, & uerticilli, propter colli quæ in ipſis fit, conuer
ſionem· & Cardines, apud Pherecratem: ſubtenduntur uero per
dorſum, medullam è capite deferentes, quæ meningis ſtipatur, &
neruis deducitur· tota uero horum conſtipatio, γῦης dicitur. Car
dinum uero horum primus, qui cum collo uertitur, conuerſor no-
minatur. Hippocrates uero eundem, etiã Dentẽ nominare uidetur.
eius uero obliquis partibus duo ſinus inſunt, quibus duæ quæ ſub
cerebri medulla ſunt, prominentes pinnæ inſident, capitis coronæ
nominatæ. Cardinũ autem ſecundus immobilis exiſtens, axis appel
latur. pinnas uero binas habet, utrinq; ſcilicet unam, & hanc qui-
dem primo, alteram uero tertio cardini infixam· quæ detentiuæ di-
cuntur· Cardinibus autem alijs, qui ſequuntur hoſce, ſimilibus exi
ſtentibus, ultimus eorum tanquam onera ferens, Atlas uocatur. An
cteres autẽ, partes colli ſunt, per quas ſuffocari aliquem contingit.

## DE SCAPVLIS, ET CLAVIBVS. XLVIII

HVic ſuffultæ ſunt ſcapulæ, deſinẽtes ſuper humeri aut bra-
chij ſummitatem. Confirmant uero claues, quarũ pars ner
uis quibuſdam uertebris adhæret· pars uero alia ſub pectore in col
lum deſinit, & iugulum appellatur. Scapulas uero nonnulli ſcapi-
lia, & platas uocauerunt. Clauium uero pars iuxta ſcapulas, cer-
uix· quæ uero apud collum eſt, paraſphagis. Vnde ſinus, in quo cla
ues ſeparantur, ſphage· à nonnullis uero, & θυμός.

## DE GVTTVRE, EIVSQVE PARtibus· de collo, & ceruice. XLIX

CVm autem collo iuxta ſinum hunc, guttur ſubſit interius·
exterior pars, eo quod per iram incenſa tumenſq; infletur,
ardens dicitur. quod autẽ inter hanc, & guttur eſt, ageter. à quo
maxillas uſq;, aureæ extenduntur· quarum uſq; ad claues pars, ar-
temon eſt. Poſterior autem iuxta conuerſorem cardinem concaui
tas, ὑποσφαγεὺς nominatur· & hanc tenones continent. Curui-
tas autem artemonem uſq;, eſt paralophia· Vnde lophia, ea quæ iu-
xta dorſum

xta dorſum eſt, prominentia dicitur. Totus autem colli circuitus, περίδειρον appellatur. Vocabula uero à collo ſunt, decollare, & in collum impellere. à ceruice autem, altam ceruicem habens· ceruicem leuare, id eſt ſuperbire. Incuruiceruicus uero dicitur, qui humeros ſurſum trahit, & contrahit collum· quem Inſidiatorem eſſe Ariſtoteles per naturæ indicia comprobat. Et utres, Ariſtophanes βυσαύχενας nominauit. Laticeruices autem, ualde Poëticum. Hypotrachiliũ autem uocant, partem ſub ceruice, inter ſcapulas deſinentem ad dorſum uſque. Interſcapilium autem eſt, quod ſub ſcapulis uſq; ad medium tergum eſt, iuxta præcordiorum ſeptum. ὑπόρραχις uero eſt concauitas, quæ ad lumbos uſque tendit. A tergi autem ſpina ῥαχίζειν fit, quod ſecare ſignificat· & ῥάχετρον, meditullium ſpinæ· & ῥαχετρίσαι, id eſt diſſecare.

## L DE MANIBVS, ET PARtibus earum.

AD manus autem deſcendentibus, ſummitas & brachij prominentia, quæ acromia, & humeri caput, & epomis, & acrocolia, occurrit. Nomina uero ab humero ſunt, exomis, *quæ eſt ueſtis quædam ſubſtricta circa humeros deſiſtens, & exomidopœia. Vbi uero articulus huic infigitur, acetabulum, & humeri uertebra uocatur· et neruis adaptatur circa latera dependentis manus· extenſio uero in pugnum inſidet, ob acetabuli concauitatem. Turbinato autem brachio, & concluſo exiſtente, quando eſt cubito breuior, ea parte qua ad cubitum tendit, dilatatur· exterioresq; partes, muſculi· interiores uerò, ulnæ uocantur. Quod autem iuxta humerum prominet, brachij caput. Qui uero ſub brachij prominentia ſunt ſinus, axillæ. à quibus tunicæ, axillares, uel manicatæ dicũtur. Axilla uero, à Vulgaribus ala uocatur, ab Atticis uero nequaquã· ſed quod ſub hac fertur, Sub ala portari dicunt. Parolenia uero, et ulnæ uocãtur. Et εὐάγκαλον, quod portatu facile eſt. fortaſſis et hinc ancalides, id eſt ſarmentorũ uincula, nomen ſumpſerunt· & in ulnis ducentes, & baiuli. in ulnis ferre, ulnis amplecti. παραγκαλίσασθαι uero, baiulos aliquid apportare ſignificat.

Vide Lazarum Bayfium.





Cubitus autem oſſa duo habet, unum quidem tumidius, alterum uero breuius. & ubi cum brachio committuntur, totum hoc cubitus uocatur· Vnde Γαλιάγκων, id eſt Iuſto breuiorẽ cubitũ habens, apud Hippocratem dicitur· exterior autem eius prominentia, olecranon· Vnde ὠλεκρανίζειν, id eſt Cubito fodere, apud Comicos eſt. Cubitum uero, etiam ulnam uocant· Vnde Iuno, albas ulnas habens dicitur. Et acrolenia, quæ cubiti ſummitates ſunt. & huius pars ſuperior, epipiche· inferior uero, agoſtus dicitur. Nonnulli uero ſummitatis in humero, articulum· & cubi, clauas uocant. alij autem armos, aut nodos. Et cubiti ſub brachio compagem, quæ iuxta interiorẽ ſinum eſt, olecranon nominari putant· iuxta exteriorem uero compagem, cubitum. Coronomus autem, Medicorum eſt. in quo ſignificatu, & κύβωλον eſſe putant· quod etiam κύβιτον nominabis, ſecundum Hippocratem: Videtur autem nomen eſſe Doricum, eorũ qui in Sicilia Dores ſunt· Vnde Epicharmus, Cubito ferire, κυβιτίζειν uocat. Ipſa uero cubiti ad brachium commiſſio, bathmis uocatur. Oſſium uero, quæ in cubito ſunt, minimũ, radius, & adcubitale nominatur, ut maximam cubiti appellationem habere uideatur· quod nonnulli, procubitale uocant. huius autem terminus, carpus appellatur, ex octo conſtans oſſibus. Antecarpiũ autem id dicitur, quod ante carpum eſt. Sed carpo etiam prominentia quædam, talo ſimilis adhæret. Metacarpium uero eſt, quæ digitos antecedit latitudo poſt quã in digitos manus ſecatur. Carnea uero, et interior manus pars à pollice ad indicẽ, ir uocatur· exterior autem pars, opiſthenar. Pars uero ab indice ad minimũ digitum, hypothenar. Quod autem inter ir, hypothenarem, & pectuſculum eſt, concauitas manus appellatur· quam nonnulli, & uolam uocant. Pectuſculum autem eſt, quod poſt uolam, et ante metacarpium eſt· quod etiam anderon nominatur. Nonnulli uero omnẽ anteriorem pugni partem, thenar dici autumant· & Hippocrates ſcilicet & Homerus· omnem uero partem oppoſitam, opiſthenar, pectines, antecarpia, & dora. & horum partes iuxta carpos, pectuſcula· partem autem iuxta digitos, palmam, & ἱέρατος uocari. Di

Κονδυλίζειν enim, pro κολαφίζειν dici docet Phauorinus.

gitorum uero circa compages prominentiæ, uertebræ· unde etiam plaga nomen ſumpſit. qui uero his ſubſunt articuli, ſcytalides· aut ſecundum Ariſtophanem, Phalanges: Tres uero ſunt ſingulis quatuor digitis, articuli· ſoli maiori digito, duo tantum. Digiti uero nominantur ſic, minimus· quiq; poſt hunc medio proximus, * Latinis annularis· deinde medius, poſt hunc index. alter pollex, aut maximus. Quæ uero poſt metacarpium ante articulos ſunt, internodia. quorum inferiores partes, articuli· quæ uero ſub phalangibus ſunt, unguium radices dicuntur. ex ipſis enim unguium radices, & principia oriuntur. poſt has ſunt ungues, ſub quibus neruorum fines eſſe aiunt. quorum partes, quæ ſub ungue ſunt, occulta· ſuperiores uero, ἄργεμοι ab albore nominantur· quæ uero utrinq; ſunt, rediuiua· quæq; poſt hæc ſunt, anguli. Albor autem ille iuxta unguiũ radices, oriens· ea quæ in unguibus apparent, nubeculæ. Termini uero qui intra digitos ſunt, rimæ, et uertices dicuntur. Ab unguibus uero dicuntur, ad unguem expendere, unguibus extorquere· quod magis in uſu eſt. & ad unguem explorare. Totius autem manus oſſa, uiginti ſex eſſe ait Soleus Clearchus unus ex Ariſtotelis Diſcipulis: Si uero manum clauſeris, exterior pars, pugnus uocatur· Vnde Pugil, pugnare, depugnauit, pugnis ferijt, pugnis pulſauit, & pugnis percuſſit dicitur. Frequens uero manuum conuerſio crebrò circumlatarum πίτυλος· & quod interius eſt, δράγμα dicitur. unde et interior ſpicarũ pars nomẽ habet, et pugnus, pugnis arripere, & inijcere. A manibus uero dicuntur, facilis, audax manibus, pollex, facilitas, audacia. Non tamen αὐτοχειρία dicitur. ars manuaria, chirurgia· Manuarius Artifex, Chirurgicus· Chirurgus enim, ſordidũ eſt. manibus laborare, manuũ artificium exercere· chirurgice, & manuum arte ſe ſuſtentans. mancipare, conatus, aggreſſio, auſio, ad manus promptus. Manibus uelox, ut Critias inquit· & hinc manuum uelocitas. Plato etiam, Manuum robur dixit. Et Multarum manuum ſubſidium, Thucydides: ὀξύχειρ etiam, id eſt manibus celer· & ὀξυχειρία, id eſt manuum in aliqua re conficienda celeritas, dicta ſunt. illud quidem à Menandro,





dro, hoc uerò apud Alexidem: Manuum ratione defendere, manus conſeruerunt, ad manus uenire, manum præbere, in ſubditos iram exercui. manuductor, manuducere, manum ſubminiſtrare. Manuum lotionem, Homerus Aquam à manibus defluentem· & Manus lauare, Philonides· et, χερνίμματα dixit. Ariſtophanes uerò, Non manibus, contactis communibus bonis dixit. Et Manuuiuens pro eo, qui manuũ labore uiuit, dixit Xenophõ: Dices etiã gutturnium, mantile· manus dextra, de alicuius arte manuaria. Et Polycleti manus, pro ſtatua· & Apellis manus, pro pictura. Manus militaris, & multa manu, multimanus, & magnum ſubſidium, manuum extenſio, contraria manuum tenſio, manuum ſuffragium· manus leuare, manum intendere, manibus refragari. centimanus. Longimanus, ut Hydaſpis Darius, iuxta Polyclitum· aut ut Xerxes, iuxta Antileontem· aut Ochus, qui Artaxerxes dictus eſt. fortaſſis ob hoc quod uires maxime intendit, aut quod dextram manum longiorem aut fortiorẽ habuit, uel utraſq;. A manibus uero et Chirothecæ, apud Xenophontem dicuntur· &, Manicatæ tunicæ: Et Opus manuarium, apud Demoſthenem: Et χειρώνακτες, id eſt Artifices manuarij, apud Sophoclem: Et Manuarium artificiũ, apud Herodotum: Et Manſuetus, apud Demoſthenem· &, Animalia manſueta: Hyperides uero in Libro De Lycophrone, hoc quod multi chirographum uocant, Manum nominauit· ſic dicens, Neque propriam negare manum poſſibile eſt. Eſt etiam bellicum ad naualem pugnam inſtrumentum, cheroſideriũ. Herodotus, Manicas dixit. Hipponax uero Mancũ uocauit, qui una manu priuatus eſt. χειρόδοτον uero, eſt ſumptus extra ſymbolum. Chiromantes autem, quæ ex manibus uaticinantur. χειριᾶν uero uocauerunt, manus confringi, aut dolere ob laborem· Vnde & χειρόποδες dicuntur, qui pedes confregerunt· Geſticulari uero dicitur, manus ad modulationem mouere. Herodotus autem de Hippoclide Athenienſe dixit, Pedibus geſticulabatur: Cratinus uero, Manus cõcutientes dixit, Et ἀκροχειρισμὸς, eſt exercitium quoddã in pancratio. Colluctari, perficere, pecuniã adminiſtrare, & animaduertere· urbem

in ſua tenere manu, homicidium propria manu factum· propria manu, propria manu laborans. Quod autem apud Philiſtū, Αὐτοχειρίσαντες dicitur, omnino impurū eſt. Immanſuetū uero, Sophocles Inexpugnabilē uocauit. Difficilē uero tractatu, Demoſthenes dixit. Et In manus tradidit, Herodotus: Ἐγχειρείτης, ideſt, qui manibus rē molitur, Ariſtophanes: Et Conamina, Thucydides: et Virtutis ſtudioſiores et ſolertiores, Xenophon: Et Conatus, Demoſthenes· et, Epicheremata. Et Enchiridion pro pugione, Xenophon: Dicitur etiā manus incontinens, uel cōtinens · Opus uero ipſum, temperare, præoccupare. Ipſa uero res, præoccupatio, præſumptio, præhenſio & anſa, et tenaciter præhendere. A manibus etiā eſt, tangi, & tactus· & ut Plato dixit. Ἄψις: tactum, intactum. Sed Ἀφᾶσειν, Poëtis cōcedatur. A digitis dicitur, roſeos digitos habēs· anuli, quæ muliebres ſunt. Anulorum ſculptor, Anulorum ſculptura, apud Platonem: Digitorum oſtenſores, ut Demoſthenes dixit: Et Digitalia, apud Xenophontem: In digitis conſtituere, pro ſupputare· & digitalis, numerus. Sed & Corybantes, digitos dici ferunt. nonnulli propter numerum, quod quinq; ſint· alij uero, quod Rheæ omnia adminiſtrent· Vnde etiam manus digiti, Artifices, & omnium Opifices dicuntur. A Cubito uero dicuntur, breuiorem cubitum habens, bonum cubitum habens, roſeo cubito præditus, pulchrum habens cubitum.

## LI DE MENSVRIS, QVAE PER manum fiunt.

Menſurarum uero quædam & digitus eſt. Et palmus, quatuor digiti concluſi. qui idem & palæſtis, in fœminino & palæſtes, in maſculino genere dicitur. Et cornua ἐκκαιδεκάδωρα, id eſt ſedecim palmos habētia. Quod à iunctura ad ſummos uſque digitos extenditur, tota ſcilicet manus, orthodorū appellatur. Si uero extenſis digitis à maximo ad minimū menſuraueris, menſura hæc, ſpithame. Quod ſi magnū digitū indici obtendens menſuras, hæc menſura, lichas dicetur. Ab exteriori uero cubiti prominentia ad medium uſq; digitum, interuallum hoc, cubitus. Si autem digitos cōtraxeris à cubito ad ipſos, menſura hæc, πυγών· ſi uero concludas, πυγμὴν. Si uero utraſque extendas manus, ut etiam pectus his commenſuretur, orgyia nominatur. Manuum uero alia ſecundum poſitionem dextra, alia ſiniſtra, ∗ Dexter, ∗ Dextre ∗. Ἐπιδέξια uero quid ſit, manifeſtum eſt apud Platonem: Dextrè aliquid ∗ remorari, non ſcitè ad manum. apud Lyſiam uero, quod à dextra manu eſt· ut, Introeuntibus ad Nemeam conſiſtit ad dextrā: apud Eupolim uero, propinationis modus eſt· ut, Quando bibunt ἐπιδέξια: Ambidexter, qui utriſq; manibus dextre laborat· qui et ſcæua dicitur. dextrā præhendere. Xenophon etiam, Dextram præhendens dixit. Δεξίωσις autem, eſt aliquid dare, aut accipere. Dextram prætendere, dextram inijcere, dextram dare. Et Dextrā mittit Rex, ut Xenophon inquit. Et diſcit dextra, id eſt ſapientiā, ſecundum Ariſtophanem: ∗ Ipſa uero dignitas, ex ſolis menſuris petitur. A ſiniſtra, ſiniſter, & ſiniſtrè aduerbium. læuus. Sed Ad ſiniſtram, Vulgare eſt. Ἀμφαρίστερος uero, quod utraq; manu læuum ſignificat, Atticum eſt. Tum etiam ſiniſter in choro, ad ſiniſtram pertinet· quemadmodum dexter, ad dextram. inſuper & ad dextram adnauiganti, & ſic de ſiniſtra. Ab unguium uero ſummitatibus ἀκρωνύχια, manuum pedumq; extremitates dicuntur. Digitis etiam, ut puto, aſſignari poſſunt, extrema, ſummitates, extremitates, digitorum eminentia uel colluctatio pancratiaſtica, brachiorum eminentia, tuberes, & prominentiæ· et apud Euripidem, Summa delibantes: Et Vltima extremitas, apud Thucydidem: & quæcunq; alia à ſummitatibus nomen ſortiuntur.

ſcæa, læua. honeſta, ſeu bene nominata. dexterior. ad dextrā. pulſare. Ipſum uero officium.

## DE THORACE, ET QVAE circa hæc ſunt. LII

A collo uero uſq; coxendices, tota illa pars, thorax uocatur, et ὅλμος. quod uero ſub clauibus, pectus· huius interiora, præcordia. Sunt etiam armorum, pectoralia arma· pars paulo inferior, ſternon. Plato uero partem à corde deſcendentem, Sternon uocat· Vnde latiſternus pro eo, quod eſt Bonū pectus habens, dicitur. pectus impingere, & pectoralia. Et Sternomantin Sophocles

 uocat,

uocat,quam nos Spiritum uatidicum habentem dicimus. Pectoris autem medium, pectuſculum. Quæ uero in pectore ſunt, mammæ·Vnde etiam excelſiores telluris loci,mammæ uocantur.Mammæ uero,& ubera,& mãmillæ dicuntur·maximè uero Mulierum· Vnde et lactantes,Nutrices uocantur.Lactare uero eſt,mammillas exhibere.Lactere autem eſt,lac è mammillis extrahere.Quod autem ſub mammillis eſt,præcordium.Summum uero mammillarum, papilla.Vnde et lactare,& papillam præbere dicitur. Subniger uero circa papillam circulus, φῶς.prima autem ſub hoc lactis conſtitutio,cyamus dicitur.Pars uerò lacte repleta, ſinus, & uter. Solus autẽ in pectore mammillas habet homo,ueſpertilio,& elephas· ſic quidem Soleus dicit. Stagirites uero inquit, Elephantem iuxta pectus,non in pectore mammas habere. Præcordium uero,eſt ſinus,qui ſub pectore eſt, mollis & carneus, circa uentris initium. Subiacet autem cartilagini pectoris,prominens eiuſdem pars os,et in ſummitatem pectoris deſinens, quod xiphoides nominatur.Receſſus uero qui ſub pectore eſt,quem σφαγὴν uocant, à nonnullis & præcordium nominatur. Et ſiquidem inferiori cordis parti, cartilago·cartilagini uero,cartilago inferior ſubiacet. his uero coſtæ adſunt octo,ad dorſum circumductæ,maiores minoresq́;.quarum maiores quidem,legitimæ·minores uero,ſpuriæ nominantur, quæ maximè omnium pectori appropinquant. Quod uero ſub coſtis eſt os, ζona uocatur·Vnde cingi dicitur,cingulum,accinctura,adcingi.Et ζona,corporis armatura, idem cum corporis parte nomen habens,quam Anaxandrides,Baltheum uocauit· ut, Denſum habet baltheum.Manifeſtum autem,à nobis ζonam dici·quæ Romanis,Faſcia uocatur.Coſtarum autem morbus,pleuritis·ſicut articulorum,articularis· & renum, nephritis uocatur. Quæ uero ſub maxillis ſunt,latera dicuntur·oſſa uero,coſtæ. quarum media, medilatera uocantur.Septilateri uero, ſtriduli aut ſunt,aut uocantur. Et triangulus quidam, æquilaterus dicitur. Et lateralia, ſunt equorum circa latera arma. Coſtarum uero termini, in uertebris, quæ circa dorſum ſunt, deſinunt, & harum obliquarum concauitati-

uitati·



uitatibus infixæ ſunt. Duodecim uerò utrinque ſunt in uniuerſum coſtæ,quarum aliquæ pectus cõtingunt. aliæ uero circa thoracem deſinunt,ſeipſas inuicem ſuſtinentes.

## DE ALVO, VMBILICO, ET quæ his adſunt. LIII

Pars uero à pectore ad pudenda uſq;, iuxta ζonam,aluus uocatur,& uenter. unde uentricoſus, guloſus, guloſitas, belluo,deuorator, ingluuies,uẽtri inſeruire·et Vẽtriculus,Comici dixerũt.Et Vẽter tripodis,apud Homerũ:Et pro paſcebatur,Comœdia ὑπογαστρίζω dicit. Et Vterũ ferre, Herodotus:et Fatidicus, ſeu ſpiritũ familiarẽ habens.Quod uero ſub uentre eſt,σάχυς uocatur. Concauum autẽ illud uentris medij,umbilicus·locus uero circa hunc,ſagena.quoniã neruorũ eſt complicatio,inſtar retis·quod hodie γαγγαμὼν, aut ut quidã dicũt,ſagena uocatur.Mediũ autẽ umbilici,ἀκρομφάλιον·quod uero ſuper hunc eſt,ἐπομφάλιον. Meſomphali etiam,ſunt placentarum ſpecies. Et ὀμφαλότομος, Obſtetrix dicitur,quòd Infantum umbilicos ſecat.Quod uero Infantum umbilicos incindit, ὀμφαλιστὴς uocatur. Attici uero etiam ficuum propaginem,umbilicũ uocant.Cutis uerò circa umbilcum, uetula. quia cum rupta eſt,ſenectutis fit ſignum.Partem uero circa umbilicum,quæ epati & ſpleni adiacet, ἐπιγάστριον nominabis, Epigaſtrio uero,lumbi ſubiacent,quos etiam ilia uocant.

## DE PECTINE, ET PVBE. LIIII

Omne uero quod ſub umbilico uſq; ad pilorum, qui ſuper pudenda ſunt, denſitatem, abdomen, & uentriculus nominatur.Ab abdomine uero,Comici Fruſta uocant abdomaria.Ipſi uero pili,pubes dicuntur. Ἐφήβαιον uero,Medicorum eſt.

## DE PVDENDIS, ET EORVM PARTIBVS. LV

Quæ uero ſub his ſunt,pudenda. quorum prælonga pars urinã ex ueſica deferens,penis nominatur·et Στῆμα,ſecundum Medicos, quod huic coniunctũ eſt.pars uero non dependens ab eo, ὑπόστημα, & ueſicæ collum·quemadmodũ penis extremitas,glans·& eius foramen,urethra dicitur. huius uero cutis,præ-

putium

putium ſicut & præputij prominentia, ἀκροποσθία uocatur. Vin
culum uero, quo præputiũ colligant, cynodeſmiũ nominauerunt.
Teſticulorum autem, aut geminorũ uaſculum, ſcrotum uocatur.
cuius laxa pars, λακκόπεδον eſt. Semper uero laxum ſcrotum ha-
bentem, Athenienſes λακκοσχέαν appellauerunt. Partes autem in-
ter penem, ſcrotum, & inguen, plechades uocantur. Vnde tranſi-
re, apud Poëtas Ἀμφιπλήσσειν dicitur. Et pro tolutim, ἀμφι-
abuſus πλὴξ · ut & Sophocles, * hoc uſus eſt, de draconibus loquens,
Cardinem tolutim præhenſum, tanquam prætergreſſum dicat. Et
Strattis, Filiolæ circa lebetem omnem complexæ, hoc eſt diſtan-
tes tibiæ. Et apud Homerum, pro tranſibant dicitur. Feriebant pe-
dibus: Cremacteres uero, nerui dicuntur, qui teſticulos cõtinent.
Quod autẽ ſutelæ ſimile, ſub pene per medium ſcrotũ tranſit, ſub
parte, quam taurũ uocant. Vnde Tragici Virginẽ Ἀταύρωτον, id
eſt coniugij expertẽ, uocant. deſinens in natibus, περίναιον, τρά
μις, et ὄρρος nominatur. Teſticulorũ quidem pars ſuperior, caput.
inferior uero, fundus uocatur. totũ uero illud, pudenda. ſicut et Mu
lierũ, pudenda uocantur. cuius totũ, uocatur cunnus, et uulua. rima
uero, ſchiſma. ſubſultans caruncula, nymphe, myrtũ, epideris, aut
κλειτορίς. unde et κλειτορίζειν, eſt attrectare, et macerare iſtã ca-
runculam. partes uero utrinq; carneæ, labra, præcipitia, aut πτε-
ρυγώματα dicũtur. Paraſtatæ uero, meatus ſunt à teſticulis ad pe
nis foramẽ ſemen deducẽtes. Nomina uero, à prædictis ſunt. à uen
tre quidẽ, uentricoſus, uẽtri deditus, helluo, uẽtricoſus, ingluuies.
Γαστρίζειν uero, quod non modo implere. quod & χορτάζειν uo-
cant. ſed etiã in uentrẽ percutere ſignificat, ut Ariſtophanes in E-
quitibus inquit. ſed Plato Comicus hoc uerbum in Ventri deditum
uſurpauit. deinde quoque, Nullus eſt uir uentricoſior. Pſittacum
etiam, Alcæus Aqualiculum uocat. Homerus uero, Tripodis uen-
trem ambibat ignis: A pene uero dicitur, extirpauit, et extirpatio.
Præputium uero, dicitur uacuum, excoriatũ. Apud Aeoles uero,
excoriare, uel circumcindere, Ἀποδιῶσθαι uocatur. Verenda ue
ro retrahere, apud Veteres Comicos Ἀνασύψαι uocabatur. hæc
uero



uero manibus prouocare, Ἀναφλᾶν, quod & Ἀνακλᾶν, Ariſto-
phanes in Amphiarao uocat. Membrum autem genitale, & τύλος
uocatur. unde Pherecrates, hoc manibus denudare, Ἀποτυλοῦν
uocauit.

## DE SPINA, SCAPVLIS, ET quæ de his ſunt. LVI

SCapulæ ceruici ſubſunt. quarum gibboſum, teſtudo dicitur.
Scapularum uero utræq; partes, alæ. quarum obliquæ partes,
μεταυχένια. quod autem inter has, & tergum eſt, dorſum. conti
nentibus hoc ſcapulis, quarum extenſæ circa tergum partes, men
ſæ appellantur. quod uero his ſubeſt, ſpina. cuius medium ſecun-
dum longitudinem uſq; ad inguen in terga ſinuoſum, ἱερὸς dici-
tur. et huius terminus, ſpina dorſi eſt, pectori oppoſita. Poſt ſpinã
uero, eſt lumbus uſq; ad clunes. quem nõnulli Poëtarũ, κλόνιν uo
carũt. ut Antimachus, Vt ſi lumbi impetuoſi uertebræ ſex. Septem
decim autem ſunt uertebræ, quæ totam ſpinæ inflexionẽ exhibẽt.
duodecim quidem ipſius ſpinæ, quas ῥάχεις nominant. quinque
uero lumbi. Vertebram uero, quæ ſub Atlante, et quæ ſub eius car
netutela eſt, lophadiam, aut lophiam appellant. uertebram uero,
quæ ſub hac eſt, axillarẽ. reliquas uero, πλευρίτας uocant. duode
cimã uero, cingulum. Lumbum uero, & πρότμησιν uocauerũt, cu
ius uolubilia ſunt oſſa. Prima autẽ uertebra, nephrites. quemadmo
dũ ultima, aſpaltites nuncupatur. Mediũ uero lumbi, ἄκνηστις, pro
prie quidẽ de quadrupedibus. ſed Homerus etiã de homine uſus eſt,
dicens Κατ' ἄκνηστιν μέσσα νῶτα. A tergo uero uocabula ducun-
tur, à tergo eſſe in bello, tergũ dare. Et apud Poëtas, Νωτίσαι dici
citur pro eo, quod eſt à tergo aliquid relinquere. Et In tergo ferẽs,
mulus apud Xenophontem, & aſinus: atq; hos, dorſuarios uoca-
runt. quemadmodum illos qui ſub iugo ſunt, iugales. Νωτοπλῆγα
uero, Flagellationem Ariſtophanes uocauit. Circa tergum uero, ſe
ptem aſperitates exurgunt. quarũ duæ quidem poſt primam, quæ
acanthus dicitur, ἰσόλοφα nominantur. obliquæ uero duæ, λέχ-
ρια. reliquæ uero, deorſum nutant. Vertebrarũ quidem prominens

 & ſuf-

& ſuffulciens pars, maſculus· ſed ſinus hanc ſuſcipiens, fœmella dicitur· Vertebras autem has, Arrianus Talos nominauit. A collo ſummo talis, exoritur lumbus. Vertebrarum uero meatus, per quos medulla extenditur, σωλὼ, & ſacra fiſtula.

## LVII DE COSTIS, SACRO OSSE, CLVNIBUS, harumque partibus.

COſtarum quidem maiores, legitimæ· minores uero, ſpuriæ dicuntur, quæ pectori ſubſunt· Poſt quas inſidentia coſtis uiſcera, inteſtina uocantur. Et è ſcapulis quidem ſuprema coſta, maxima apparet· ex obliquis uero, mediæ. Coſtarũ oſſa, ſpathæ. harũ quidem latiores partes, quæ inuicem compactæ ſunt, platæ· anguſtiores uero, copia dicuntur, quæ ſpinæ coniungũtur. primæ uero duæ, retortæ uocantur· duæ uero ſequentes, firmæ. duæ uero poſt has, pectorales· & duæ in cartilagine deſinentes, adiutoriæ. quatuor autem ſpuriæ, molles dicuntur. Vbi uero uertebræ terminantur, ſacrum os dicitur· & initio quidem ſub * ſpina dilatatur, coarctatur uero circa anum. qui & culum, & podex dicitur. Cuius ſuperior pars, lumbus, & ile· ſicut et ζona, pars iuxta hãc anterior uocatur. Nonnullis uero ſacrum os, tertius coccyx dicitur, & eſt omnium maximũ. atq; pars eius uerſus anum ad ſedis locum declinãs, uertex nominatur· obliquæ uero partes, femora, & ſcaphia. hæc uero umbilico oppoſita ſunt, et clunibus inſiſtunt· qui et coxendices, & nates dicuntur· atq; πρoχῶναι, apud Archippum in Rhenone: Femora autem, ſunt utrinq; illæ poſt lumbos carneæ prominentiæ· ab his uero partes prominentes, clunes, et ſedilia. unde ſedes, cathedra, ſella, inſidere, ſuperſedere, aſſeſſor, et his ſimilia dicuntur. A natibus autem dicuntur, bonas nates habens, pulchris natibus præditus, cinædus ſecundum Heſiodũ, Nates ornatas habens: Attici uero & mediũ in manu digitũ, καταπύγωνα nominauerunt. Qui uero graciles nates habent, λίσποι, et ἀπόλισποι dicuntur, & ἄπυγες quo uocabulo maxime ſuggillantur Athenienſes · Mulierem uero talem, Strattis Διαγράμμιν uocauit.

* ſcapula

DE



## LVIII DE MVSCVLIS LVMBORVM, COXIS, clunibus, & quæ circùm ſunt.

INteriores uero circa lumbum muſculi, uocantur pſoæ, neruorũ matres, & uulpes· Clearchus autem, exteriores circa ſpinam muſculos ſic nominauit. Coxas uero, uel coxendices uocabis, oſſium circa nates concauitates, quæ capite femoribus infixæ ſunt. Femoris autem aculeus dicitur ea pars, qua femoris caput coxendicem contingit· ipſum uero caput, cotylidon uocatur. Carnes uero ſub clunibus, ad femora inclinatæ, hypoclunes appellantur. Apud femora uero ſub clunibus, inguina ſunt. quibus & ipſe morbus, inguen cõtingit· Vnde & βουβωνιᾶν, id eſt inguine intumere, deducitur, ut Callias inquit. Neruus etiam coxã femori colligans, ἰσχίον dicitur, eodemq; nomine, & ipſe articulus nominatur. Os uero uolubile coxendici coniunctum, femoris caput appellatur. Femur autem, ſeu crus, dicitur pars corporis, quæ hinc genua uſque extenditur. A femore uero nomina formant, robuſtis femoribus ſeu pulchris præditus, femoralia, femori propinqua. & Lacæna, femur oſtentans, femoralia arma, & his ſimilia. Oſſium uero circa femoris caput prominentia, τροχαντὴρ nominatur. Muſculi uero, ſunt erectæ ante articulos, ubi hi cõmouẽtur, carnes· quæ uero intra femora ſunt, παραμήρια· quæ autẽ in medijs femorib. ſunt, μεσομήρια. Genu uero, eſt poſt femora, uel ſuperiora crura inflexio· unde Geniculari, apud Cratinum Comicum deriuatur. Dicitur etiam genu arundinis. Et apud Homerum, Ἐπιγουνὶς, quæ eſt genu pars ſuperior. Genuum uero pars, quæ cruris ſuperioris termino coniuncta eſt, tibiæ caput· Exterius autem huic ſuperiacens latum & rotundum os, quod inſtar munimenti eſt ipſi genu, patella, uel poples, conchula, mola· et Epymilos, ſecundum Hippocratẽ· et ſecundum Hipponactem, Mylacris: Comici autem uel gallinã, Mylacridem uocant, uel animal quoddam in mola natum· ut Ariſtophanes inquit, Vbi conſideant eo quo delectentur uictu, uermes comedentes, & mylacrides: Muſculus autem circa genu, ἐπιγουνίς· poſterior uero popliti oppoſita concauitas, ſuffrago. Tibia

 uero

uero, eſt omne quod utrinque poſt genu, & ſuffraginem eſt. Oſſa
autem duo tibia habet, eiuſdem quidem longitudinis, craſsitudinis
uero eiuſdem non item. quorum exterius, quod minus eſt, paracne
mium· interius uero, et maius, procnemium. Totius uero tibiæ ante
abiens rior pars, anticnemiū· poſterior uero in muſculum* eleuata, tibiæ
uenter, uel ſura dicitur. Nonnulli uero anteriorem partē, tibiā· po
ſteriorē, ἀντικνήμιον eſſe putauerunt. Nomina autē à tibia dedu-
cta, fortes habens tibias, tibiale uel ocrea. & robuſtis tibijs prædi
Comœdia ti Græci: Et Crura integras tibias habentia, apud* Comicos: Ac
genua, id eſt colles montiū. Sed utrinq; iuxta maius os, quod tibiam
ſuſtinet, & radius dicitur, parua alia oſsicula, quæ peronæ, παρα-
κερκίδες· et à nonnullis, fiſtulæ dicuntur. Latus autē neruus, qui
ſuffragine initio ſumpta, in calcaneo finitur, tenon appellatur.

## LIX DE PLANTA, TALO, CRVre, & podice.

PArs uero ſub tibia, uocatur planta, ſeu pes extremus. unde
nomina ſunt, ſtabiles pedes habens, argentipes· et, argentipes
Thetis: bonam plantam habens ſeu pulchram. Iuxta pedem uero u-
trinq; prominent tali, in quibus peronæ tibiarum deſinunt. Tali ue-
ro ſunt, non prominentia illa, ſed quæ interius in planta occultan-
crura tur. Varos autē uocant, quibus curua introrſum *· ualgos uero, qui
bus à genibus extrorſum obtorta ſunt. & hoc quidē Archilochus,
illo uero Xenophon utitur. Crus autem nominandum eſt, quod ex
femore, genu, tibia, planta, & pede conſtat. Quod autem ex
femore & tibia, κῶλον uocatur, et κώλυμα. Vocabula uero hinc
deriuata, ſupplantare· & ut Xenophon dixit, Malis cruribus præ-
ditus: & σκελὶς, quæ hodie Calcaneū à Comicis dicitur. Et apud
Platonem Εὔσκελὲς, id eſt Bona crura habens, dicitur. Inſuper et
σκελετός, id eſt oſſeus ſeu exiccatus, & arefacit uel exiccat, &
arefactus, de hiſce membris deducuntur· quemadmodum de reli-
quo corpore, macilentiſsimum dixerunt· ſicut & alia multa ſunt.
Menandrus uero, Puellas periſcelides ferre dixit. Et claudicare uo
cauerunt, altero pede aberrare. Pes autem dicitur, omne id, quod ta
lo ſub-



lo ſubeſt. unde, bonū pedem habens, uelox, celer· et ut Plato dixit,
Antipodes: pedum celeritas, pedum tarditas, uolipes, uelociter cur
rens· et ut Plato inquit, Impedimur: Et Xenophon tardos, Κακόπο
δας appellauit. Inſuper bipes, tripes, & ſic ordine de reliquis· quo
rum omnium octopes ſolum, Vulgarius dicitur. Huc etiam perti-
nent, impedimentum, remoræ, impedire, impedimentum facere, aut
coram pedibus adſtare, pedetentim cedere. pes ligneus, pedica, po-
dagra, podagra laborare, polypus. Plato autem, de polypo, & a-
pede ſcripſit. Et humipes, ſic uero uocauerūt ſponſam, quæ nō rhe
da uehebatur. Laqueus pedalis, pedū lotio, pedes lauans, pes utris,
tadaris tunica, pedum dolor, pedibus dolens. Plato uero Comicus,
etiam ποδλέχρια dixit· et ποδεῖα, pro faſcijs pedum, Critias, quas
Aeſchylus, πέλυτρα uocat. Dicitur etiam pedibus congruens, de
calceis. De Scriba uero, Ἀνεπόδιζον Aeſchines Rhetor dixit pro
eo, quod eſt denuo relegere. Et Antiphon ea quæ denuo excutiun-
tur, Ἀναποδιζόμενα appellauit.

## DE PARTIBVS PEDIS. LX

PEdis autem partes. ſuperior quidem ante digitos pedis, conue
xum, *collis, aut pecten, ex oſsibus & neruis conſtans. cu- aut
ius anterior pars poſt digitos, planta· poſterior autem pedis pars,
calcaneum dicitur· Vnde πτερνοκοπεῖν deriuatur, quod eſt calca
neo ſedilia in theatris percutere, ut aliquem exibilent. Et Media
Comœdia Pternides uocat, fundos lebetū medicarū. Sed inferior
pars tota, ſolea· pars uero ſub digitis prominens, pectuſculū pedis,
aut præcordium uocatur. quod uero poſt hoc eſt, uola pedis. Digi
ti uero pedis eaſdem cum ſuis partibus partibus appellationes ha-
bent, quas manuum digiti. Et rima ſub digitis, χύμεθλον appellatur.
alij uero hanc pedis partem, in qua rima fit, ſic nominant. Plagæ
autem quæ digitis contingunt, pulſiones dicuntur. quæ Ariſtopha-
nes, Impulſiones uocat· et προσπταίσαι, in fugiendo impingere di
xit. Ad pedes etiam pertinet, calceamentum, ſubire, ſubditus, nudi
pes, pedum nuditas. Tum & gradum, Pedem uocabis, ſecundū Pla
tonem dicentem, Deos ſupponētes multos gradus: unde locus per-

nius, & inuius dicitur. Et Gradus apud Muſicos eſt, pedem ad numeros componere. Et Βάθρ, pauimentum eſt, ſuper quod incedimus· ut Antipas, In ipſum ianuæ pauimentum uenis: Et Euntes, dicunt Plato & Xenophon· qui idem, & Diabateria ſacrificia, quæ pro tranſitu fiebant, dixit. quæ & apobateria uocabis. Et Fluuius peruius aut inuius, Plato. Et Traiectores, Demoſthenes· & Traiectorem, Ariſtophanes dixit. Et iudicium, Alterius rei inuaſionem Hyperides uocauit. Inuaſio etiam, eſt in alienam domum non conceſſus introitus. Et Aggrediens nomine horribili, Herodotus:

## LXI. DE TONSILLIS, GVTTVRE, STOmacho, & interioribus corporis, uiſceribus'que.

PArtium uero earum, quæ poſt hypoglottida ſunt, carnes utrinq; prominentes, tonſillæ, uel glandulæ uocantur. quæ autem his ſubſunt, ſimiles quidem rubore, maiores uero rotundioresq́;, mala dicuntur· accreſcunt autem per tenues quaſdam mem-
& branulas ſtomacho. quem & fauces nonnulli, *arteriam· alij uero, guttur uocant. Tonſillis uero os ſubiacet, faucium caput complectens, à nonnullis hyoides uocatum, quod ad literæ Y formam accedat· Herophilus autem, propterea quod tonſillis adſtet, idem Paraſtatem uocauit. Stomachus uero inter ſcapulas iacet, & ad pulmonem prætenditur· nominaturq; etiam gula. nerui autem eius utrinq;, toni. Vbi uero uentrem contingit ea pars, magnum uentris os nominatur· inferior uero ſtomachi pars, qua pulmoni coniungitur, eo quod ex anguſtia dilatetur, tubæ crepitaculo ſimilis eſt. Pars etiam ſub lingua potum cibumq́; ſuſcipiens, reliqua longitudine eſt latior, ſenſibilis autem maximè, et iuxta uentrem neruoſa· exterius uero carnea, ubi faucibus appropinquat· interius uero, rotunda, & arterioſa eſt. Arteriæ uero, & uenis à corde ad ſcapulas tenſis, complicationes quatuor, uel tres iuxta nonnullorum ſententiã innituntur· uenæ ſcilicet, arteriæ & nerui. membranulas enim hi excipiunt· Tale autem quoddam etiam in auibus eſt, quod gutturis ueſiculam uocant, in qua cibus primum congregatur. Primum eorum qui cibũ ruminant ſinum, uentriculum uocant. Faux autem ſtomacho adiacens, & ad pulmonem nutans, linguæ ſtomachoq́; adhæſit. radicesq́; agit in pulmone medio, partim iuxta poſteriores fibras adiacens, quæ dorſo aſſident· partim uero iuxta eas, quæ ſub pectore ſunt. in plurimas enim tenues ſcinditur bullulas, quæ uocantur fiſtulæ, branchia, & aortæ. * ipſum uero turbinatum in ipſe
morem * exſculptum, à poſteriori parte ſtomacho appropinquãs· exculptus
ſed quaſi ex multis * compoſitũ anulis, tunicas et * hoc habet qua- cõpoſitus
tuor. * contextum ſcilicet exiſtens ex neruis, uenis, arterijs, mem hic
branulisq́;. Homerus equidem ſtomachũ, etiam Λαιμὸν, & Λαυ- contextus
κανίαν uocat. & dicit Animæ celerrimam eſſe perniciem, ſi diuiſus meatũ cibi perdat· guttur uero, φάρυγγα uocans, et uocis meatum eſſe cognoſcens, illæſum Hectori ſeruauit, ut ipſum prius alloqueretur uerbis alternis excipiens.



## LXII. DE FAVCIBVS, VENTRE, HIla, & reliquis.

FAuces itaq;, ſtomachi initium ſunt· quemadmodum fiſtula illa ſpiritalis, gutturis. Λαρυγγίζειν uero, Demoſthenes dixit· quod Veteres, Præcluſa gula loqui dixerũt. exterior autem eius in collo prominentia, gurgulio, & prologus uocatur. Cum autem ſtomachus in uentre deſinat, uentris latitudo ad ſiniſtrum latus extenditur, ore ipſo ad mediam uergens cartilaginem, reliquo autẽ corpore ad diaphragma. In uentre uero inteſtinum excreſcit, in dextram magis inclinatum, tergo maxime adiacens, quod pylorum uocant· & cibum in eam partem, quam hilam uocant, deducit. quæ quidem exterius, neruorum complicatione conſtat· interius uero, carneum quiddam illi commixtum eſt. iacet autem inteſtinum hoc ſub coſta ſpuria, quæ in ſiniſtra parte uſq; ad lumbum tranſit· unde & hila dicitur. Ex ipſa uero hila inteſtinum excreuit, ſub umbilico iacens inuolutum, omnem iſtum locum complens, & in duos terminatur fines. quorum alter, aluus uocatur, & uenter inferior. quem Homerus, Νειαίρην uocat. iacet uero in dextro latere, ſub præcordijs. unde deriuantur uocabula, quæ pœnam luere, pœnam, & car-

& carcerē ſignificant, eo quod huius paſsio acerrimus corpori dolores afferat · Quod autem utrinq; tenuis illius inteſtini termino annexum eſt, inteſtinum cæcum nominatur, tergo quidem adhærens, ſed iuxta dextrum lumbum iacens. Aluo uero, rectum inteſtinum ſubeſt. Ventri alui autē terminus, podex eſt, in ano deſinens, ipſi adhærens lumbo. Anus uero, eſt inteſtini terminus · meatusq; eſt eorū, quæ in aluo ſuperfluunt. ſic quidē opertus uiſus, plerunq; uero apertus eſt. quem alij culum, alij uero podicem uocant. Medianū autem, pellicula eſt, ex uenarū neruorumq; complicatione · renibus uero, & uentri appropinquat, cibum in iecur emittens. Nomina uero ab inteſtino ducta · Dyſenteria, apud Platonem · et Lyenteria, apud Hippocratem : Et cor ligni, quod in ipſis eſt uirgis, quod extrahunt hi, qui uirgam in fiſtulam excauare uolunt, uel tibiam, aut ad tale quidpiam. Quæ uero nauis carinæ, ſeu meditullia dicuntur, Ariſtophanes Ἐντεριωνίδια uocauit. Ex ipſa porro uentris circumferentia pars alia enata eſt inteſtini, uelata, quam omentum uocant. Velamen uero, à renibus ad omnia inteſtina diuiſum, cinctum nominatur.

## LXIII DE EPATE, BILE, ET ſanguine.

EPate autem in dextris iacente partibus, & recentem à uentriculo per uenas ſanguinem recipiente, partes quæ præcordijs & cincto adſunt, conuexa · quæ inferius ſub uentriculo palpitant, ſima uocantur. Præcipuum uero epatis officium eſt, cibum in ſanguinem bilemq; diſtribuere · & huius implere uaſculum, quod maximè fibræ inſidet, eodemq; nomine quo humor ille ſuus, bilis ſcilicet, appellatur * Latini, fel uocant · quod quidem anguſtiorem partem, quæ collum dicitur, habet · & pleniorem, quæ fundum uocatur. A bile autem deriuantur, iraſci, atram bilem mouere, atra bile ſtomachari, iracūdus, ad iram pronus, uirdis bilis, cholera, bilis uomitus. * flauus, Flaua tinctura. ſic enim in Figmentis ſcenicis Attici, auri colorem referentia uocauerunt · ut etiā Ὑπόχολον, atra bile laborantem : * Furioſum, & Ira furentem, Plato dicit.

flauus tinctor. Et

Sanguis



Sanguis autem, per uenas in totum diſpergitur corpus. A ſanguine uero dicitur, cruentare, cruentatus, & ſanguinolentum, ſanguineum, cruentum, ſanguinem uomens, Sanguinē interrumpere, pro eo quod eſt, uenā ferro inſcindere. ſanguinare, ſanguine præditū · et Sanguine plenū, apud Antiphontem: et Sanguineos, uel Parū ſanguinis habentes: Portæ uero ipſius epatis dicuntur, per quas ſanguis ſuſcipitur, ut per unicā uenā ab hac in omnes uenas deducatur. Fibræ uero iecinoris dicūtur, quemadmodū fibræ et pulmonis.

## DE DIAPHRAGMATE, VENTRIculo, corde, & reliquis. LXIIII

HVic uero ſuperiacet diaphragma, ex uenis cōpoſitū, quod pulmonē, et cor ab epate diſtinguit. unde deriuantur, ſeptū, interſepit, obturare, ſepire, obſepire, obſtruere, ſeptum, & ſimilia. Diaphragmati uero ſubiacet uenter, & uocatur uentriculus. ſuper hunc autem cor eſt, ſinus habens ſanguinis & ſpiritus · quorū hunc quidem per arterias, illum uero per uenas emittit. ſinusq; ſiniſter, craſsior eſt, cum ſpiritum ipſe emittat · dexter autem tenuior quidem, ſed maiorē habens latitudinem, à quo ſanguinis canales ducūtur · ſed mammillæ ſiniſtræ ſubiacet. Hinc uero deriuātur, cordatus · et Καρδιώσσειν, Dores dicunt pro eo quod Xenophon, Eſurire dixit. Dicitur etiā quædā mēbranula, præcordia. quæ thoracē interſtinguit, quā et tunicā nominant. Baſis autē cordis, caput uocatur · prominentia autē acuta, fundus · cōcauitatesq; quæ utrinq; ſunt, aures. Sed iuxta cordis caput, à poſteriori parte circa uertebram ſeptimā, caro quædā eſt tonſillæ ſimilis, quæ thymus uocatur. Vocabis etiā quaſdam aſperas arterias, quæ ante ſtomachū iacent, per quas thorax ſpiritu ſufflatus, et conſidens ad pulmonem, comprimitur. Pulmo autem ſupra diaphragma, quod & præcordia uocant, ſitus eſt · ſicuti & quaſdam in lateribus pelliculas, ſubcinctas nominant. Thoracis uero latitudine, quam uacuum thoracis uocant, pulmo ad ſpiritus exhalationem utitur. Hinc autem dices, ſpirare, reſpirare, perſpirare, efflare, expirare ſpirās, efflans, reſpirans, expirans, perſpirans, perſpiratus, ſpiritus, inſpirans, inſpirare

 ſpirare

ſpirare, adſpirans, afflatus ſpiritu, bene ſpirans, deflatus ſpiritu, exhalatio, reſpiratio, pulmonis exulceratio, ſpirandi difficultas, inflatus, afflatio.

## LXV DE SPLENE, RENIBVS, VESICA, matrice, & reliquis.

Circa aluum uero ad ſiniſtrã partem, ſub diaphragmate, ſplen iacet· quem Plato, Epatis effigiem eſſe inquit. nullam etenim alias utilitatem exhibet. caput autem eius, denſiſsima pars nominatur. Dicitur et lien· Hinc autem uerbũ deriuatur σπληνιᾶν, quod eſt ſplene dolere. Sed renum poſitio, à quibus & nephritis morbus, ſub ſplene, & epate. iuxta utrunq; lumbum alteruter renum iacens, humorem à corpore defluentem in ueſicam dirigit. Veſica autem, iuxta latitudinem latorum oſsium ſita eſt, humores ad ſe colligens. Veruntamen in Mulieribus medium inter podicem & ueſitam conceptorium uas interiacet, quod matricem uocant, uuluam, & uterum· Vnde & uterini Fratres dicuntur, qui eiuſdem Matris ſunt· quemadmodũ Vxor uel Cõcubina eſſe dicitur à Poëtis, quæ in unum aſcendit cubile. Et à lecto eſſe dicitur, quæ lecti particeps eſt. Hippocrates uero matricem, non ſolum Vterum, ſed & Genitricem uocat· in qua fœtus conſiſtit, nutritur, & ſanguis congregatur menſtruus. Matricis uero ſuperiores, & obliquæ prominentiæ, apices & flagella dicuntur· partes uero utrinq; exiſtentes, humeri· ſummitas uero, iugulum, aut collum. cuius os, primus meatus· reliqua uero concauitas, ſinus muliebris. Bina uero circa fœtum ſunt uelamina. quorum interius quidem tenuius, et mollius exiſtens, Empedocles Agniculum uocat· exterius uero poſt hoc, quod ad uuluam tranſit, loculus nominatur. cui & umbilicus innaſcitur. Et Antiphon inquit, Loculus dicitur, in quo fœtus creſcit, nutriturq́;: Sed loci urinam è renibus utriſq; deducẽtes, urinarij, & οὐρητῆρες uocantur. Tragici autem, urinæ uaſculum, Matulam appellauerunt. Eſt etiam membranula quædam, περιτόναιος nominata, quæ toti inferiori uentri annata, aluum inteſtinaq́; continet, & omnẽ locum à diaphragmate ad pubem uſq;. Sed & altera ex



ſplene pellicula priore tenuior enata, ſub περιτοναίῳ iacens, ipſum diaphragma ambiens, omentum nominatur· hoc autem Antiphon in maſculino, neutroq́; genere dixit. Medici etiam, Tonſillarum quarundam meminerunt. Tumores uero ſunt, qui inter carnem, adipemq́; conſiſtunt· maxime tamen circa pubes, axillas, maxillas, & medianum. circa quæ & ſcrophulæ oriuntur. Venarũ uero quæ caua dicitur, maxima eſt, & à corde oriens tota iecinori adhæret, per quam ſanguinem ab epate cor ſubtrahit· ſicuti & ea, quæ arteriarũ maxima & dicitur, & eſt. quæ ſita eſt circa dorſi ſpinam, ſpiritumq́; à corde recipiens in alias diſpergit arterias, ut toti diſtribuantur corpori.

## DE ANIMA, MENTE, ET his quæ ab animo dicta ſunt. LXVI

Conſtat totus homo, ex anima, & corpore. Et anima eſt, ſpiritus, aut ignis, aut ſanguis, uel quodcunq; Doctis uiſum fuerit· partes uero eius ſunt, mens, concupiſcentia, & animus. Mens uero, et ratiocinatio, et Princeps dicitur· aut Iuxta cerebrũ, ſecundum Pythagoram, & Platonem, cõſidens· aut Iuxta cerebri inferiorem partem, aut meningam, ut multis Medicorum uidetur· aut Iuxta ſuperciliorũ medium, ut Straton dixit· uel Circa ſanguinẽ, iuxta Empedoclem, & Ariſtotelem: uel Circa cor, ut Stoici ſentiunt. Animi uero ſedes, ſine controuerſia cor eſt· quemadmodum & concupiſcentiæ locus, epar. Sed & nomina ab anima deducta, generoſam habens animam, animatus, inanimatus, animate, inanimate, generoſè, animæ recreatio, animã recreare, animæ amans, animam amare, animam exhalans, reſpirans animæ ſolamen. A mente uero, intellectus, cogitatio, mentis comprehenſio, prudentia, ſolertia· & ut Antiphon dixit, Cõſideratio mentis: mentis abundantia, uecordia, diſſenſio, pœnitentia, ſuperbia, inſipientia, ſtoliditas, opinio, prouidentia. Et cogitatio, ſecundum Antiphontem: Et Mentis deliquium, ut Ariſtophanes: Et Deliberatio, ut Plato· et, Mentis conceptiones: Verba autem, intelligere, conſiderare, circumſpicere, cogitare, ſapere. Ἐπινοεῖν autem, quod imaginari ſi-

 gnificat,

gnificat, & bifariam ſentire, ſordida ſunt. Diſſentire enim, animis ſcindi, & diuidi, diſcordari, diſcrepare, & diſsidere de hac re melius dicuntur. præterea, ſuſpicari, pœnitere, deſpicere. Ἀπευτνοῦ δς uero, quod idem ſignificat, Vulgare eſt. inſuper proſpicere, deſipere. Et nomina, prudens, cōſiderator, et circumſpectus, et cordatus. & Mentis compos, ut Iſæus dicit. ſolers, ſapiens, arrogans, ſtolidus, ſtupidus, prouidus, inſipiens, ſtultus. Nominibus uero à cæteris deriuatis non utendum. Plato etiam, Ἀδιανόητα dixit. quæ uerbis aperta, ſed occultos ſenſus habent. Aduerbia autem, ſapienter, prudenter. Prudentius, ut Demoſthenes dixit. Stolide, inſipienter, ſolerter, doctè, ſtupide. quæ uero ab alijs deriuantur, dura ſunt. Sed ab animo dicuntur, animo iraſci, iratus, ferox, animoſus, triſtis, alacris, animoſitas, triſtitia, perturbatus. Turbantur, ut Antiphon inquit. Triſte, ut Iſocrates. Triſtius, ut Iſæus: Natura prudens, iraſci. tardum animum, uel acrem habens. Animo excandeſcebat, apud Ariſtophanem: Inſuper & compotem animi eſſe, & ὀξυθυμία. quam indocti Rhetores, Expiationes eſſe interpretantur. Animi uero lætitiam, & Cogitationem, Thucydides: &, Animo uoluentes calamitates in pugna acceptas: Et Enthymemata, id eſt animi conceptus, apud Iſocratem:

LXVII DE CONCVPISCENTIA.

A Concupiſcentia autem, concupiſcere, concupiſcens, concupiſcibile, cupidus, cupidè, concupiſcentijs deditus. & Deſiderium, apud Platonem: Et malorum concupiſcentia, apud Iſæum: Et Cupiditates, apud Philylium:

CAPVT QVINTVM, NOMINVM EORVM QVAE SINGVLIS PARTIBVS CONgruunt, frequentiſſimus uſus. id quod hic iam incipere uidetur, niſi quædam deficiant. nam Græcus Codex expreſſa ea uerba non habet, ſicut tamen initio Libri præmiſerat, & Interpres Latinus ita imitatus eſt. Eadem ratione & exemplo, quod hic dicimus, etiam Titulo Tertio, Caput Secundū, Quæ



Quæ ſunt ante generationem, & poſt generationem, incipere uidetur. ſic Titulo Decimoquarto, Caput Tertium, Hominum membra, & partes. ſic titulo Viceſimo, Caput Quartum, Partes hominis externę, internæq́;. Nos Græci Exemplaris, & Interpretis fiducia freti, ad Caput tamen uſq́; Quintum nunc fruſtrati ſumus, quod æquus Lector intelliget, & iudicabit.

DE CARTILAGINE, ET OSSIBVS. I

PORro corpus conſtat, oſsibus, cartilagine, medullis, carnibus, adipibus, cute, neruis, arterijs, uenis, pelliculis, meningis. Et oſſa quidem, ſunt ſuſtentacula corporis, ſolida, inſenſibilia, ſanguine carentia, & motus miniſtri. Nomina autem ab his ſunt, oſſeus, oſsibus carens, oſsibus plenus. & ὀσινος, quod magis Atticum eſt. Noui uero Comici, Oſsium thecam, Oſsiumq́; dolorē dicunt. Sed cartilago ex neruis compoſita, & oſsibus, horumq́; utrique ex parte ſimilis, maxime tamen oſsium effectus eſſe uidetur.

DE CARNIBVS. II

CArnes uero ſunt, * conſtrictio, molle & pingue illud oſsibus iniectum pulchritudinis uelaminisq́; gratia. Vnde nominantur, carnoſus, carnoſitas, obeſus, carnis copia, & quæ his ſimilia ſunt. Ariſtophanes autem dixit, Vt non alium Virū carneum: Eupolis uero, Carnea mulier: Herodotus etiā, Carnem findere dixit pro eo, quod eſt carnem cute ſpoliare.

* conſtrictio mollis, pinguis, iniecta oſsibus.

DE ADIPE. III

ADeps inſuper colore albus eſt, et carni adhæret, uc caturq́; abdomen. maxima uero, circa membranulas conſiſtit. ab hoc dices, pinguis, & præpinguis.

DE NERVIS. IIII

NEruus, eſt uinculum oſsium remiſſum, & extenſum. à quo et chordæ nomen ſortiuntur. præcipuè uero membrorum inflexiones, & extenſiones, & articulorum incuruationes adminiſtrant. Vnde & robuſtum eſſe, neruos habere dicunt. Et pecu-

nias, Negociorũ neruos Demoſthenes uocat · ut, Eneruati, ac ſpoliati pecunijs, & Commilitonibus. Theopompus uero Comicus, Eneruem dixit. ſpiritu ſeu neruis carens, imbellis, & remiſſus.

V

## DE MEDVLLIS.

Medulla, eſt oſsium complementũ, album et ſubrufum, meningis uelatum. Meningæ uero, ex neruis pelliculiſq; complicatæ, cerebri, cerebelli, & uertebrarum medullam continent.

VI

## DE ARTERIIS.

Arteriæ uero, ſunt meatus ſpiritus · ſicut uenæ, ſanguinis. A cute autem uocabula ſumuntur, pellis cuticula, iugulũ, & colla, ſic dicta, quod ab ea parte animalia excoriari primo conſueuerunt. Cuti uero et hæc conueniunt, collare, monile, torques, iuga. Sed cõmunia à corpore nomina ſunt, corpulẽtus, corpori deditus, corporis cura, corpulẽtia, obeſus, mancipia, corpora domeſtica, corporis exercitatio, corpore exercitatus, corporis cuſtodes, corporeũ. Σωμάτιον, Hiſtrionũ apparatus dicitur. Senſus præterea ſunt quinque, non uno in loco · Sed ſapor, per nares diſcutitur · Viſus uero, per oculos conſideratur · Auditus porro, circa aures diſcernitur · Guſtus autem, per linguã concipitur · Tactus uero, in toto ſe exercet corpore. ex his uero, ſenſatum, ſenſibile, inſenſibile, inſenſibilis, inſenſibiliter. Plato uero ſenſibilem, Αἰσθητὸν nominauit. diſciplinæ ſenſibiles. Ipſum uero opus, ſentire. Contrariũ autem ſenſui nomen, eſt inſenſibilitas.

LIBRI SECVNDI FINIS.



# IVLII POLLVCIS LIBER TERTIVS.

## IVLIVS POLLVX, COMMODO CAESARI S.

Dictiones quibus Græcæ linguæ celeberrimi utuntur, eas ab ipſis accipio. Si quidẽ plures fuerint hi, qui utuntur, nullo Authoris teſtimonio ea probanda eſſe duxi · paucioribus uero exiſtentibus, unum linguæ potiſſimum delegi · Quemadmodũ in iuditijs, unus fide dignus pro multis teſtibus ſufficiens eſt.

CAPITA LIBRI TERTII.

Generis, & cognationis nomina. Cap. I
De Parentibus. Cap. II
De matrimonio, & Liberorum quæ in hoc eſt, procreatione & educatione. Cap. III
De Ciuibus, peregrinis, aut incolis. Cap. IIII
Quæ de Amicis, incognitis, aut inimicis dicuntur. Cap. V
De patriæ amatore, uel oſore. Cap. VI
Vocabula amatoria. Cap. VII
Quæ à Dominis, * ſeruis, * deriuantur uocabula. Cap. VIII &
De Numularijs, * eorumq; conſortibus. Cap. IX & ab ipſis
De pecunia probata ſeu adulterina, auro, & argento. Cap. X & quæ
De metallis. Cap. XI cum ipſis
Vocabula ſignificantia multum Cap. XII
De manſione in loco. Cap. XIII
De proficiſcendo. Cap. XIIII
Ferre, uel ferri. Cap. XV

De uia

De uia, loco peruio & inuio. Cap. XVI
De lætitia, mœrore, & quæ ab his deriuantur. Cap. XVII
De fœlicitate. Cap. XVIII
De ſepultura. Cap. XIX
De magnis fluminibus, & paruis. Cap. XX
De eo quod eſt ægrotare, & ſanum eſſe, & de his quæ hinc deriuantur. Cap. XXI
De eo quod eſt diteſcere, & pauperem eſſe Cap. XXII
Quibus nominibus auarum nominare debeas, & liberalem. Cap. XXIII
De induſtrio, & pigro. Cap. XXIIII
De uendendo, & emendo. Cap. XXV
De eo quod eſt congregare, & contrà Cap. XXVI
De intolerabili, & tolerando. Cap. XXVII
De periculoſo, & obnoxio periculis. Cap. XXVIII
De accuſando, & incuſando. Cap. XXIX
De eo quod eſt certaminibus præeſſe, & certaminum proponere brauia. Cap. XXX.



* I

COnſequens nunc erit, poſt hominis expoſitionem & genus, & affinitatē diuidere, quibus ſcilicet utrunq; horū nominibus appelletur· Sic etenim * audies omnes eos, qui nobis familiaritate iuncti ſunt, Affines uocari. Imò & Iupiter quidam, apud Euripidem Affinis dicitur, qui affinitatis iura intuetur. Diſcernere autem ipſos oportet, ut qui de noſtro ſunt genere, nominemus noſtri generis, aut ſanguinis eſſe, in genere, in ſanguine, familiares, neceſſarios, Deorum gentilitiorum conſortes, & eorundem Penatum participes.

DE GENERE, ET COGNATIONE NOMINA. audias.

DE GENERE, ET AFFINITATE. II

GEnus uero eſſe dicitur, quod natura, non quod legitime contractū eſt· ut ſunt Parentes, Filij, Fratres· et hi qui ante hos, & ex his ſunt, de quibus generatio conſtituitur. Iſæus uero et Proſapiam, pro genere dixit· ut Ex Anaxionis, & Polycrati exiſtentem proſapia: Affinitas uero eſt, quæ non natura, ſed legitime contracta eſt· ut ſunt Generi, Soceri· & quotquot familiaritate nobis ex pacto aliquo, non neceſſitate iuncti ſunt. Genus etenim nobis cum ipſa generatione conſiſtit, nec terminū, quo finitur, habet. Affinitas uero tempore initium ſumit, & legitime finitur. Sicuti etenim lege matrimonium contrahitur, ſic etiam dirimitur. Semelq; matrimonio dirempto, nomina quoq; per matrimoniū orta, ſimul euaneſcunt. Hæc uero manifeſtè diuiſit Homerus, Num tibi Affinis aliquis ante Ilium cecidit Fortis exiſtens, aut Gener, aut Socer, qui in primis Cura digni ſunt poſt ſanguinem, genusq; noſtrorum: hos uero Herodotus, προσκηδέας uocat. Prius itaq; hoc modo de genere, poſtea de affinitate dicendum.

CAPVT II, DE PARENTIBVS. I

COmmuniter itaque dicendum, Parentes, Genitores, Generantes, Procreatores· ſeminatores noſtri, effectores, parientes nos, ad lucem producentes. Nutritores, Patres. hoc etenim non modo

de Genitore noſtro, ſed de Maioribus quoq; dicitur. Singulis uero conueniũt, Pater, Genitor, Procreator, q nos ſeminauit, qui procreauit, qui genuit, qui ſeuit, qui fecit. & alia, quæ his dictis ſimilia ſunt. Et iuxta Platonem, Γεννήτωρ. quem idem, etiã Γεννητὴν uocat: ut, Genitoris deprædatus animam. Attici ſiquidem Gentilities uocauerũt, eiuſdem generis participes. Genera uero, etiam familiæ nominantur. Dices etiam, Nutritus, Alumnus, Nutritor, Enutritor in lucem producens, Solem exhibens. & ſic multa alia, oratione tota, ſed non uno nomine comprehendere licebit. Quæ uero ab his peruenit poſſeſſio, paterna, & patrimonium. Maio-
Et rumq; poſſeſſio, paternaq; dicitur hæreditas. * ſacra paterna, patria, & gentilitia. Patriſſare uero Attici dixerunt, aliquid paternis moribus ſimile facere. Et corona patria, quæ ex oliuæ germine eſt, dicitur. Et paterno aliquem compellare nomine, dicunt. Similiter & Mater uocatur, quæ peperit, quæ enixa eſt, quæ genuit, & procreauit. Quæ mammillã exhibuit, ut Sophocles: quæ lactauit. & alia omnia, quæ de Patre dicta, ad Fœminã transferri poſſunt. Eodemq; modo, poſſeſſio Materna, et alia quæ à Patribus dictis ſimilia dicũtur. Athenis etiam Maternum dicebatur, Phrygiæ Deæ ſacrum Feſtumq; hoc celebrare, μητριάζειν uocabatur, aut ad hoc ſacrum celebrandum congregare. Sacrorum autem Initiator, μητραγύρτης nominatus eſt.

## II DE LIBERIS.

PVeri uero ex his progeniti, Liberi, plantæ, genita, & procreata pignora, Poſteri, Succeſſores, Hæredes, Manuductores, morborum noſtrorũ curatores, Senum altores, Nutritores, Sepultores, firmamẽta domus aut uitæ, Adiutores, Neceſſarij, Auxiliatores, Concertatores, Propugnatores, Commilitones, et his ſimilia. hæc uero communia ſunt Liberis Maſculis, & Fœminis. Propria uero, de Maſculis quidem, Filij, Nati: de Fœmellis uero, Filiæ. Qui autem in Parentes peccant, Parricida, et Matricida, de utriſque, tam Filia quàm Filio dicitur. Iſæus etiam, Parentum percuſſores uocat. Plato uero, Patris, aut Matris occiſorem. Sophocles etiam,



etiam, Patris interemptorem: Patricæſor autem, & Matricæſor, Poëtica ſunt. Ex horum etiam ordine ſit, Puerorum procreatio, Liberorum generatio, educatio, Liberos gignere, Liberos ſuſcipere. orbus, prolem habens, Liberis carens, Liberorum amator, Liberorum ſtudioſus, Liberorum oſor, Puerorum neglector, Liberorum amor & odium. Et apud Cratinum, Multos habens Liberos: bonos habens Liberos, fœlix Liberorum Genitor. fœlix Liberorum procreatio, orbitas, Liberorum copia, dexteritas in procreandis Filijs. Plato uero Filiorum generationẽ, παιδογονίαν, et παιδουργίαν uocauit: ſed in Legibus, Mulieres dixit procreandis Liberis emeritas: Orbum etiam, Iſæus Ἀγεννῆ nominauit. Sed Mulier non pariens, ſterilis uocatur. Orba enim, & partus expers, communia ſunt. & tam eius quæ nondum peperit, quàm illius quæ parere non poteſt. quam Poëtæ frequenter, Ἀνειλύθειαν nominãt. Porrò Plato Virginem, tanquam nondum pariendi dolores perpeſſam, Ἄλοχον uocat. Homerus autem, & Bouem ſterilem dixit. Et hæc inter ſe conuertuntur, quemadmodum cum Liberis Patres, & Matres: ſic Liberi cum Genitoribus.

## DE MAIORIBVS, ET POSTERIS. III

PAtris præterea, aut Matris Pater, Auus uocatur: & cum appoſitione, Auus ex Patre uel Matre: aut Auus ex Viris, uel Auus ex Mulieribus. Vnde & παππάζειν, id eſt Infantum more Auũ inuocare, apud Poëtas dicitur. Licet etiam uſurpare, Matripater, Propater, & Patripater. quamuis hæc dictionis cõpoſitio Poëtis uſitatior ſit. Et melius ſolutis dictionibus dicitur, Patris Pater, aut Matris Pater. quẽ Euripides, Auũ Maternũ uocat. Poëtis uero, et νέννος dicitur. Patris porro, aut Matris Mater, Auia eſt. quam etiam Mammim, & Mammam uocare licet. Pindarus etiam, Matris Mater dixit dictione compoſita. Conuertentibus uero, Filij Filius, Nepos ab Auo, Auiaq; uocatur. Filij autẽ Filia, Neptis. Filiæ autẽ Filius, θυγατριδοῦς: quemadmodum Filiæ Filia, θυγατριδῆ uocatur. Sed Aui, aut Auiæ Pater, Proauus eſt: quem etiam Tertium Patrem uocare licet, ſecundum Ariſtotelem: Phædon uero in Zo-

pyro, Amentiam Proauã uocat. Aui etiam, aut Auiæ Mater, Proauia· cæterum horum Parentes, Abauus & Abauia dicuntur. horum conuerſiua nomina ſunt, Filius, ſeu Nepos. huc uſque ſecundum nominum expoſitionem aſcendendo, & deſcendendo, genus procedit. ϖαππεπίπαππος enim, ego nõ admitto, etiamſi nõnulli Aui Auum ſic uocauerunt. eſt enim ualde ſordidum nomen· quãuis Philonides Comicus hoc uſus ſit hoc modo, Nunc uero Saturni & Tithoni παππεπίπαππος nominatus eſt. Nomina uero ultra hos ſunt, Maiores, Duces generis, ſeu Principes, Patres ſuperiores, & quod ualidius eſt, generis radices, fontes proſapiæ. hi uero iam Propatores uocantur. nonnulli autem hos, generis incœptores, et πάτρωνας nominãt. Porro qui ab his deſcendũt, Poſteri dicuntur. Ὑνις enim et κίλωρ, ualde Poëtica ſunt· ſed multo magis etiã Ἀμνάμονον. Filius uero dilectus uocatur, qui ſolus & unicus eſt Parentibus· quemadmodum & Filia dilecta, & unigenita, apud Heſiodum uocatur. τηλύγετος uero apud Poëtas, aut dilectus, aut ſerò natus· nonnunquam & in ſenectute natus uocatur. Sic etiam in ſenectute nata Filia dicitur· quod eo magis dicendum eſt, quod & Homeri probatur teſtimonio. ſic etenim unigenitum, ipſe τηλύγετον uocat· ut cum dicit, Ambo erant τηλυγέτω, id eſt unici, et in ſenectute nati· et, Qui mihi Vnigenitus nutritur multo cum gaudio. Porro nonnulli hunc τηθαλλαδοῦν ſic uocari putãt, cum proprie is ſit, qui ab Auia nutritus eſt· & ob hoc mollior exiſtens, & ab Auia educatus. Sed παρθενίας dicitur, quem aliquis è Fœmina, quam Virginem eſſe putabat, legitime cohabitans genuit. Spurius autem, quem quis latens genuit, aut aliqua clam peperit. Eubulus uero Comicus clancularios deridens fœtus, Virginis reuelationem uocauit. Legitimus porro eſt, qui ex Fœmina proba, & nupta natus eſt. qui etiam legitime natus dicitur. Nothus uero, ex pergrina, aut pellice natus. Aſciticius autem, & adoptatus, quem quis non genitũ à ſe, ſed aſcitũ bonis ſuis hæredem conſtituit. Sicut & Ἐκποιητὸς dicitur, qui in alterius familiæ genus dimiſſus eſt. Nothum uero nonnulli, μητρόξενον uocant. Sed Ariſtophanes





nes, Illegitimas opes uocauit, quæ illegitimis dantur.

## DE AVVNCVLIS, CONSOBRInis, Fratribus, & huiuſmodi. IIII

PRæterea Patris Frater, Patruus· Matris uero, Auunculus dicitur. Patris autẽ Soror, Amita· Matris porro ſoror Matertera. Fratris uel Sororis Filius, Conſobrinus· ipſorum uero Filia, Conſobrina. Fratres uero qui eodem Patre ſunt geniti, Compatres, et Paterni· qui autem eadem Matre nati ſunt, Materni, eodem lacte nutriti, Vterini, Cognatiq; uocantur. Sic etiam Gemellos nominauerunt, ſicut & ὁμόπαιδας. Plato uero, & Geminationem dixit. Conſanguinei autem, Vulgare eſt· Sicut & ὁμαίμων, id eſt Eiuſdem ſanguinis exiſtens, Poëticum eſt. Qui uero eodem Patre, ſed Matre diuerſa nati ſunt, Ἀμφιμήτορες· ſed qui una Matre, Patre uero diuerſo geniti ſunt, Ἀμφιπάτορες uocantur. licet hoc nomen non inuenerim, ſed hoc ex illo dijudico. Nonnulli porro eos qui utroq; Parente Fratres ſunt, Germanos appellari opinantur. Frater uero Senior, à Iuniore θεῖος nominatur. Aliquem autem Fratrem appellare, Ἀδελφίζειν Iſocrates uocat. Et concupiſcentias fraternas nominabis. Callias uero, Neptim eiuſdẽ ſinus dixit. Herodotus autem, & Fratricidam nominat. Sed Fratrem nullum habentẽ, Ἀνάδελφον Xenophon uocat. Duo porrò ſimul nati, Gemelli nominantur. Si autem quidam ex diuerſis fuerint Matribus, ſecundus priori Poſterus dicetur. Cui uero uterq; Parentum ſuperſtes fuerit, Ἀμφιθαλὴς, quaſi utrinq; florens uocatur. Filijs autẽ carens, Orbus, uel Ἄτεκνος· quemadmodum Matrem nõ habens, Ἀμήτωρ dicitur, ut Minerua. Ἀπάτωρ uero, qui Patrem non habet, ut Vulcanus. ſic etiam appellantur, qui Parentes amiſere· quos alio nomine, Orphanos uocamus. Præterea Mulier, quæ à Viro ducitur, Filio alio ex priore Vxore antea nato, Nouerca dicitur. qui uero ante hoc matrimoniũ ex priore natus eſt, Priuignus· Quemadmodum ſi & Mulier aliqua nubat, habens Filium Filiam'ue ex priore Marito, huic ſcilicet Viro ſecundo Priuignus dicetur, & Filius, et Filia· ſicut et hic Vir, illis Vitricus nominatur.

hoc enim nomen melius eſt, quàm πατρῷον· licet hoc Cercidas uſus ſit. hunc autẽ Hyperides lenocinij incuſans, Patroclei Vitricum uocat· idem & Theopompus Comicus in* Erene. Nomẽ uero Proſtitutor, etiam apud Dinarchum eſt. Priuigna uero, apud Strattidem etiam in fœminino genere dicitur. Et apud Hyperidem, Proſtituit ſuam ipſius priuignam: Rurſum et Fratrum Liberi, Conſobrini dicuntur· ſiue ex Fratribus eodem Patre progenitis, uel Vterinis fuerint, aut ex Fratre uel Sorore· ſiue ex duobus Fratribus, ſeu Sororibus binis. ſic etiam Fœminæ, Conſobrinæ dicuntur. Αὐτανέψιοι autẽ, nihil plus quàm Conſobrinos ipſos ſignificant. Demoſthenes etiã, et Solon, Cõſobrinitas, * ſi modo ſic Latine loqui licet, dixerũt. Qui autẽ ex Conſobrinis nati fuerint, Ἀνεψιάδαι ſibi mutuò dicuntur· ſiue ex Maſculis ſeu Fœminis fuerint, ſeu ex Mare & Fœmina. nihil enim refert, quo minus hoc cõpellentur nomine. et hic quidem, Conſobrini Filius· illa uero, Conſobrini Filia. Si uero duæ fuerint Fœminæ, utræq; Conſobrinorum, Filiæ dicentur. Qui uero ex Conſobrinorũ Liberis nati fuerint, Ἐξανέψιοι, & Ἐξανέψιαι ſibi mutuò eſſe dicentur· ſic etenim Menander nominauit, non admodum uſitato uſus nomine. quo non ſemper utendum erit, utpote non admodum Græci ſermonis caſtimoniæ ſimili. de ijs uero quæ nominata non ſunt, hoc eſſe credendũ eſt· Quorumcunque enim generum, rerum, aut poſſeſſionum nomina apud alios non extant, hæc ab illo tranſumere libeat. Verum hæc ſunt de generis cognatione nomina.

Pace

I CAPVT TERTIVM, DE MATRIMONIO, ET QVAE circa hoc.

EX affinitate uero cõmunia ſunt, Domeſticus, Coætaneus, Cognatus, etiam ſi de Muliere dicatur. Συγγενὶς enim, quod Cognatam ſignificat, ſummè Barbarum eſt. Affines uero inuicem ſunt, qui affinitatem coniunxerunt· & ſecundum Poëtas, Ἐπηοὶ dicũtur· et Coaffines, iuxta Herodotum: Et affinitas, apud Thucydidem Connubium uocatur· & Κηδεία, iuxta Demoſthenem· Sed Plato, Κηδεύματα appellat.



II DE PRONVBA.

PRonubæ porro ſunt, quæ matrimonium copulant· Siculi uero has, Προμνηστρίας uocant. Attici autem pronubam, etiam Μνήστριαν appellant. Generi dicuntur omnes, qui ex Sponſi ſunt familia· utpote Pater, & Mater· & alij omnes qui in hoc ordine ſunt, ex Mariti genere. Soceri autẽ ſunt, *Sponſæ Cognati. licet Poëtæ uſum transmutãtes, hæc nomina cõfundant· Sappho uero etiam ipſum Virum, Generum uocat. Nupta uero ipſa, Sponſa uocatur· ſed Sponſi Parentibus, & Nurus dicitur. hi uero Sponſæ Socer, Socrusq; dicuntur. Mariti Soror, huius Vxori, Glos· Mariti uero Frater, Leuir dicitur. Quæ uero duobus ſunt nuptæ Fratribus, Synnymphi. Qui uero Sorores ducũt, inter ſe Generi uocantur, aut Cogeneri, aut Coaffines· Poëtis uero Eliones nominãtur.

Nuptæ conuenientes

III DE HAEREDITATIS POSSESſione.

POrro Filia unica, ad omnium bonorum hæreditatem educata, Hæreditaria· ſiue ſuperſtes ſit Pater, ſeu mortuus. nonnulli etiam eam, Πατροῦχον, id eſt patrimonij Hæredem unicam, appellant. Iſæus uero, ſicut & Solon, Ἐπικληρεῖτιν uocauerunt· qui autem hanc ducit generis neceſſitate, Propinquus. Virgo præterea hæreditaria, etiam Controuerſa nominatur· de qua mutua controuerſia eſt, quis nam propinquitatis ſeu cognationis iure hanc ducat. Omni uero cõtrouerſia carere dicitur, de qua nihil ambigunt. Sed quæ nullum habet patrimonium, indotata uocatur· quam proximus eius elocat, ſi ipſe aliam duxerit, aut ipſe ducit.

IIII DE SPONSATIONE NVPTIArum, & quæ ad ipſas.

VIr præterea priuſquam ducat, Procus, et Procans. Ipſum uero opus, ambitus Virginis, procare. Ipſa uero Virgo, Sponſa dicitur· ut Homerus, Duxit Vxorem Sponſam. hanc etiam deſponſatam uocare licet· ipſum opus, deſponſionem· & uerbum, deſpondere,

ſpondere, uel promittere. Lycurgus uero, pro deſpondere, & De-
ſponſare dixit· ipſumq; matrimoniū, Deſponſationem. ut contra-
rium huius, Repulſam uocauit· Socer autem deſpondet, copulat·
Vnde plurimi Copulatorem, Procum uocauerunt. Ipſa uero res, ap
pellatur, deſponſio, & deſpondet, & deſponſata. Quæ uero non-
dum deſponſata eſt, Innupta dicitur. Sed ad deſponſionem con-
ferre aliquid, συνεκδοῦναι uocatur. Poſt matrimonium autem con
tractū, hic quidem Virgini Sponſus, illa uero huic Sponſa. & hæc
quidem cum dote, dotata· paupercula uero, indotata nominatur.
Dotem uero & φερνὴν uocabis hoc, quod cum Sponſa datur. Ae-
ſchines etenim Rhetor dotem, φερνὴν appellauit. unde dicis affer-
re dotem, & dare dotem. Quæ porrò ad dotis certitudinem pigno
ra dantur, arrabones ſunt. Munera autem à Sponſo data, ſponſalia
1 dicuntur, * ὀπτήρια, & ἀνακαλυπτήρια. non enim dies ſolum,
uiſoria, & qua Sponſa prodit, & retegitur, ſic uocatur· uerùm & munera, à
reuelatoria Sponſo huic collata. quæ etiam προσφθεγκτήρια. Et Virginitatis
munera, quæ pro uirginitate amiſſa dantur, Agias Comicus dixit.
Virginem porro nulla recipientē ſponſalia, Ἀνάεδνον appellabis,
ſecundum Homerum: Matrimonij uero locus, thalamus eſt· quem-
admodum ubi habitat Virgo, Παρθενών. & ipſum opus, uirginita-
tem cuſtodire dicitur. Amiculū uero Sponſæ, peplus, ſeu flameum
ſponſale. Sed uelum lectum ambiens, cortina. Sed Carmen nu-
ptiale, Hymen, & Hymenæus· Vnde à Poëtis Hymenæi expers,
Innupta dicitur. Et ὑμνῆσαι, id eſt Hymenæum canere. & cantus
ad tibiam nuptialis. Piſtillum uero ante thalamum alligabant, ſicut
& famula cribrum ferebat, ſigna nimirum induſtriæ ad opera. Ipſa
uero res, & feſtum, nuptiæ uocantur. Sacrificia autem ante nu-
ptias facta, primordia uocantur, & antenuptialia. ſic etiam mu-
nera, ante nuptias data nuncupantur. Initiari uero non modo Spon
2 ſæ, ſed et Sponſi dicebantur. Tum etiam matrimonium, * τέλος
appellabatur· et Initiati, qui matrimonium inierant. unde etiam ipſa
copulatio, Ἡρατέλεια uocatur, à Iunone. hanc enim in primis illis
ſacrificijs Virgines placabant, Dianam quoque, & Parcas· comæ
uero



uero primitias tunc Deabus Virgines ferebant. Sed ea quæ Virgo
nupſit, πρωτόποσις uocatur. quod nomē in Imperatoris Legibus
ſcriptum eſt. quam & Theopompus Comicus, Προτόπειρον no-
minauit. Sed προαύλια, dicitur dies nuptias præcedens· dies au-
tem poſt nuptias, repotia. Et ἐπαύλια, dies in qua Sponſus in
Soceri ædibus cum Sponſa concumbit. nonnulli uero etiam mune
ra Sponſæ data, hoc nomine uocāt. Ἀπαυλιστηρία uero ueſtis eſt,
quæ Sponſo à noua Sponſa eo die dono mittitur. Quem porro a-
lij Paranymphum uocant, etiam Pronubus nominatur, & Paro-
chus. Sed rheda plerunque tranſuehebantur, Sponſæ· Quæ au-
tem pedes tranſibat, Humipes uocabatur. Cum autem παροχήσωμαι dicunt, ſe Paranymphum futurum eſſe promittūt. Sed qui
Sponſam è Patris ædibus deducit, Sponſæ ductor dicitur. cum ſci-
licet Sponſus ipſe non tranſit. Bigamos autem, non tranſire ſolen-
ne eſt. Mulier uero, ea quæ ad nuptias pertinent gubernans, nu-
ptiarum, & thalami Adminiſtratrix dicitur. Pronuba autem, &
Προμνήστρια dicitur. Quæ uero bellaria pinſit, & ea quæ ad ſa-
crificia ſpectant, adminiſtrat, Δημιουργὸς uocatur. Omnium au-
tem eorum, quæ epulas attinent, procurator, Sructor· Sponſam ue
ro nutriens, Nutrix dicitur. Et quæ lac præbet, Lactans, uel
Μαῖα. Quidam etiā ex Sponſi Amicis, Ianitor dicitur· qui ianuæ
aſtans, Mulieres Sponſam clamantem iuuare prohibet. Nuptiarum
uero ſacrificia in tribubus, nuptialia appellantur· ipſumq; opus,
nuptialia celebrare. Sed uirginitatē auferre, deuirginare dicunt·
ut Ariſtophanes, Hic me ſeptem annos natā deuirginauit· * Sed ui Et
tium offert Virgini, dixit Herodotus· et, Deuirginata: Et Virginita
tem imminuit, & uirginitate ſpoliatū· prius quidem illud Diocles,
hoc autem poſterius Alexis, Comici dixerunt. Ariſtophanes in
Glauco, Veſte tectus lacera deuirginaui: Dicuntur etiam quædam
faces nuptiales, corona, & ſtola. Et quædam Mulier lauacra fe-
rens, Aquigerula· Athenis quidem ex Callirrhoe fonte, poſtea ex
eo quem Enneacrunon uocant· alibi uero, undecunque libuerit. uo-
cantur autem hæc, lauacra ſponſalia. Quidam uero lectus, nu-
s ptialis·

ptialis: alius uero, abſconditus uocatur. qui & ipſe in domo ſternitur, ne Puella animum deſpondeat, ut Hyperides inquit. Homerus autem non modo rem ipſam, ſed et conuiuium, nuptias uocat: magnificum, & nuptiale conuiuium, quoniam publica collatio non eſt. Matrimoniū porro & coniugatio, Viri & Mulieris congreſſus, cohabitatio, copulatio, communicatioq́; in Liberorum generationem dicitur. Maritus uero uocatur, qui duxit, uel Vir, Sponſus, cohabitans, ad nuptias perductus: Sponſa uero, Vxor, Mulier, cohabitans, Nupta, et his ſimilia. Et ducere, de Viro: nubere uero, de Muliere dicitur, non γαμηθῆναι. Qui uero ducere cupit, Sponſus futurus uocatur à nonnullis, ut & à Phrynicho Comico: Quemadmodum et Nuptura, futura Sponſa dicitur. Melius uero hoc eſt, quod Sophocles Μελλόγαμον uocauit. quam etiam Ταλίδα nominat, loquens de Hæmone ſic: Dolens ſanè de nuptura Virgine, uenit Antigones ad famulum fraudulentia, de concubitu ualde triſtis: Virum uero, Μελλόποσιν uocauit.

V DE INNVPTIS.

COelibes porro, uocant Innuptos. Sponſaliū uero, & matrimonij contemptorem, appellabis Puerorum Amatorem, & muliebre horrentem commercium. quem etiam, Mulierum oſorem dices: ſicut contrariū huic, Mulierum Amatorem nominamus. Huius etiā ordinis erit, iungere matrimoniū, affinitatē cōtrahere: et, Vxorem repudiare: et ipſa res, repudicum, repulſa, et repudij iudiciū, affligere: afflictionis pœna, dotis, ſeu tritici. cōtrà uero repulſa, & iudicium de Viri repudio. Porro Mulier à Viro ſola relicta, Vidua dicitur: ſicut et à Muliere relictus, Viduus eſt: Vnde Χηρωσταὶ dicuntur, qui generi deſerto in hæreditate ſuccedunt. His etiam congruit, innuptus, nuper Nuptus, multa matrimonia cōtrahens, Muliere carēs, Mulierū Amator, Cœlebs, et his ſimilia. Nōnulli uero Nouorū Comicorū innuptū, Ἀγάμητον uocauerunt. Ariſtophanes porro Cœlibem, Ἄγυνον: Phrynichus uero, Tantus Senex, ſine prole, et Vxore carēs: Sed nouū Maritū Amipſias, Νεογύνω nominauit: Virorū Amatrix, Viros odiēs, à multis Virginibus



ginibus petitus, multas Sponſas habens, à multis petita Procis. Ἄγαμος uero, Νεόγαμος, et Πολύγαμος, cōmunia ſunt etiā cū Mulieribus. Fuerunt autē cœlibatus actiones multis in locis. Serotini uero, aut mali matrimonij iudicium, fuit apud Lacedæmonios.

DE IMPRAEGNATIONE. VI

CVm uero nuptias, Liberorum procreatio, & educatio ſequatur: Propria huic fuerint, imprægnare, tumefacere uterum, impleri, uterum ferre, concipere, partus dolores pati, parere, abortum facere, Lucinæ uota facere, puerperium uocare. Non parientem autem, ſterilem uocabis: Generatione, & Liberis carentem, iuxta Herodotū: Plato hanc, etiam Ἄλοχον uocauit. Anacreon autem, διτόκον uocauit, quæ bis peperit. Dices præterea, nutrire, enutrire, lactare, lactantē, lac copioſum almū, abundans. Lactem uero non habere, nōnulli lactis carentiā uocarunt. Lacte nutrire, mammillam præbere, mammā adhibere, lactare, ſugere. Lactantem uero Nutricem, Eupolis θηλάστριαν nominauit. Nutrix lactans, Nutritor. quibus hi qui nutriti ſunt, Alumni dicebantur.

CAPVT QVARTVM, DE CIVIBVS, PEREGRINIS, ET QVAE AD hos pertinent. I

HAec uero ſequitur, Ciuis. Conciuis autem non celebre eſt, licet Euripides in Heraclidis, & Theſeo hoc uſus ſit. Melius uero eſt, urbanus, Patrius, Indigena, noſtras, eiuſdem Gentis, incola. Ἐνδάπιος enim, quod Indigenā ſignificat, Poëticum eſt. Hæc uerò αὐθιγενὴς, ἐπιγενὴς, & ἰθαγενὴς, ſordida ſunt. Tum uero meliora ſunt, Conterraneus, Domeſticus, Contribulis, popularis: Tribulis, qui eandem nobiſcum tribum habet, & nobiſcum publicis fungitur officijs. Et Dij Tribules, et amicitiæ Præſides: Sacrum autem, in quo conueniunt, tribunitium uocatur: Ipſa uero congregatio, tribus. & hi ſinguli, tribules. Atque ouis ſeu capra, tribulis, quæ in tribubus immolabatur. Tum etiam φράτορες dicebantur. Tribus porro erant duodecim,

& in ſingulis triginta genera, ſeu familiæ. quarum ſingulæ triginta conſtabant Viris, qui omnes eodem lacte nutriti, & iiſdem initiati ſacris uocabantur. Vini uero in Pueros, in tribus inductos largitio,

3 *οἰνιστήρια appellabatur. ſacrificium, autem pro illis oblatum, μεῖον & μειαγωγεῖν, eſt ſacrificium hoc inducere. ſed

Vinitoria

ita uocatum eſt uel quod de hoc cauillabantur, ut minime neceſſario uel quod prohibitum erat inducere, ne certarent, neque in litem inciderent uel tumultum. quoniam hi quidem nihilominus contendebant, illi uero inclamabant Μεῖον, non tamen ipſis legis modum excedentibus. Dices etiam, eiuſdem portionis exiſtentes, et participes. hos uero Portionum Principes, et compoſita uoce Συμμοριάρχας, Hyperides uocauit ſicut et tribuum, Tribuni dicuntur. Qui uero mecum in eodem habitat Populo, eiuſdem linguæ, eorundem morum, earundem legum, & eiuſdem conſuetudinis eſſe dicitur. Barbari uero ſe mutuò non Ciues, ſed Patrios uocãt. Sed Archippus, et Cõpatrios dixit. Plato autẽ in Legibus etiã de Græcis loquens, Patrios uocauit. Contrarium autẽ eſt, peregrinus, alienus, alienigena, alterius Populi exiſtens, aliena Gente progenitus, aduena, extraneus, alieni Populi Ciuis, aliena lingua utens. Externus uero, magis Poëticum eſt hoc tamen Plato uſus eſt. Inquilinus, qui inquilini tributum ſoluit. quod erat drachmarum duodecim, ærario & trium obulorũ, Scribæ. Inquilinos porro, Scaphigerulos & Mulieres eorum, Aquigerulas uocabant. utroſq; ſcilicet, ab officio nominantes. Dices etiam, aliunde adueniens, peregrinans. Et ſi quis nõ Ciuis exiſtens, tamẽ Ciuis eſſe putetur, ſubdolè inſcriptus, et aſciticius uocabitur. talem uero Noui Comici, Adulterinum uocauerunt &, Subdole Ciuem effectum: Veteres, Suffuſum ſicut & Subdole in Ciuium album ingreſſum dicunt & ut Ἀποφύλιον, tribum non habentem uocant. De iis uero qui tributum non ſoluebant, nec Tutore utebantur, ἀπροστασίου iudicium habebatur. nonnulli autem eorum Immunes, et idem tributum uel æquale cum Ciuibus pendentes dicebãtur quibus ſcilicet hoc decreto conſtitutum erat. Res autẽ ipſa, tributorũ æqualitas

Nã in Panathenæis ſcaphas ferebant.



litas dicebatur. Sed δημοποιηταὶ uocantur, quibuſcunque communi decreto ciuitas contingit. hoc etiam In Ciuium numerum inſcribere, Philiſtus uocat hi autẽ à Platone, & Noui Ciues nominantur. Inordinati uero dicuntur, qui inter Inquilinos ſcripti non ſunt, nec tributum ſoluunt, neq; ſcapham ferunt. Sed contra ſubdole inſcriptos, male uſurpatæ ciuitatis actio, et δωροξενίας, ſi Iudices corruperint, habetur Sed cõdemnatus, decretro repulſus, et tribu remotus dicitur. Et uerba ſunt, ſubdolè inſcribi, male uſurpatæ ciuitatis condemnari, ſubdolæ inſcriptionis reũ eſſe, à tribu remouere, decreto excõmunicare hoc uero Iſæus, etiã Ablegare uocat Huc etiã pertinet, extorris. Plato uero, Vrbem extorrem uocauit, quæ urbs amplius nõ eſt. Peſſimi autẽ ſunt, Theopompi Scriptoris Exules, Excommunicati, & Ab Athenienſibus deſciſcentes: Peregrinum uero in aliam uenire urbem, peregrinari, & hoſpitari uocauerunt Vnde ipſum diuerſorium, Hoſpitium appellarunt. Θρασυξενία autem eſt, ſi hoſpes audaciã exercuerit. Sed & Hoſpitis deceptio, apud Euripidẽ dicitur. Et Hoſpicida, Hoſpitisq; interemptor, apud Herodotum: Peregrinorum uero Dux, Ξεναγὸς dicitur. Hoſpites autẽ alere dices, ſecundum Demoſthenẽ: Et Hoſpitiũ nutritio, apud Hyperidem. Et Hoſpitio excipere, quod nõnulli Veterum pro conuiuari dixerunt. Demoſthenesq;, Voce peregrina uti dixit. Iſæus uero, Aliena uoce inquit. Et Munera hoſpitalia, Demoſthenes Xenophonq; dixerunt. Ipſum autem diuerſorium, Plato Hoſpitiũ uocat. His etiã proxima ſunt, Hoſpes publicus, hoſpitalitas, Hoſpes mutuus, peculiaris Hoſpes, hoſpitalis, ex hoſte Amicus factus, inhoſpitalis et apud Thucydidem, Hoſpes uoluntarius. Πρόξενος autem eſt, ſi quis publicam urbis legationem hoſpitio excipiat, in aliena ipſe ciuitate exiſtens, ut ipſis ibidem hoſpitium, congreſſum Populi, & ſedem in theatro procuret. Facit hoc etiam ἐθελοπρόξενος, qui publicum et proſcriptum habet hoſpitium. Hoſpes uero priuatus eſt, qui priuatim aliquo Hoſpitum, tanquã Amico utitur quemadmodum Pericles Archidamo, ei hoſpitium curans, et alia eius negocia adminiſtrans: ſimile & hic ab illo

ferens officiũ, ſi quãdo ad ipſum ueniſſet. Ἀσόξενος uero nonnullis idem, qui priuatus Hoſpes dicitur. ſecundũ alios autẽ eſt, qui genere quidẽ peregrinus ſecundũ honorẽ uero, Ciuis urbanus exiſtit. nonnullis tamẽ uidetur eſſe, qui ipſo genere Ciuis eſt opinio-

Argiua ne uero, peregrinus ſicuti Danaus Argiuis uidebatur, ab Io * Græciæ genus ducens. Δορύξενος autem eſt, qui ex belli congreſſu in alicuius cognitionem peruenit, ſeu Amicus factus eſt.

## CAPVT QVINTVM, QVECVNQVE DE AMICIS, IGNOTIS, ET Hoſtibus dicuntur.

His porro conſequentia erunt, Amicus, Socius, notus, Familiaris, Neceſſarius, in ſocietatem aſſumptus, domeſticus, cohabitãs, unanimis, coæqualis, ſimul uiuens, Cõuictor, Cõmenſalis, Confœderatus, Cõtubernalis, Coætaneus, Aequalis, et qui

& qui me utebatur mea opera utitur, & cuius ego opera utor, * Et Demoſthenes alicubi inquit, Et ſi quis alius eo utens: neque oportet addere, Amico. Ex horum quoq; numero eſt, Socij amans, Amicis abundans amicitia, ſocietas, neceſſitudo, cõmercium, familiaritas, cognitio, unanimitas, cõſuetudo mutua, cohibitatio. quæ uero ab alijs deriuantur, dura ſunt. Sed Coæuitas, Poëticũ eſt. Amicus uero, hoſti contrarius eſt. Et amabilis eſt qui Amicis uti nouit, à quibus aduerbia ſunt, amicè amatoriè. προσφιλῶς uero, Xenophon dixit et Amabiliter, Thucydides Iſocrates autẽ, amiciſſimè. ſed Amicorũ multitudinẽ, & Paucitatẽ, Antiphon et Multis Amicis ſtipatus, Hyperides & Pluribus comitatus Amicis, Lyſias: Porro cõtraria ſunt, incognitus, ignotus, inſolitus, hoſtis, commercium fugiens, diuerſus, alienus, alieno modo ſe habens, abalienatus, infeſtus, odio habens, cõtrarius, oſor, inimicus, aduerſus, diſcors, diſſentiens, ſuſpectus, inſidiatoriè, malignè, perfidè, hoſtiliter Hoſtilem uero, dixit Cratinus: Amicis carens, cõmercia horrẽs, difficilis ad amicitias, Sociorum oſor, oſor hominum, inhumanus. Et ignobilitatem, diſſuetudinem, hoſtilitatem, alienationem, diſsidium, inimicitiam, odium, inuidiam,



inuidiam, perfidiam, ſuſpicionem, inſidias, malignitatem, Sociorum odium, inhumanitatem, & hominum odium huc numerabis.

## CAPVT SEXTVM, DE PATRIAE AMATORE VEL OSORE. I

Ciuitatis Amator dices, & Populi Amicus, popularis, manſuetus, iuſtus, beneuolus in urbẽ, in ciuitatẽ promptus, honorũ ſtudioſus, magnanimus, Populi amator, magnificus in rempublicã et ingeniũ ciuitatis amans, Populi amans, populare, blandũ, æquum, beneuolum, promptum, honorum ſtudioſum, magnificum. Et Populi amor, reipublicæ ſtudium, manſuetudo, æquitas, beneuolentia, promptitudo, honoris ſtudium, magnanimitas & populariter, manſuetè, æquiter, promptè, ambitioſè, amicè in populum, magnanimiter, & beneuole. Sed contraria ſunt, ciuitatis oſor, Populi oſor, contemptor, glorioſus, arrogans, tyrannicus, imperioſus, ſordidus, difficilis, ſceleratus, innouator, nouarum rerum ſtudioſus, alienatum ab urbe animum habens, decretis publicis non acquieſcens, æquum non amans deſpuens multos, excrementa & mendicos uocando.

## DE SVMPTVS FACIENTE IN rempublicam II

Dicere etiam licet, Choragus, triremis Princeps, tribuũ Hoſpes, tribum cõuiuio excipiens, uiſcerationes diſtribuens diſtributiones dans, largitiones, collationes nõnullis Filias deſpondens, de ſubſtantia ſua tributum pendens, opes ſuas in rempublicam conſumens, uoluntarius conferens tributum, uolens, ſua ſponte pronus, ſpontaneus, ſeipſum iubens, iniuſſus, largitiones faciens, urbi uiuens, publica obiens munera, ſua in publicis muneri-us conſumens, Gymnaſiarcha, gymnaſiorum Præſes. Ipſæ uero tes, choros ducere, triremibus præeſſe, tribus conuiuio excipere, argiri, diſtribuere tributum pendere, dare publica obire munera, conſumere ſua in publicum, gymnaſijs præeſſe. Subſtantiam uero inconſumptam, dixit Iſæus.

CAPVT

## I CAPVT SEPTIMVM, DE AMANTE ET AMATO.

*AMATORIA VOCABVLA AVT, QVAE AB AMANDO NOMINA.*

DIces porro, amare, diligere, naturali amore proſe-
qui, ab aliqua uinci, circa aliquam ſtudioſum eſ-
ſe. Diuinè, detentiuè, flagranter. ardere deſide-
rio, incendi, ſuccendi, comburi, ab aliqua pende-
re, ſupplicare, ſupplicem eſſe, intendere, ab aliquo
ſuſpenſum eſſe, in aliquem deflagrare, ſuſpirare, ſeruire, ſequi,
adhærere, ad alicuius nutum pendere, temere obuiam progredi, in
uocare, deperire, amori operam dare, puerili amore detineri, Mu-
lierum deſiderio tangi, in hoc intentum eſſe, languere, dolere, uigi
lare, uulnerari, capi, adhærere alicui. et Amator. Corriualis, et Ae
mulus, ut Plato inquit. Neſcio tamen, an & concupiſcens dicatur.
diligens, ſeruiens, colens, amans, ſeruus ſpontaneus, pius, afflatus,
detentus. inſuper Amator, et laudator, pulchritudine uictus. Pie ſe
habere, ſuſpenſus, pendens, flagrans, ignitus, ardens, ſequens, co-
mes, ſupplicans, ſupplex, concidens, occurrens, rogans, Puerorum
amator· Cinædus, ut Teleclides inquit. Et Puerorum amori ope-
ram dare, dixit Plato Comicus: Et Iupiter Puerorum Amator, a-
pud Teleclidem fictus eſt. Mulierum Amator, in Mulieres depe-
riens, in Fœminas furens, languens, uigilans, curioſus, uulneratus,
arcu transfixus, captus, recumbens, adhærens. Et Mulieres Ama-
trices, uocauit Eupolis· et Virorum amantem, Ariſtophanes: Ama
tus præterea dices, et amata· *Puer adamatus, et adamata· Amaſi-
us, Amica· dilectus, & dilecta. Pulcher, perpulcher, pulcherri-
mus, amabilis, maturus, alliciens, pelliciens, florẽs, floridus, lucens,
relucens, ſplendens, ſpendidus, amabile emittens. Matura, florens,
florida, lucida, pellucida, amabile cernens, pulchra, perpulchra, pul
cherrima, amabilis. Venuſtas, maturitas, flos, floruletia, lux, ſplen-
dor, iubar, pulchritudo, amor, deſiderium, concupiſcentia, cupido,
illecebra, amor mutuus. unde redamans, & redamator· apud Eupo-
lidem uero, Redamatus: Aemulari autem, & Zelotypus, de Pueris
uenuſtis, Mulieribus, & omnibus adamatis dicitur. His etiam con-

*puerilia colens.*





uenit, amatu dignus, & à multis amatus *tam comparatiuè, quàm &
ſuperlatiue.

## I CAPVT OCTAVVM, DE DOMINIS, ET SERVIS,*.

*ET QVAE AB IPSIS DERIVATA*

DIces præterea, Dominus, dominãs, Herus, Poſſeſſor. Phry
nichus enim in Satyris Dominum, Poſſeſſorem uocauit.
emens, uendens. Et Herilis Filius, uel Alumnus· Domina, Hera, poſ
ſidens, emens, uendens, Alumna. Nequaq̃ enim δεσπότειραν,
aut δεσπότην adprobo· hoc quidem Sophoclis, illud uero Euripi-
dis: Sordidiſsimum uero, quod Noui Comici Ἀπφία dicunt· &
Ἀπφάριον, quæ ſunt nouæ Dominæ blanditiæ. Ipſa uero res, do-
minium. Et aduerbiũ, heriliter. Et uerbum, dominari, & dominium
exercere. Plato uero pro dominari, δεσπόζειν dixit. Lyſias etiam,
Domino carentes dixit· et Mancipia Heri amantia, Herodotus: ſer
uus, ſerua, Δοῦλις uero, quod Hyperides dixit, non celebre eſt. Do-
meſticus, domeſtica· famulus, famula. Domeſticorum uero multi-
tudo, familia· famulatio enim, durius eſt. Sed & Seruitus dicitur, iu
xta Thucydidem: Ipſorum autem officium, ſeruitus, ſeruile, magis
ſeruile. Seruile uero, etiam in comparatiuo gradu Xenophon· &
in ſuperlatiuo, Cratinus dixit. Et Seruituti omnino ſubditus, Xeno
phon: Et in ſeruitutẽ redigere, ſeruitute mulctare· et Seruitute mul
ctatus, apud Thucydidem: Et famulatus, δουλοσύνη enim Ioni-
cum eſt. & opus ſeruile. Ac Seruilitas, dixit Theopompus Comi-
cus· & Seruulos, Metagenes:

## DOMESTICA NOMINA. II

PLato, Miniſter, famulus, argente emptus, emptitius, uerna,
domi nutritus· quæ uero huic opponitur, cubicularia, uel do
mi genita nominatur· Conda enim, fidei concreditæ nomen eſt. Fa
mulam uero, Lyſias Puellam uocauit. ſiquidem ambiguũ eſt, nũ æta
tis, uel fortunæ nomẽ ſit· ſic enim in Libro de Callij iniuria loqui-
tur, Egrediens Puellula fores aperuit. Puerulum uero ex uernis na
tum, uernaculũ nominauerunt. Famulo autem nuper empto bellaria
quædam infundebãt, quæ καταχύσματα dicebantur. Mancipia,

Mancipatio, apud Hyperidẽ: unde mancipare, mancipatus· et Man
cipantes, apud Thucydidem: Et Seruilis, apud Platonẽ· atq; Serui-
liter, apud Xenophontem: Mancipantes, ſeruiles concupiſcentiæ·
et Mancipiorum plagis obnoxia, apud Eupolidem: Mancipiorũ uen
ditor, ſeruilia corpora argento commutata · & à lapide forenſi, à
foro uenalium, à ſpoliorum uenditoribus. Mango uero eſt, qui libe
rum in ſeruitutem ſubigit, aut alium famulum ſubiugat· et iudicium
contra talem, plagij eſt. Corpora autem non ſimpliciter dices, ſed
ſeruilia corpora. Serui uero apud Atticos, Pueri dicũtur, etiãſi ſe-
niores ſint. Λάτρις autem, et pediſſequa, nihil ad nos pertinet. Lo
ci porro ubi puniuntur ſerui, molæ, carceres, piſtrinæ, granaria,
& molendina. Qui uero cædunt, uerberatores, & flagellatores·
ſicut cæſi, maſtigia dicũtur. Flagello uero indigere, Eupolis Μαστι
γιᾶν uocauit. Flagella præterea ſunt, ex ſetis ſuillis facta, lora, ſcu
ticæ. Ipſum uero opus, flagellare, uerberare, cædere, dorſo mul-
tas infligere plagas, ferire, pulſare, incutere. Hyperides autẽ, A co
lumna ſuſpẽdere dixit. Excoriauit· Vnde μωλώπων nũc dicitur,
cutim habere tumidam· de his uero, excoriare non dicitur. Huius
autem eſt ordinis, ſeruorum amans, ſeruis ſtipatus, ſeruis carens,
ſeruus ultroneus· & Seruitutis impatiens, quo nomine Lacedæmo
nios Iſæus uocat. Et Εὔδουλος apud Pherecratem, qui bene utitur
ſeruis. Et Comœdia, Seruorum Præceptor inſcripta. Apud Cra-
tinũ uero, Malus ſeruus dictus eſt. Spontanea ſeruitus, ſeruorum
abundantia, ſeruitus perpetua. emi, cõparare, emere, uendere, uen
ditores, Mercatores, fora mancipiorum. emptus, et empta. Et Ωνη
τῶν, ut Iſæus: Et Seipſum in ſeruitutẽ uendens, ut Dinarchus: Ad
ſeruos porrò ptinet ipſa res. ſeruitus· et uerbũ, ſeruire, et in ſerui-
tutem redigi. Et Seruilia, apud Demoſthenem: unde etiã aduerbiũ
deriuatur, ſeruiliter, & famulari, & in ſeruitutem reducere, &
quæcũq; ab his formãtur. Et Simul in ſeruitutẽ agere, apud Hype
ridem: Et Conſeruientes, apud Dinarchũ· ſed Lyſias, Conſeruos
uocat. Euripides uero, & alij plures, hunc ὁμόδουλον appel lant.
Nõnulli quidem, ὁμόδουλον eſſe putant, qui eiuſdem eſt cond itio-
nis·



nis· conſeruum uero, qui eidem ſeruit Domino. Domeſtici uero, et
Nomina domeſtica, apud Platonem: Poëtæ autem etiam alios fami
liares, Domeſticos nominarunt, ut cum columbam Domeſticam
uocant. Miniſtri autem, et Mercenarij, liberorum ſunt nomina, ob
paupertatem mercede ſeruientium.

DE SERVIS SECVNDVM REGIONES. III

MEdij uero inter liberos, & ſeruos, ſunt Lacedæmoniorum,
*Helotes· & Theſſalorũ, Peneſtæ· Cretenſium, Claro- 4
tæ, & Mnoitæ· Mariandynorum, Doryphori· Græcorum, Gym
nites· & Sycioniorum, Corynophori. Ex Helotibus uero manu-
miſſos, Νεοδαμώδεις Lacedæmonij uocant. Sed ſeruorum qui ma
numiſſus eſt, Libertus, & libertati reſtitutus dicitur. Et libertate
donare, & manumittere· & libertatis conceſſio, ſeu manumiſſio.
Demoſthenes etiam, Libertas, ſeu Libertinas leges dixit. Contra
deficientes autem, rebellionis actio eſt. Dicere etiam licebit, pœ-
nam ſoluere, argentum afferre, permutare opes.

CAPVT NONVM, DE NVMV- I
LARIIS, FOENERATORI-
bus, & reliquis.

NVmularius, Argentarius, argenti permutator, cã-
pſo, menſæ aſſidens. Τραπεζίτης uero, canis eſt
menſæ adſtans. menſa numularia, menſæ pigno-
ra. Menſam autem Demoſthenes, etiam Lignum
uocauit. hanc & tabulam nominabant. Argenti
permutatio, quod & cambiũ dicitur. Pignus, arrhabo· oppignora-
re, debere, mutuum accipere, fœnerari, pecuniam credere. Pignus
deponens, dicitur debitor. Arrhabonem poſitũ habens, eſt fœne-
rator. Et debiti * uſuras, debita, elocationes, credere, uadimonia, uſuræ
debita nautica. ὀφλήματα autẽ, & ὄφλειν de ijs dicitur, qui pe
cuniaria mulcta damnati ſunt. Terminos ſtatuere regionum. lapis
uero erat, aut columna quædam oſtendens, quod locus eſſet ære a-
lieno obſtrictus. de hoc autem dicebant, locus ſignatus eſt· ut con
trarium eius eſt, non ſignatus. Locus autem ære alieno obſtrictus,

etiã oppignoratus dicitur. Χρήςης uero, proprie eſt debitor, ſæpe-
numero uero etiam creditor. hic autem et fœnerator, uſurarius, &
fœnerans dicitur · unde Fœneratur huic argentum, apud Hyperi-
dem dictum eſt. Vſuras colligens, fœnerator dicitur · ille uero, de-
bitor, ære alieno obſtrictus uel obligatus dicitur. Summa uero pe-
cuniæ, ſors. Effectus autem, fœnus, ſeu cenſus uocatur. Sed qui ad
conſtitutum tempus non retribuit debitũ, diei tranſgreſſor · ipſum
uero opus, præfiniti diei tranſgreſsio uocatur.

I CAPVT DECIMVM, DE ARGENTO PROBATO, VEL ADVLTERINO.

ARgentum probatum, inſignitum, legitimum, pu-
rum, non mixtum, intemperatum, non adultera-
tum, ſignatum, certum, ſolenne, ſincerum, incor
ruptum, dolo carens, intactum, tutum. Contra-
rium autem eſt, reprobum, reprobatum, adulteri-
num. unde & ipſa res, adulteratio · et Adulterata, apud Platonem,
ſicut et Adulterans: falſo ſignatum, deprauatũ, ſigno carens, ſub-
æneum, perperam ſculptum. Argentum uero, etiam pecunia uoca-
tur, & moneta · quemadmodum & aurum. Argenta plurali nume-
ro, minime dicunt Attici, licet à nonnullis hoc dictum ſit. Dicitur
etiam, monetã ſcindere, ſignare, ſculpere, inſculpere, & formare.

I CAPVT VNDECIMVM, DE AVRO, ARGENTO, ET METALLIS.

ARgentum, metalla, aurum effodere, fodere, diſſe-
care, excindere, metallorũ exciſio. Mediæ uero
quas relinquunt columnæ, metallorum Foſſores,
ad terrã ſuſtinendam, μεσοκρινεῖς nominantur.
Terra ſubaurea, terra ſubargentea, purificatio au
ri & argenti. aurum incoctum, ſincerum · argentum purum, puri-
ficatum, argentũ Ariandicum. Et Darici numi à Dario, tanquam
ab ipſo accurate facti ad auri purgationem. Probatum etiam eſt au
rum Gygadum, & ſtateres Croſei. Aurum, argentum, aurical-
chum, ferrum, ſtannum, plumbum, uitrum. Auri fodina, argenti fo
dina,



dina, ferri fodina. aurum conflare, fabricare, Aurifex, Faber æra-
rius, Faber ferrarius, plumbum fundere.

CAPVT DVODECIMVM, QVOMODO QVIS ELOQVAtur multum. I

IVſtum, ingens, infinitum, ineffabile, immenſurabi
le, innumerabile, inenarrabile, permultũ, plenum,
incredibile ob multitudinem, inexplicabile, perma
gnum, magnum, magnitudo, ingens, maximum,
immenſum, indecens, prægrande, grande. Et con-
trarium, paruum, paucum, breue, menſuratum, commenſurabile,
numerabile.

CAPVT TREDECIMVM, DE SEDENTE, STANTE, SEdibus, & reliquis. I

DIces porro, ſtetit, quieſcit, manet, intrepidus eſt,
conquieſcit, quietem capit, in quiete eſt, remanet,
permanet, immobiliter, immobilis eſt. Stans, ſta-
tus, erectus ſtando, quies, manſio. Sedet, conſidet,
reſidet · & Reſidens, ut Plato: Xenophon uero
Ἐκάθισεν, pro cõſidere dixit · Καθήμεθα uero, pro conſidemus,
Demoſthenes: Et Καθῆσο, pro conſedit, dixit Plato: Et cathedra,
ſedes, ſcamnũ, ſedile, ſella, thronus, ſella flexilis · Scabellum enim,
durum eſt · tranſtrum uero, alterius ſignificationis eſt. puluinar · ſic
autem nominatur & ſtatuarum baſis. unde deriuantur, iuit, iuiſſe,
& quæ ab his per præpoſitionum appoſitiones formantur. * pedi &
bus porrectis ſeu ſublimibus ſedens, & pedetentim diſcedens. Πε-
ριβάδλω autem, eſt alternatim pedes permutare. Θακεῖν uero,
quod ſedere ſignificat, non ad nos pertinet · ſedens uero, * conſi- collocans
dens & collocatus. De ſtantibus porro dices, coniunctos utroſq;
pedes habens, alterum pedem prætendens, diſtans · ſurgit, conſur-
git, exurgit, reſurgit, diſcedit. Sed dicitur quoq;, ſtatuarum ſtatio,
& euerſio · et uerbis euerſio, quæ et Vaſtatio apud Demoſthenem
dicitur.

dicitur. Et Hæc loca deuaſtauit, ut Thucydides: Similiter & murorum demolitio, & ædificiorum ſubuerſio.

## I CAPVT DECIMVMQVARTVM, DE PROFICISCENDO.

INcedit, incedens, pedetentim, inceſſus, ingreditur & Itinerarius, apud Ariſtophanẽ: Apud Cratinum uero, Greſſus: Apud Platonen autem Philoſophum, Gradus: Ex apud Thucydidem, Ad numeros βαίνοιεν, pro incederẽt. Proficiſcitur, proficiſcens unde etiam profectio, et πορεῖα, pro uehiculis. præcedit, præcedens ſubſequitur, ſubſequens. Eſt uero idem, quod ducitur, & ducit & aſcenſus, & aſcenſores, & equi aſcenſorij. Atqui qui aſcendentibus auxilio ſunt, eleuant ipſos rectis manibus. Deſcendit, decedit, et demigrabit, de futuro tempore dicitur. Accedit, circumambulat. unde & dicitur, deambulando currit, et curſus. Currit, currere cupit, quietus, circumambulans, feſtinus, ſedatus, & feſtinantia, celeriter incedit, & tarde obambulat uel ſenſim, & celer deambulator, & quæ his ſimilia ſunt. Et illud Heſiodi, προβάδην, id eſt. Eundo: In alia autem ſignificatione eſt, ſcandere, progredi, aſcendere, deſcendere, conſcendere & aſcenſores nauium, & aſcenſores equorum admiſſariorum in armentis.

## I CAPVT DECIMVMQVINTVM, DE EO QVOD EST FERRE, ET FERRI.

FErt, fertur, ſarcina, portatores, ferendo, geſtatio elatio, quod tam ad uaſa, quàm ad funera attinet. Corollarium autem eſt, quod mercedi additur, ut Thucydides uſus eſt. Sed ἀποφορὰ, nõ modo ablationem, ſed ſarcinarum abiectionem quoq; ſignificat. Et uentorum reiectio. & ſpiritus ad ſapores applicatio. De ijs uero qui portant dices, leuare, ſuſtolli, ferre, auferre, portare, releuare.

CAPVT



## CAPVT DECIMVMSEXTVM, DE DVCE ITINERIS, ET VIIS. I

VIæ porro Dux, deductor ductor enim uulgarius eſt. Plurali etiam numero, deductores, & conductores, dicendũ eſt. ſubductor, eductor, præcedẽs, Princeps. Et Tranſductor, apud Cebetẽ, & Tragœdos. Dices præterea, uiam monſtrare, uiam ducere, præire, oſtendere uel explicare, deducere, uiam indicare. Res uero ipſæ, uiæ explicatio, enarratio, monſtratio, deductio, indicatio, ductio, & his ſimilia. Via autem dicitur, inuia, difficilis, ardua, non trita, ſolitaria, obliqua, obſcura, aſpera, inconſpicua, difficilis tranſitu, *acceſſus, deſerta, remota, ab hominũ commercio ſemota, difficilis inceſſu, difficilis aditu, difficilis inuentu. Equis uero, curribusq; inuiam, uocat Herodotus: Montana, ardua, ſublimis, & huiuſmodi alia, in primo Libro habes. Contrarium uero, facilis trãſitu, recta, prætoria uia, curulis, uehicularis, equitabilis, equiſonans, curſui patens, plana, manifeſta, conſpicua, clara, trita calles, trames lenis, frequens, publica, leuis. Quæ uero hiſce conueniunt, prior Liber De locis equitabilibus continet.

acceſſu facilis.

## CAPVT DECIMVMSEPTIMVM, DE GAVDIO, TRISTITIA, & luctu in morte. I

GAudium porro dices, uoluptas, hilaritas, animoſitas, lætitia, iucunditas, bona diſpoſitio, fortitudo, beneuolentia, animæ uoluptas, delectamen, delectatio, fruitio. περιχαρεία uerò, immodice gaudere ſignificat. Gaudere, delectari, lætari, bono animo eſſe, hilarem eſſe, fortem eſſe, florere, delectationem ſumere, frui, exhilarari. huius uero uocabulũ rem ipſam ſignificans nõ extat, ſicut nec à lætari nullum exiſtit. Sed & aduerbia ſunt, iucunde, ſuauiter, hilariter. quæ autem ab alijs formantur, praua ſunt. Participia porro, delectãs. inſuper, et delectauit. Lætatus etenim, Ionicum eſt. Et lætatus eſt, rarius quidem apud nos inuenitur ſed

Anacreon

Anacreon Ionius, & Poëta hoc uſus eſt. Tum etiam, exhilaratus, & exhilarauit, et gaudens, delectatus, exultans, animoſus, hilaris, gauiſus, gaudens· Et pulchrum ab his formatum nomen, θυμήρες, id eſt gratum, uel iucundum. Nimirum his etiam conueniunt, triſtitia carens, & hilariter. Plato uero, Triſtitiæ expers · ſicut & Sophocles, Triſtitia intactum dixit. Triſtitia, moleſtia, dolor, mœror, animi difficultas, ſeueritas, moleſtum, faſtidium, anxietas, mœſtitia. Sed περιωδυνία, magnitudinem immenſi doloris indicat. Et triſtari, mœrere, dolere, animo deficere, animo grauari, affligi, angi, faſtidire· atq; triſtè, dolenter, mœſte, moleſte, anxie. Βαρυθύμως uero, non dices· difficulter uero, & faſtidioſe· In alia porro ſignificatione dices, paßio, luctus, infortunium, calamitas, improſperitas, infelicitas, infelix & malus rerum ſucceſſus, & his ſimilia· pati, lugere, infortunio uexari, infelicẽ eſſe. Thucydides etiam, Mala Fortuna uti dixit. in calamitate eſſe, calamitati incidere, malum ſortiri euentum, & cum luctu aliquid facere· infeliciter, infortunate, & calamitoſe. Eſt etiam alterius ſignificationis, lachrymare, deflere, deplorare, miſerum eſſe, lugere, plorare, flere, lachrymas fundere. Xenophon alicubi & Lugens dixit, quod Poëtis uſitatius eſt. Conſulere, conſolari, *alleuiare, exhilarare, ſuſtollere, reſtituere, incitare, animũ addere, erigere, refrenare. Solatia, conſolatio, ſolatiũ, alleuiatio. Et Leuamen, apud Thucydidem: Animi reſtitutio, moderatio, erectio· recreatio, à quo uerbum nullum extat, quemadmodum etiam à nonnullis uerbis non extat nomen. Orationes etiam uocabis, conſolatorias, mitigatorias, animũ reſtituentes, & moderationem docentes, & ſi quæ his ſimilia ſunt. Dices quoq;, Orationes funebres, triſtes· Elegiæ, Epigrãmata. Damnum uero, ægre conſolationem accipiens, facile conſolationem recipiens, conſolationis expers· congaudere, delectari, collætari. Iſocrates uero dixit, Congratulantes noſtris calamitatibus, pro gaudentes ob noſtras. Inſultare, deridere, ſubſannare. Nomen etiam apud Thucydidem eſt, Illuſi · ſicut et deridiculi dicũtur. Sed quod apud Poſidippum eſt, Ἐπίχαρμα, durum eſt. Philonides uero, alienis gau-

*Affici ſolatio.



nis gaudentẽ calamitatibus, Ἐπίχαρτον nominauit. uerum & hoc ſordidum eſt· Quare non nominibus, ſed participijs uti conſultius eſt. Sed ἐπιχαιρέκακος, id eſt alienis malis gaudens, uſitatius eſt.

## CAPVT DECIMVMOCTAVVM, DE FOELICITATE. I

FOrtuna, fœlicitas, proſperitas, fœlix rerum ſucceſſus· congratulari, congaudere, ſimili rerum fœlicitate uti, aut indignari, uel inuidere.

## CAPVT DECIMVMNONVM, DE SEPVLTVRA, ET EXEQVIIS. I

DIces etiam, ſepulchrum, monumentũ, memoriale, tumulus, loculi, urnæ, ſcyphi, lintres, aggeres· tumulari, tumulum erigere, tumulum inducere, ſtatuam erigere, Epigramma inſcribere, libamina infundere, exequias perſoluere. Exequiæ, iuſta, propoſitiones, elationes, nonæ, trigeſimæ, natalitia, funeralia. hæc etenim, in curam defunctorum ſolennia ſunt.

## CAPVT VICESIMVM, DE FLVMINIBVS. I

FLuuij uero, magni, ingentes, profundi, lati, perennes, ſemper fluentes, perpetui, indeficientes, non imminuti, ῥωμαλέοι, undabundi, ualidi, nauibus tranſeundi, nauigabiles, nauibus traijciendi, non permeabiles, uiolenti, impetuoſi, rapidi, ualidi. Et integra ſententia dices, quos nemo ſine nauibus traijceret· immeabiles, niſi nauium auxilio · quos pernauigare propter magnitudinẽ laborioſum eſt, æquales menſura, mari ſimiles. reluctantes, periculoſi. Contrarium uero, torrentes, aquæ fluxus, meatus innauigabiles, pedibus tranſeundi. infra tibiam fluentes, infra genu· ne genu quidem madefaceres.

## I CAPVT VICESIMVMPRIMVM,

## DE AEGROTO, ET SANO.

DE ægroto dices, laborauit, infirmatus eſt, ægrotauit, debilitatus eſt, emollitus eſt, molliter ſe habuit, et ſimilia· & laborans, infirmatus, ægrotus, debilitatus, emollitus, infirmus. Thucydides autē ægrotantem, Laborantem appellauit· ut Morientem, & laborantem lamentabantur: Ipſæ autem res, labor, infirmitas, morbus, ægritudo, debilitas, mollities. Sed aduerbia ſunt, laborioſe, infirmiter, ægrè, morbide. Nοσωδῶς uero, non gratum eſt auribus. Aegrius· unde & morbida regio, et ægra dicitur. Morboſum autem, planè Comicum eſt. debiliter, molliter, mollius. Licet etiam tota ſententia dicere, Mala diſpoſitione corporis utor, ægre meum ſuſtineo corpus, debilius ſe corpus habet, corpus infirmitate languet· Multa uero nomina, ex huiuſmodi inquirere liceret.

## II DE MORBO.

DIces præterea, morboſus, morbidus, languidus, infirmus, et his ſimilia. Alia porro huc pertinentia, ad lectum pronus, decumbens· Ab his uero nec rei ipſius uocabulum, nec aduerbiū, neq; uerbum, nec participium inuenire licuit. His etiam non incongruū ſit, lætaliter laborare· Et Herodotus, Lætaliter cruciabatur: cuius contrarium Ἐυθανάτως, Cratinus dixit. Anima uero deficere, à Thucydide dictum eſt· morientes autem, ipſe Laborantes nominauit. Ad mortem inclinauit, dubie laborauit, periculoſo detentus eſt morbo, breui momento conſtitit uel parua ſpe, deſperauit· His etiam conuenit, morbus rediјt, reuertit, cōuerſus eſt, ſubuertit. Contrarium autem eſt, ſaluum eſſe, ſanum eſſe, ualere, corroborari, incorruptum, inſeneſcibilem, morborum expertem· unde & Annum morbis carentem, Thucydides uocauit. Quod autem morbis obnoxium non eſt, Sophocles etiam Ἀνόσητον dixit. eundem uero, & ἄπονον nominabis. Et res ipſæ, ſanitas, robur, ſalus, morborum & dolorum carentia. Et aduerbia, ſanè, ualidè, ſalubriter. Ipſa autem nomina, ſanus, ualidus, ſaluus, incorruptus, non laborans,



laborans, moleſtia carens. Sed de ijs qui à morbis reſurgunt, dicitur, recuperauit animam, reuixit, reualuit, reſpirauit, refocillatus eſt, recreauit, reſurrexit, conſurrexit, uitæ reſtitutus eſt· & uitæ ipſum reſtitui, morbum depuli, & morbo liberaui. & reualeſcens, reſpirans, refocillatus, recreatus, reſurgens, reuiuiſcens. Dices inſuper, requieuit à morbo, relinquente ipſum ægritudine, infirmitate in melius conuerſa, ad melius inclinauit, et alia huiuſmodi· & uiuit, atq; ſuperſtes. Et Puerulum ſuperſtitem, dixit Iſæus: De ægroto autem, Curare dixit Xenophon.

## CAPVT VICESIMVMSECVNDVM, I

## DE EO QVOD EST DITESCERE, & pauperem eſſe.

DIces præterea, diues, fœlix, opulentus, diuitijs abundans, fœlicem habens opum rationem, prædiues, magnas habens diuitias, opum magnarū Dominus. Plato autem in Legibus, etiam Omnium ditiſsimus dixit. Sed Eupolidis Γλὸτταξ, ridetur. Auro & argento abundans, non parum auri habens, locuples, multorum Poſſeſſor, ſubſtantiam magnam habens, unus exiſtens fœlicium uel beatorum· uel ut Herodotus Inquit, Pinguium: In opulentia exiſtens, opulenter uictitans· & alterius ſignificationis, eorum qui familiarem rem conſumunt, conſumentē excipiens. ex magno cenſu, eximiam habens ſortem, patrimonio amplo præditus. Et uerba ſunt, diteſcere, opulentū eſſe, opes habere. Participia quoq;, diteſcens, abundans, opulentus exiſtens. Aduerbia uero horum, mala ſunt. Opes etiā uocabis, diuitem efficientes, & quæſtuoſas. Res autem ipſæ ſunt, diuitiæ, abundantia, opulentia, diuitiarum abundantia, poſſeſsionis copia, & ſubſtantia. Sed contraria ſunt, pauper, egenus, pecunijs carens, infœlix, poſſeſsionibus priuatus, nec aurum nec argentum habens, indigus, pauperrimè uiuens, in egeſtate uiuens, neceſſariorum indigus, quotidiano uictu carens, mendicus, mendicans, collector, poſtulator, mercenarius, mercecede conductus, cliens, ſeruus, ſufficienter nutritus, ad alienas ma

nus reſpiciens, ſtipis corrogator, inops inopem eſſe, pauperē exiſtere, mendicare, colligere, in egeſtate eſſe, ſtipem corrogare, petere, mercede ſeruire, mercedem ſumere, ſeruire, ob paruū lucrum paraſitum agere, ab alijs nutrire, cum alijs cœnare. Et ipſæ res, inopia, paupertas, egeſtas, rerum carentia, indigentia, perplexitas, mendicatio, mendicitas, ſtipis corrogatio, ſeruitium.

## I CAPVT VICESIMVMTERTIVM, DE AVARO, ET NON TALI.

DIces præterea, argenti auriq; cupidus, turpi lucro inhians, auarus, lucri amans, opum auidus, diuitijs deditus, illiberalis usurarius, et Mulier uſuraria. Bembix autē, et cuminiſeca, non uſitata ſunt. Dicere etiam licet, opibus inferior, omnia diuitiarum cauſa facit nihil hunc pudet, ſi lucellum adſit opibus fœlicitatem metiens, ex omnibus lucrū capiens, argento inhians, argenti ſtudioſus, animā auro permutare promptus, animā argento poſtponens recipiens à quibus non conuenit, & non erogans in ea quæ oportet. Porro res ipſæ dicuntur, auaritia, argenti auriq; amor, opum auiditas, lucri turpis ſtudium, lucri cupiditas, quæſtus, illiberalitas. Verba autem non ſunt ulla, præter lucrari & ut Antiphon, Non auaritiæ ſtudere et iuxta Hyperidem, Turpi lucro deditū eſſe: & uſurari, & de minimis fœnerari. Aduerbia autem ſunt, auarè, ſordidè, & illiberaliter ſed alia, deteriora ſunt. Quorum ſunt contraria, magnanimus, magnum ſpirans, magnificus, liberalis, lucro ſuperior, & potentior opibus, honeſtum auro non permutans, diuitias uirtutem æſtimans nullum admittens lucrum, cui infamia adhæret libentius dans quàm accipiens, à quibus non cōuenit. Sed res ipſæ, magnanimitas, magnificentia, liberalitas. uerba autem ab illis non extant, ab his uero peßima. Aduerbia uero, magnanimiter, magnificè, liberaliter.

DE PAR-



## DE PARCO, PRODIGO, ET liberali. II

RVrſum uero in alio uſurpatiōis modo ſunt, parcus, cupidus, recōditor, intentus, theſauros cōgregans, theſaurarius, condus, argentū defodiens, opū cuſtodia, argēti cuſtos, peruigil ad cuſtodiā credēs tuta debita, nauticas elocationes. de magnis uſuris periclitans, ad lucri ſpem puſillanimis, crumenæ addictus, illiberalis, ſeruilis Plato uero in Parmenide, & Sordidum uocauit. Eupolis uero, Num choragum unquam ſordidiorem illo uidiſti? Citius ſanguinem ſuum, quàm opes impartiretur: Miſer, anxius, ærumnoſus, infelix, humilis, miſerandus, ſtrangulans debitores, torquens debitores, abducens diem conſtitutū prætergreſſos. Verba autem ſunt, parcere, recondere, condere, theſaurum colligere, munire, inuigilare, cuſtodire. Et ipſæ res. parſimonia, reſeruatio, munitio, diuitiarum cura, cuſtodia, puſillanimitas, illiberalitas, indecentia & ut Critias inquit, Sordes: ſeruitus, infœlicitas, infortuniū, miſeria. Et aduerbia, parce, cupide, ſtudioſe alia uero, iniucundiora ſunt. Sed qui aliter ſe habet, prodigus, non recondens, aſotus, luxurioſus, theſauros negligens, improuidus, futurum non perpendens, totus in præſentem diem intentus, opes proijciens, prodigens patrimonium conſumens, effundens, * perditor. [perdens] ſubſtantiam dilapidans, alea rem perdens, ſcortando exhauriens, luxui indulgens. Aduerbia uero, prodigaliter, effuſim, improuide, imprudenter, inſcite, incircumſpecte. Rerum uero nomina nulla extāt, niſi luxuria. Parco autē, cum laude opponitur aſſiduus, munificus, ſplendidus, inuidiæ expers, ambitioſus, liberalis, humanus, munera dans, magna donans munera uel multa, neceſſarijs contentus, ſubſtantiam impertiens, magnanimus, liberalis. Sed ipſæ res ſunt, liberalitas, ſplendor, auaritiæ odiū, magnanimitas, ambitio, munificentia munerum magnorū, multorumq; largitio. ἐλευθεροπρέπεια uero, & ἐκτένεια illud quidem durum, hoc uero inuſitatum eſt. Aduerbia autem, liberaliter, aßidue, largiter, magnifice, promiſcue, cumulatim, magnanimiter, liberè, ambitioſè, humaniter, largè, ſplendide.

dide. Verba uero ſunt, ſplendere, liberalem eſſe, humanitatem exercere, condonare debitoribus, ſuppeditare egenis, ambire.

I CAPVT VICESIMVMQVARTVM, DE LABORIOSO, ET IGNAVO.

PAratus, laborioſus, ſedulus, promptus, ualens, ualidus, uehemens, intentus, aſsiduus, operum amans, iuuenilis, robuſtus, generoſus, nobilis, egregius, operoſus, uirilis, liber ad opera, uigilans, impetuoſus, peruigil, procurator, non tergiuerſans, procinctus. Sed ipſæ res, promptitudo, robur, uehementia, operum amor· Laborioſitas uero, Vulgare eſt· ſicut etiam Ignauia. Validitas, uirilitas· Ἀνδρειότης enim, durũ eſt. Sed generoſitas, nobilitatẽ ſignificat. Vigilantia, ſtrenuitas. Ab alijs autem non rerũ nomina extant, ſed uerba· Intendere, cõtendere, aſsiduũ eſſe, laborare, allaborare, iuuenari. ſtrenuũ eſſe, uiriliter agere, uigilare, curare, ualere, robuſtũ eſſe· ſed quæ ab alijs deriuantur, dura ſunt. Aduerbia uero, robuſte, ualide, uehementer. intente, aſsidue, perſeuerãter, laborioſè, ſtudioſè, impigrè, uiriliter, prõptè, operoſè, diligenter, ſedulò, promptè. Sed cõtraria ſunt, arrogans, iactator, mollis, procraſtinator, cũctator, diſſolutus, hebes, tardus, impotens, infirmus, ſtupidus, turpis, remiſſus, ocioſus, debilis, muliebris, ignauus, rebellis, condormiens, deſes, negligens, piger, indiligens, ſupinus, ſegnis, ſocors. Sed ipſæ res, iactantia, mollities, hebetudo, tarditas, cunctatio, impotentia, infirmitas, debilitas, ocium, uirium defectus, ignauia, diſſolutio, pigritia, remiſsio animi, effœminatio, pigrities, ſegnities, negligentia, indiligentia, ſocordia. Verba porro, inaniter iactare, negligere, ſtupere, cunctari, immorari, inhærere, procraſtinare, tergiuerſari, diſſolui, ociari, deſidere, ſupinum eſſe, pigreſcere, reſiſtere, dormire, indormire, deſidem eſſe, contemnere, remiſſo animo eſſe, tardare. debilitari· Melius autem eſt, debilem eſſe. Animo deficere, attonitum ſtupere. Aduerbia uero, arroganter, arrogantius, molliter, debiliter, tardè, ſtupidè, uitioſè, diſſolutè, ignauè, ocioſè, mulierioſè, imbecilliter, pigrè, negligenter,



gligenter, ingeneroſè, indiligenter, ſegniter, ſupinè, infirmiter, impotenter.

CAPVT VICESIMVMQVINTVM, DE VENDENDO, & emendo. I

AVctionem facere, uectigal reddere, uendere, diuendere, argẽto permutare, mutare pecunia, per præconem uenire, cauponari, mutare. Απωνηθήσεται uero· & πεπρᾶσθαι, quod uenditum eſt, ſigniſicat, dixit Theopompus Comicus: Et ipſa res, auctio· redditio, niſi forte ambiguũ hoc fuerit. uenditio, mutatio, promulgatio publica, mercatura, permutatio. Xenophon, etiam πώλησις dixit. Et ipſa nomina, Caupo, Mercator, permutator, Venditor. Hyperides uero, etiam πράτην nominauit, in Synegorico. Forum autem uenalium, Hermippus Comicus: Ab alijs uero, deriuatiua nulla extant· ſicut nec aduerbia, præter cauponarie. De mancipijs uero, ſecundum Demoſthenem dicere licet, Ad eductionem traditus eſt: Qui uero ſæpius uenditus eſt, quem alij denuo uenditum uocant, etiam παλίμβολος dici poteſt· ſed de ijs qui in auctione uendunt, pretium adaugent & amplificãt, precium intendunt. quemadmodum contrarium eius eſt, uili precio emunt, & iuſto uendunt precio. Locus autem, forum, lapis, uenditorium· et ut Herodotus inquit, πρατήριον: Ad uendentem porro attinet, uendere, in foro uerſari, emere· * emptitius, emptor, emens, Et in foro uerſans. pro nominibus participia ponendo. Et ἀγοραστὴς, de opſonãte proprie dicitur. Et Plato Comicus dixit, Compeſcere difficiles emptores: Δυσώνης uero, neſcio an apud aliquẽ inueniatur, ſed in trito ſermone habet ur. Ipſa autem res, emptio, mercatus. Xenophon uero, etiã Nego ciationem, de uendendo dixit. Plato etiam Αγοράστως dixit, que madmodũ & Teleclides: Sed quæ uenduntur, ſarcinæ, faſciculus, uenalia· Variarũ mercium mixtura, niſi hoc nimis Comicum ſi. Et ut Xenophon inquit, Vendibilia idem etiã Vendibile, in Libro De inſtitutione dixit. Apud * nullum ue- d'iur

nullum lum uero, * alium me aduerbium inueniſſe memini· Sed hæc * à nullis extant.

non à nullo ſunt.

## CAPVT VICESIMVMSEXTVM, DE COLLIGENTE, ET effundente.

I

COaceruare, congregare· colligere, colligi, ſuppeditare. comparare, comparari· cumulare, cumulari· accumulare, accumulari· conferre, comportare· conſtipare, conſtipari· congerere, congeri· cogere, cogi. Ipſæ uero res, aceruus, coaceruatio, cumulatio, accumulatio, congeries, quæſtus, collectio, congregatio, collatio, conſtipatio· reliqua autem, duriora ſunt. No-
5 men uero extat unicum, collector· aliud enim ſignificat * ἐρανιστὴς, & ἀγύρτης. Contrarium porro eſt, effundere, proijcere, diſijcere, emittere, dilapidare, perdere, diſſeminare. Et aduerbia, effuſe, proiecte, diſperſim. Nomen uero, diſſeminator. Ipſa autem res, effuſio, proiectio, diſiectio, emiſſio, perditio, diſſeminatio.

## CAPVT VICESIMVMSEPTIMVM, INTOLLERANDO, & contrario.

I

IN tolerandum, difficile· Eupolis etiam, Moleſtum dixit. Toleratu difficile, graue, non tolerandum, non ferendũ, graue latu, intolerabile, laborioſum, graue, oneroſum, ponderoſum· & iuxta Thucydidem, Non ſuſtinendum· unde etiã, Difficulter ſuſtinentes deriuauit. Sit etiam ex his prædictis uerbum, ægreferre. Et aduerbium, intolerabiliter, difficulter, onerarie, intollerande, grauiter, intollerabiliter, oneroſe, laborioſe, moleſte. Integra uero ſententia dicere licebit, quod nullus ſuſtineret, quod nemo ferret, quis nam hæc ferret? quis non hæc ægrè ſuſtineret? & alia plura. Sed contrarium eſt, leue, tollerandum inter homines, tollerabile, ferendum, ſuſtinendum. Leuiter, facile, humaniter, tollerabiliter· οἰστῶς enim, & φορητῶς, reijcienda ſunt. Alterius autem ſignificationis

cationis



cationis eſt, difficile, inimicũ, rigidum, ineptum, moleſtũ, difficile factu, iracundum, fraudulentũ, calamitoſum, ſubfictum, doloſum, facinoroſum, uerſutum, obſcurum, opacum, periculoſum, tenebricoſum, obliquũ, graue, durum, abſurdum· quorũ nonnulla, etiã aliud ſignificãt. Et, difficulter, inimicè, rigide, inepte, moleſte, calamitoſe, abſurde, fraudulenter, facinoroſe, ficte, doloſe, obſcure. quæ autẽ deriuãtur ab alijs, deteriora ſunt· Nomina autẽ maſculina, ab omnibus· Rerũ uero uocabula, à plurimis hiſce formãtur· difficultas, ineptia, hoſtilitas, moleſtia, rigiditas, incõſtantia, moroſitas, calamitas, uerſutia. δυσχεράσματα autem, id eſt Moleſtiæ, Platonis in Philebo, durum eſt. Sed uerba ſunt, difficulter ferre, inimicitiam exercere, calamitoſum eſſe, uerſari. ſed quæ ab alijs formantur, dura ſunt. Contrarium uero eſt, facile, promptum, gratum, leue, facile factu, laboris expers, non operoſum, & ſimplex, uerſatile, flexile, conſpicuum, apertum, fuco carens, ſincerum, intectum· Et aduerbia ab his formata, nomina maſculina, & à nonnullis rerum uocabula.

## CAPVT VICESIMVMOCTAVVM, DE PERICVLOSO, ET PEriculis pleno. I

PEriculum, periculoſum, periculis plenum, uehemens, terribile, tremendum, lubricum, horrendum, & inſtabile, periculi amans, uel in periculum ſe præcipitans, audax, temerarius, audaciſſimus, periculis obnoxius, pericula ſubiens, facilis ad opera, acer, paratus, improuidus, periclitatus. Λεωργὸς enim Xenophontis, graue eſt. Sed promptus, ad pericula paratus, ad pericula propenſus, audaculus, etiam in ignem inſiliret, etiam in gladios ruens· & his quidem, in malam partem uteris. in bonam partem uero, bona audacia præditus, fortis, intimidus, intrepidus. interritus, generoſus· ſed metuendus, ad utrunque refertur. Res uero ipſæ ſunt, ad uituperium· acrimonia, facilitas, audacia, temeritas, imprudentia, promptitudo, immodeſtia· In laudem uero dices, fortitudo,



tudo,

tudo, generoſitas, prudens audacia, ſecuritas. Ἐυτολμία uero, omnino Vulgare eſt. Verba uero illius quidẽ, hæc ſola ſunt· temerarium eſſe, audere, periclitari, deſipere· huius uero hæc, animari, et confidere. Sed aduerbia, audacter, audaciſſimè, temerariè, periculoſè, intutè, inſipienter, præcipitanter, immodeſtè, improbè. & * laudabilia, fortiter, audacter, intrepidè, intumidè, generoſè, inculpatè· quorum nonnulli ſuperlatiui, non omnino abſurdi ſunt. A contrario uero dicitur, timidus, timens, trepidus, effœminatus, formidoloſus, tremens, pauidus, attonitus, ignobilis, præhenſu facilis, incõſtans, uitæ cupidus, corporis ſtudioſus, inanimatus, territus. Inanimatus enim, Vulgare eſt. Et Pauidus, ualdè Comicum eſt. Tum ipſæ res, timiditas, timor, pauor, metus, mollities, corporis ſtudium, uitæ cupiditas, conſternatio. Et uerba ſunt, timere, pigreſcere, metuere, trepidare, animam amare, corpori ſtudere· Et horum participia, timens, captu facilis, attonitus, uitæ ſeu corporis cupidus, pigreſcens. Sed aduerbia, timidè, ignobiliter, trepidè, effœminatè, meticuloſè, ſollicitè, attonitè, pauidè.

* collaudabiliter

I CAPVT VICESIMVMNONVM, DE EO QVOD EST INCVSARE.

INcuſare, accuſare, reprehendere, carpere, cauſari, cauſam intendere, inferre, criminari, uituperare, deferre, adcuſare, in iudicium poſtulare, dicam ſcribere· Et alia ſignificatione, uituperare, cõuitiari, calumniari, incuſare, maledicere, blaſphemare, improbare. Sed res ipſæ, uituperium, reprehenſio, crimen, cauſſa· Sed Antiphon, etiam Status dixit. Criminatio, crimen, calumnia, poſtulatio in iudicium, actio, accuſatio, incuſatio· Reliquorum uero ſunt, conuitium, uituperium, maledictio, obtrectatio, blaſphemia· improbatio, niſi durius ſit. Nomina autẽ, ad iudicia promptus, querulus, cauſarum ciuilium ſtudioſus, criminator· & rurſus, uituperandi amans, conuitiorum ſtudioſus, obtrectator· Sed aduerbia, ſycophanticè, criminatorie, conuitiatorie, uituperatorie, blaſpheme, obtrectatorie. ſed quæ ab alijs formantur, dura ſint. Et uocabitur



cabitur hic quidem, obnoxius, reus, incuſatus, iudicio captus, reprehenſus, uituperatus, accuſatus, culpabilis· Contrarius uero, inſons, irreprehenſibilis, inculpatus, accuſationis expers, inaccuſabilis. Sed aduerbia ſunt, culpabiliter, culpatè, reprehenſibiliter, accuſabiliter· & inſonter, inculpatè, irreprehenſibiliter.

CAPVT TRICESIMVM, DE CERTAMINVM PRAEFECTIS, & certaminibus. I

CErtaminum Præfecti, brauiorum conſtitutores, certaminum Inſtitutores, præmiorum Procuratores, Cenſores, inſpectores, Præſides, ſpeculatores. Porro res ipſa, certaminum conſtitutio· brauiorũ conſtitutio· aut Ἀθλοθετία, ſecundum Ariſtophanem: certaminum diſpoſitio, præmiorum diſtributio, præfectura, inſpectio. Et brauia proponere, certamina diſponere, præmiorum curam habere, brauia inſpicere, certaminibus præeſſe & præſidere, imperare. et diſpenſare ea, quæ ad certamina ſpectant· & alia ſimiliter. Nomina præterea à certamine· Certatio, apud Thucydidem· et, Certamen: Et Dij certaminũ Præſides, apud Platonem: Et Certatores, apud Demoſthenem: Et Concertatio, apud Iſocratem: Sophocles uero certaminum conſtitutionem, Ἀγωνοθέτιν, inuiſo uocabulo appellauit. Huius etiam ordinis ſunt, Certator, Concertator, ſimul certans· certare, concertare, contra certare. certatiue, concertatorie· pugnæ initium, certando oppugnare. concertans, certatiuus, certando repugnans, difficilis decertatu, aduerſarius, certaminum expers, decertans, contracertans.

DE GYMNICIS CERTAMINIbus, & muſicis. II

CErtaminum uero alia ſunt gymnica, alia ſcenica· nominantur etiam Dionyſiaca, & muſica. Attici autem non libenter, certamina muſica· ſed Muſicæ, dicunt. Ipſa porro res, certamen, certatio. Honeſtius uero dices, certamina gymnica, certamina Dionyſiaca· & fœderum annunciationes, induciarum promul-

 gationes.

gationes.loca uero,illorũ quidem,ſtadium·horum uero,theatrum. utriſq; uero communes ſunt,ſpectatores.Quæ uero à multis,ἐπαθλα dicta ſunt ab utriſq;, brauia dicuntur, & uictoriæ præmia, mercedes, & munera. Propriè uero in gymnicis certaminibus labores,ἆθλοι dicti ſunt·& ἀθλεῖν,pro laborare. quemadmodum de Muſicis,illud Demoſthenicum proprium eſt, Munus perſoluere Deo: Gymnici porro, proprie Athletæ uocantur,Exercitatores, Certatores·& horum aduerſarij,Antagoniſtæ.Sed ab Athletis,Athletarum præmia,& certamina dicta ſunt, apud Demoſthenẽ in Erotico,ſi modo Demoſthenis ille Libellus eſt. Et ἀθλεύειν, id eſt Exercere, apud Poëtas, & Herodotũ:Et apud nos ἀθλεῖν, id eſt certare·Si uero quis torqueat, de his etiã dicere poſſet,Dionyſiaci certaminis Athletæ.Athletæ porro Muſici, & Dionyſiaci Artifices.* nominabis uero et hos, et illos Certatores.Et aduerbia,muſicè,athletice,exercitate,certatorie.Muſicis uero aſſident, Iudices·Gymnicis autem adſtant,præmiorum Diſtributores.quos Plato,Deſignatores uocat,Lictores, & Apparitores:Deſignatores autem,Præſides quoq; nominauerunt·Vnde præmia diſtribuere,Præeſſe uocauit Sophocles:Porro * pro corona manum conſerere,circa brauium,aut de brauio aliquis dicat.ſed circa coronam, aut de corona·circa palmam,aut de palma.Muſicorum itaq; uocabula,in Muſicis dicentur.

*nominaris*

*ante coronam manus complicare.*

## III DE CVRSV GYMNICO, STADIO, carceribus,& his ſimilibus.

GYmnicorum uero ſunt,curſus plenus,curſus longus, & pleno curſu currens, & longo curſu certans. Aeſchines uero Rhetor,Stadium longo curſu obeuntem dixit. Et Curſores ſtadiorum, Curſor,et ſtadiorũ Præſes. Ariſtophanes uero,In ſtadio currens dixit.Sed Præſilire, & inſurgere, dixit Strattis·Cur quaſi in ſtadio currẽs inſurgit?Curſus reciprocus,& curſus reciprocri Certator, duplici certans ſtadio.Et curſus equeſtris, et curſus inflexus·unde uero emittuntur, emiſſio,carcer,linea, repagulũ. ſed circa quod flectuntur,inclinatio, et flexus dicitur·ubi autem ceſſant,



ſant,finis,meta,terminus·nonnulli & βάλβιν appellant.Nomina uero,curſorius, concurſor, æqualis curſu, uelocior, leuior, celerior,magis feſtinus,intentior,citior·incurſus, accurſus. Et curſus politi dicuntur,quibus exercitia inſunt.Philippides uero, Tota die currens dixit.Et ὑποδραμεῖν,pro adulari.Et curſus equeſtris, et equus excurrens. Apud Aeſchinem Rhetorẽ,etiam Nuncij Curſores:Sed eum quem præcurrere permiſimus, inſequi·quod in uehementioribus pugnis fit, ποδωκία uocatur.

## DE LVCTATORIBVS. IIII

LVcta,Luctator,Certator,et luctæ ſtudioſus·colluctari, luctationes, luctari,alluctari,luctatorie.Luctando æqualis,cõmiſſus,conſors,ſubſidiarius·ualide luctari,colluctari.Atq; Curſores quidem,citi,leues,uolipedes,celeres,feſtini pedes. Et leuiter,citò, ocyus,celeriter,feſtinanter.Luctatores uero,graues, conſtantes,firmi,latis humeris præditi,renitentes,complicati.Et grauiter, conſtanter,firmiter,& reliqua.

## DE PVGNA, ET PVGILE. V

PVgna,Pugil,ad pugnam promptus, percuſſor,pugnis ferire. De pugile autem dices,manus armatæ,manus munitæ· & arma,pilæ·Vnde pila certare,et Pilæ certamen, apud Ariſtomenem in Dionyſio Aſcite.Arma etiam ſunt,cœſtus, et lora·Pancratium Pancratiaſtes, *& pancraticè aduerbium.Cum umbra pugnare: ſummis tantum colluctari digitis·quæ lucta,proprie ἀκροχειρισμὸς dicitur. angere, ſuffocare, calcibus inſultare, calcitrare·De his autem dices, quod ſint in omni certaminum genere exercitati·quemadmodum Plato Euthydemum uocauit, Hoc gratum eſt ualde in pugnis exercitato, ſecundum Acarnenſes Pancratiaſtes:

*pancratiaſticus,*

## DE QVINQVERTIONE, SALTATORE, & diſci Certatore. VI

QVinquertio, quinq; certaminũ generibus decertãs. propria autem ei ſunt,ſaltare,ſalire·ſaltator,ſaltatorius·Vnde autẽ ſaltat,carcer·à quo & carcerem pulſauit, dicitur. Modus autem ſaltationis, canon·meta autem,limites ſunt. Vnde de illis qui mo-

dum tranſiliunt, trito ſermone dicitur, limites tranſilire. iaculator. Et quinquertionum iaculum, ἀποτομεὺς dicitur. Inſuper & diſcum emittere, diſcum expellere, diſcum proijcere, diſco labaſcere. De quinquertio autem uincere, ἀποτριάξαι nominatur. Curſus armatus, & qui reciprocum curſum armatus peragit, & armatus currens.

VII DE VICTORE.

PORRO qui certamine uincit, coronam ſuſtulit, palmæ ramum præripuit, aut palmam accepit, coronatus eſt· Victor denunciatus eſt, promulgatus eſt, prædicatus eſt, deſignatus eſt. redimitus eſt corona, ipſum præco promulgauit. Et ipſa res, exornatio, et coronatio, declaratio, denunciatio, & promulgatio· Eorum uero qui in his operantur uerba, declarare, promulgare, denunciare, ornare, coronare, redimire· Xenophon etenim dixit, Coronabāt, et tanquam ad Athletam accedebāt: Omnibus uero communia ſunt, athletice comedere, exercere, exerceri, Athletam eſſe, laborare, certare. Et nomen elegans, exercitatio, & gymnaſtica ars· Et res ipſa, exercitium. Et Gymnaſtice aduerbium, apud Ariſtophanem: Exuere·Denudari, apud Thucydidem: denudatio·Et gymnaſium, locus ipſe. Oleo inungi. pinguibus inungi, puluerem excitare.

VIII DE SACRIS CERTAMINIBVS.

CERTAMINA uero, quæ ſacra nominarunt, quorum brauia in ſola corona erant, erant coronata, & φυλλίνας uocarunt· quæ uero alioquin propoſita, uocantur argentea. E certaminū quoque nominibus ſunt, Lictor, Apparitor· quem Virga ornatum, Plato uocat·Xenophon uero, alicubi Flagelliferum dicit.

IX DE GYMNASIO, EORVM PRAESIDE, & quæ circa hæc ſunt.

LOCI porro exercitationis, exutoriū, gymnaſium, palæſtra, arena·Et qui præeſt, Puerorum Inſtitutor, et Gymnaſtes dicitur. Apud Platonem uero, & Xenophontem, προγυμναςὴς, Coëxercitator. Vnctor uero, ſordidū eſt. Ipſam uero artē, Puerorum inſtitutionem Iſocrates uocauit·Sed παιδοτριβίαν, dixit Archippus


chippus Comicus: Huius etiam ordinis ſint, ſiccis inungere, corpus exercere, corporis exercitatio, exercitatus, iniuſte pugnare, expertus, exercitia, exercitium. Plato etiam Ἀσκλω dixit, quod ſordidum eſt. His etiam lecythum, & oleum addes. Vocatur etiam uas olearium, pyxis, & αυάδις. Et Puerū quoq; uocabis, Lecythigerū·Στελεγγιδολήκυθ@ enim, uitioſum eſt. Vas uero illud exercitatorum, etiam culeum appellant, & ſaccum. Athletis, etiam endromides conueniunt· ſic autem curſorum calceamenta uocantur. Crates uero in Heroibus dixit, Vacuis utitur lagenulis: Angere, uertere, abducere, torquere, ulnis complecti, ſupplantare, ſubuertere, rapere, cruribus proſternere· Inſuper & detorquere, & peruertere, luctarū uocabula ſunt. Medium uero crepere, quo Comici utuntur, durum eſt. Eſt autem & crepere, luctæ genus. Sunt etiam, qui gymnica certamina anguſtiori uocabulo, Herculea nominauerunt. Ceſſet uero certamen, & Libri ſit finis.

LIBRI TERTII FINIS.

# IVLII POLLVCIS LIBER QVARTVS.

## IVLIVS POLLVX, COMMODO CAESARI S.

ARbitror & te, quoniam Iuuenis es, multa ad ea quę ſcripſi inuenire. Non enim laborioſa eſt imitatio, poſt inuentionis explicationē. Si uero aliquod tibi nomē omiſſum à me occurrerit, ne omnino mireris. fortaſſis etenim huius non ignarus, hoc tamen quaſi illaudatum præterij, uel ſi me latuit, ſcis nimirum multa, quorum nobis magna notitia eſt, memoriæ non ſemper ſuccurrere. Quapropter etiam domeſticorum nomina, quę nemo nos ignorare dixerit, ſæpe dum uocare uolumus, excidunt. Sed num hoc mirum eſt, cum non rarò inſtrumenta, quæ manibus quis tenet, tanquam non habens, quærat? Hoc igitur Platonis conſidera, Num quis eorum, qui nunc ſunt, Græcorum, & tot, & in tanta uerborum copia inuenerit. Vale Domine.



## CAPITA LIBRI QVARTI.

*Inſunt in hoc Libro nomina, ſcientiæ conuenientia et uirtutibus animi, contrarijsq; uicijs & ſcientiarum ſpecies* Caput I.
De Grammatica, & *conuenientibus nominibus.* Cap. II.
De Oratore, Oratoris *laus,* & Oratoris *officia, tum et partes ſermonis oratorij.* Cap. III.
*Laus, & uituperium reipublicæ* Adminiſtratoris. Cap. IIII.
De Philoſophis, & *nominibus iiſdem congruentibus.* Cap. V.
De Sophiſta, & Sophiſtæ *officia.* Cap. VI.
De Poëtis, & Poëmatis. Cap. VII.
De Muſica, & *omnibus huic conuenientibus.* Cap. VIII.
*Inſtrumenta quæ pulſantur, & nomina ab his deriuata.* Cap. IX.
*Inſtrumentorum ſpecies, & utrorumq; officiorum.* Cap. X.
De *tuba, & deductis ab eo nominibus.* Cap. XI.
De Præconibus, & *nominibus ab his deriuatis.* Cap. XII.
De *ſaltatione, & nominibus quæ ab hac deriuantur.* Cap. XIII.
*Saltationis ſpecies.* Cap. XIIII.
De *choris, & iiſdem congruentibus uocabulis.* Cap. XV.
De *chori cantilenis.* Cap. XVI.
De *hypocritis.* Cap. XVII.
De *hypocritis* Tragicis, Satyricis, & Comicis. Cap. XVIII.
De *theatro, theatri partibus, & iis quæ in hoc ſunt.* Cap. XIX.
De Aſtronomia, & *proprijs huic nominibus.* Cap. XX.
De Geometria, & *eius nominibus.* Cap. XXI.
De Arithmetica, & *nominibus ei peculiaribus* Cap. XXII.
De *Arte metrica ſimiliter.* Cap. XXIII.
De *Arte ponderandi.* Cap. XXIIII.
De Medicina, & *proprijs ei uocabulis, inſtrumentis et morborum nomina.* Cap. XXV.
De Obſtetrice, & *congruentibus ei nominibus.* Cap. XXVI.

## I CAPVT PRIMVM, DE SCIENTIA, ET INSCITIA.

DE Diſciplinis, & harũ artibus in hoc Libro dicendum eſt. Scientia, diſciplina, cognitio, cognitio ſcibilis, ueritas, cogitatio, conſideratio, ſpeculatio, experientia, ars, uera artis cognitio, opinio recta. Et nomina, ſciens, ſcibilis, ſciolus, ſcitus, ſpeculatiuus, cognitor, peritus, Artifex, artificioſus. Δοξαστικὸς autem, commune eſt etiam ei, qui falſa opinatur. Sed uerus, & ueritatis ſtudioſus, aliud quiddam ſignificat· Cogitator uero, nimis eſt ſordidum. Et aduerbia, ſcienter, Scite, apud Homerum: cognoſcibiliter, ſpeculatiue, peritè, artificioſe. Sed δοξαστικῶς, ambiguũ eſt. Verba porro ſunt, ſcire, & ἐπιστῆναι, ut Plato inquit· noſſe, cognoſcere, ſpeculari, conſpeculari, circumſpicere, cogitare, conſiderare· A reliquis uero uerbum nullum extat, præterꝗ opinari· cui nimirũ præponendum erit, recte opinari· recta opinione uti, ſana, uera, plana aut tuta. Sed τεχνᾶσαι, quod dolo & technis uti ſignificat, alterius uſurpationis eſt. His uero cõtraria, inſcitia, ignorantia· Antiphon de hoc, etiam Incognitionem dixit, Mendaciũ, amentia· Nam inſipientia, durum eſt· ſimiliter & ἀθεαμοσύνη, id eſt nulla rerũ ſpeculatio. Imperitia uero, Inſcitia, Falſa opinio, et Sapiẽtiæ ſimulatio, Platonis ſunt. Cõiectura, et cõiectans· Et nomina ab his, inſcius, inſcitus, amens, uæcors, uæſanus, nihil obſeruans, inconſideratus, imperitus, artis inexpertus· Specie ſapiens, ut Antiphon dixit. Coniectator, coniecturis innitens. Inſuper Acutum referẽtes ingeniũ, et Qui ſibi ſapientes uidentur, dixit Callias Comicus: Atq; aduerbia, inſcienter, inſcite, falſo, amenter, inconſiderate· Sed inconſideranter, durius eſt. imperitè, inartificioſe, coniecturabiliter, ueriſimiliter. Et falſa opinione uti, periculoſa, errabunda. Verba uero alia, præter conijcere, nulla ſunt. Scientiam autem ſequuntur, uirtus, probitas, honeſtas, dexteritas, ſapientia, philoſophia, diſſerendi ſtudiũ, prudentia, intellectus, mens, ratio, temperantia, fortitudo, potentia, uirilitas, animoſitas, robur, iuſtitia, iu





ſtitiæ executio, pietas, ſanctitas, beneuolẽtia, æquitas, magnanimitas, animi celſitudo, humanitas, magnificentia. Et nomina, honeſtus, ſapiens, Philoſophus, diſſerendi ſtudioſus, prudens, intelligens, bona mente præditus· Νοήμων enim, Poëticum eſt. Dexter, eruditus, uelox diſcendo, multiſcius, rationalis, temperans, fortis, potens, robuſtus, uirilis, animoſus, robore præditus, iuſtus, pius, ſanctus, humanus, probatus, magnanimus, animi celſitudinem habens, & magnificus. Atq; aduerbia, ſapienter, ſtudioſe, prudenter, intelligibiliter, probe, rationabiliter, temperanter, fortiter, potenter, uiriliter, animoſè, robuſtè, iuſtè, ſanctè, piè, humaniter, æquiter, magnanimiter, excellenter, & magnificè. Verba autem ſola ſunt, philoſophari, ſapere, intelligere, conſiderare, ratiocinari, temperare, fortem eſſe, Virum agere, iuſte agere, religioſum eſſe, gratitudinem præſtare, humanitatem exercere· Sed contra ſunt, uiciũ, malitia, nequitia, improbitas· Vilitas uero, durum eſt. Fatuitas, ruditas, uerſutia, inſcitia, diſſerendi odium, amentia, imprudentia, ſtoliditas, ſtupiditas, proteruitas, incontinentia, petulantia, mollities, temeritas, timiditas, imbecillitas, iniuſtitia, iniquitas, impietas, ingratitudo, error, puſillanimitas· Μικρογνωμοσύνη enim * auditum, ingratum eſt. Religionis contemptus, hominum odium, inhumanitas, animi humilitas, & ſordities. Nomina uero, malus, paruus, nequam, ſeminequã, improbus, uilis, fatuus, ineruditus· inſipiens, niſi inſipientia forte non dicatur. Verſutus, rudis, dicendi oſor, amens, uæcors· irrationalis, licet irrationabilitas nõ dicatur. Imprudens, ſtolidus, ſtupidus, proteruus, incontinens, intemperãs, mollis, temerarius, ſubtimidus, infirmus, iniuſtus, prophanus, ingratus, iniquus, puſillanimis, impius, irreligioſus, hominũ oſor, contemptus, & humilis· aut Μικροπρεπὴς, iuxta Xenophontem: Et aduerbia, flagitioſe, improbè, uiliter· Nam male, Vulgare eſt. Sed ſiniſtre, inerudite, inſipienter, uerſute, ruditer, negligenter ad diſſerendi ſtudium, imprudenter, irrationabiliter, incontinenter. Sed puſillanimiter, & ὀλιγοφρόνως, abſurdiora ſunt· Sed pulchrius eſt, Μικροπρεπῶς. Verba autem à plurimis non extant, uerum

* auditui difficile eſt.

hæc ſunt malitiã exercere, fallere, diſſerendi ſtudium odiſſe, deſipere, imperitum eſſe · Sed imprudentem eſſe, Poëticum eſt. Sed uerborum loco aduerbijs utendum eſt, præpoſito hiſce uerbo, habere ut ſiniſtrè ſe habere, ſceleratè habere, & reliqua · Et alia forma, participium habens illis coniungendum eſt · ut imperitè habens, ſiniſtre habens · Tum etiam ſiniſtre affectus, & de alijs omnibus ſimiliter.

II DE SCIENTIIS SANCTIORIBVS.

1 SPecies uero ſcientiarum, aut artium ſanctiorum ſunt · grammatica, dialectica · rhetorica, quæ eadem et politica dicitur. ſophiſtica, poëtica, muſica, aſtronomia, geometria, arithmetica, ars ponderandi, medicina · Et nomina ab his ſunt, Grammatiſta, Grammaticus, Rhetor · Rhetoricus, qui idem & Politicus dicitur. Sophiſta, Sophiſticus · Poëticus, Muſicus · Aſtronomus, Aſtronomicus · Geometer, Geometricus · Arithmeticus, Ponderator, Medicus, medicinalis, & his ſimilia. Et aduerbia, grãmaticè, politicè, rhetoricè, ſophiſticè, poëticè, muſicè, aſtronomice, ponderatorie, medicè. A Medico autem uerbum non extat, niſi integra utaris ſen tentia. Grammaticum eſſe, orare · Et Politicum eſſe, neque enim huic uerbum proprium adeſt. Et, Sophiſtam eſſe · Sophiſtizare enim, in uſu probato non eſt. ſed nimirum huius loco inſtituere dicunt, at hoc de omnibus commune eſſe uidetur. A poëtico autem, fingere uerùm & hoc, propter uariam & multiplicem ſignificationem, ambiguum eſt · niſi quis huic, poëmata addat. Similia etiam, de Muſico dici poſſunt. Sed terram metiri dicat quis, & aſtra obſeruare, numerare, ponderare, ſanare, & mederi.

I CAPVT SECVNDVM, DE GRAMMATICO.

CAeterum de Grammatico dicendum eſt, docere literas, ſyllabas colligere, ſcribere, legere, præſcribere, ſubſcribere, adſcribere. ſtylo adnotare, & elementorum ductu · repetere, uel examinare. Libellus Præceptoris, tabella · & Pugillares,





res, apud Ariſtrophanem: Et, tabula · Et Herodotus quidem, Libellum duplicatum dixit. Attici uero dicunt, Libellus duas ianuas habens · & Plicas duplices, ianuas uocitant · deinde, Plicatus, Triplex, Multiplex. Homerus, Tabula pugillari: Γραμματεῖον etiam Attici uocant, locum in quem argentum reponitur · qui etiã γραμματεῖον Bœotium dicitur · Neoterici uero hoc, etiam Argentarium uocarunt. Apollodoro uero Geloo Γράμμα, etiam pro Scriba ponitur. Herodotus autem Γραμματιςὴν ſacrarum in Sae opum dixit, pro Scriba. Ariſtophanes autem in Theſmophorijs ludit eos, Ἠγραμμάτους uocans. De Grammatico etiam dicere licet, illa Demoſthenis · Subſellia abſtergere, Atramentum terere, Pædagogium ſaturare: Pædagogium uero, etiam Scholam, & Auditorium, uocauerunt Poëtæ.

CAPVT TERTIVM, DE RHETORE. I

PRæterea de Oratore dices, uehemens dicendo, præualidus, ualidiſſimus, prudens dicendo, dexter, copioſus, continuus, prudens, promptus, ſolers, conſideratus, facilis, abundans, inuidia carens, diligens, argutus, ſedulus, prouidus, circumſpectus, Græcus, in omnibus ſapiens, fœcundus, Atticus, multiſcius, mentis compos, loquax, eloquens, uocalis, probabilis, iucundus, dulcis, Perſuaſor, breuiloquus, breuis, manifeſtus, grauis, ciuilis, robuſtus, potens, intẽtus, uiolentus, abunde fluens · talis qui poſſit animũ concitare, iram placare, miſericordiã inducere, cõmiſerationẽ incutere. atrox, rectiloquus, ad refellendũ inſtructus, libere loquẽs, interritus, Artifex, artificioſus, multi cõſilij exiſtens, amarulẽtus, furibũdus, ira refertus, plenus bile, acer, copia fluens, inſtar fluminis fluẽs, niuis cõtinuitatẽ habens · qui poſſit impellere, decipere, abducere, repellere, faſcinare, ſapienter loqui, detinere, abſtrahere, demergere, cõfundere mentẽ, rationem cõturbare, lachrymas cõcitare. impulſor, faſcinator, fidẽ faciẽs, Perſuaſor, deceptor. Et ipſæ res, uehementia, ſapientia, dexteritas, continuatio,

prudentia, copia, facilitas, multitudo, abũdantia, diligentia, ſeduli-
tas, conſideratio, circũſpectio, Græciſmus, Atticiſmus, multiſciẽ
tia, mentis copia, multiloquiũ, eloquentia, uocalitas, libertas, breui-
loquiũ, breuitas, claritas, ualiditas, robur, potentia, uis, affluentia,
facilitas, probabilitas, uoluptas, dulcedo, rectiloquiũ, ars. acerbi-
tas, malignitas, ſuadela, faſcinatio, deceptio, fraus, exacerbatio·
grauitas, miſericordiæ commotio, humilitas orationis. Et Lyſias
contra Pantaleontem, Sufficientiã uocauit, cum quis ſufficienter
loquitur· Vnde ex hoc dicere licebit, ſufficienter, ſufficiens. Ab a-
lijs uero prædictis, rei nomina nõ extãt. Aduerbia uero ſunt, uehe
menter, ſapienter, ſapientiſsimè, dextre, abundanter, cõtinue, den-
ſe, prompte, copioſe, facile· Sed multum, prædurũ eſt. Inſuper largi
ter, diligenter, ſedulò, accurate, conſiderate, circũſpecte, Græce,
Attice, ſcienter, prudenter· Sed loquaciter, uitandum eſt. Eloquen
ter, uocaliter· Breuiter percurrens, pro breuiter dixit. Validè, robu
ſte, potenter, uiolenter, abundanter, probabiliter, iucunde, ſuaui-
ter, ſuaſibiliter, recte, interrite, artificioſe, ſcite, maligne, acerbe,
faſcinatorie, amarulenter, doloſe, fraudulenter. Verba autem ſunt
nulla, præter uehementiã adhibere, diligentem eſſe, arguere, con
ſiderare, circumſpicere, Græcizare, Atticizare, cogitare, per-
pendere, grauiter loqui, fortiter dicere, cogere, perſuadere, dul-
cem orationẽ habere, artificioſe loqui, faſcinare, irritare, decipe-
re, fallere. horum autem nonnulla, etiam alijs communia ſunt. Di-
cere porro licet, Orator, Rhetoricus, Oratorius, Ciuilis, Refuta-
tor, Conſiliarius, Cõſultator, Legis lator, ad leges ferendas prom
ptus, reipublicæ Adminiſtrator, Cõcionator, concionibus aptus,
conſilij Autor, conſilia enarrans, Legatus, legationibus idoneus, iu
dicialis, aduocatus, accuſator, Patronus, Panegyricus, Encomia-
ſtes, inuectiuus. Et conſiliũ, conſultatio, legis latio, cõcio, legatio, iu
dicium, altercatio, actio, contentio, patrociniũ, patrocinatus, ac-
cuſatio, Populi concio, conſilij expoſitio, panegyris, encomiũ, in-
uectiua. Et cõſultatorie, inſtar legislationis, cõcionatorie, legato-
rie, iudicialiter, defenſorie, panegyricè, encomiaſtice, inuectiue.
Et di-



Et, dicere, loqui, orare, orationem intendere, ſermonem proferre,
orationẽ abſoluere, nectere· connectere absq; ſpiritus interruptio
ne periodos, oppoſita, contraria, adæquationes, ambitus, circũdu-
ctiones, noẽmata, ſententias, et enthymemata· Cõſulere, adhorta-
ri, exponere, docere, perſuadere, ſententiã dicere, opinionem pro-
ferre, ſuffragium dare, decretum conſtituere, legem ferre, legem
promulgare, leges ponere, legem ferre, rempublicã adminiſtrare,
concionari, conſulere Populo, probabilem eſſe, cum Populo expo
ſtulare, cõciliare, perſuadere, reconciliare, in manibus tenere· obe
dientem reddere, parentem, manſuetum, placidum· Manſuefacere,
pellicere, omnino perſuaſibilem eſſe, demulcere, delinire, Legatum
agere, inſeruire, ſeducere. Legationẽ autem nominabis, foris agen
tem Magiſtratum, periculoſam, laborioſam, errabundam, peri-
culis refertam, infelicem, ærumnoſam, non ocioſam· in circui-
tu ſeductores habentem, miſeras profectiones, laborem, negocia,
lapſus· Cuius ordinis etiam eſt, tranſitus inuenire, argentum colli-
gere, uectigalia congregare· coaceruare pecunias, colligere, coge-
re, congregare, exigere, conferre, comportare, poſsidere, admini-
ſtrare, curam harum habere· Commilitones adducere, Socios ad-
uocare, alienos in poteſtatem redigere, proprios corroborare·
hoſtes affligere, manſuefacere, placare, conterrere, terrere, con-
turbare, perturbare· Terrorem incutere, inſtituere, pacem con-
ſtituere· conditiones proponere, fœdera, conſenſus, amicitias,
ſocietatem, tributi æqualitatem, reipublicæ ſimilitudinem· ὁ-
μαιχμία uero, uitioſum eſt. Iurare· iuramenta exigere, dare, ac-
cipere, recipere, patrocinari, concordare, colloqui, concertare,
ſimul ſcrutari, unanimes eſſe, iudicia ſimul ſubire, certamina ſi-
mul ſuſcipere, unà periclitari, tueri, in iudicio defendere, au-
xiliari, conſpirare, opitulari, adiuuare, auxilium ferre, protege-
re, aſtare, conuenire, contradicere, iudicio ſiſtere, contrà diſcu-
ti, decertare, accuſare, incuſare, reprehendere. Dices inſuper, pa-
negyros celebrare, populum adminiſtrare, panegyricos habere ſer
mones, publicos ſermones efferre· populares orationes exhibere,
probabiles,

probabiles,iucundas,dulces,ſuaues, gratas,Populo amicas,turbis gratas,ad uoluptatem compoſitas,multitudini accommodatas · celebrare,laudare,illuſtrare,expolire,ornare, comere, componere, notum facere,probare.Nomina uero,encomium,laus,uenuſta oratio,illuſtratio,expolitio,uenuſtas,exornatio,compoſitio, notatio, approbatio.Sed contraria,uituperare,maledicere,infamare, calumniari,conuiciari,criminari,reprehendere, diſtrahere, deridere, ſubſannare,ludere,uilipendere,contemnere,mordere, male loqui, obtrectare, opprobrium inferre,irridere, ſpernere,ſuggillare,infamiam inurere, infamiæ nota contaminare. Et res ipſæ, uituperium,infamia,maledictio,calumnia,reprehenſio,ſubſannatio,conuiciū,obtrectatio,irriſio, opprobriū,irriſio,ſuggillatio,mordacitas.Partes præterea oratoriæ orationis ſunt,procœmium,narratio, argumentatio,demonſtratio, refutationes,exempla,ſimilitudines, parabolæ,enthymemata,argumenta,probationes,hyperbolæ,uehementiæ,uehementes ſententiæ,dictiones,elocutiones,commiſſerationes, expoſitiones,declarationes,epilogi.

## I CAPVT QVARTVM, DE LAVDIBVS ORATORIS, ET Concionatoris.

LAus autem Oratoris,& Concionatoris eſt prudens, diſſerendi ſtudioſus, patriæ amans,Populi amator, popularis, legitimus, legum tutor, libertatis cuſtos,iuſtus,democraticus,fidelis, fidedignus,commodus,utilis,idoneus,ſufficiens, largitor,Perſuaſor, Populi defenſor,legum cuſtos,libertatis Propugnator,munerum expers,incorruptus,innocens,infragilis · rempublicam ſuſtentans, colligans,cuſtodiens,ſeruans, conſeruans, curans.popularem principatum fouens,Certator · Et uerba,hinc deriuata. Rerum autem nomina, à pleriſq; · niſi forte εὔνοια, id eſt prudentia,non dicatur · Democratia, fides,largitio, auxilium. Sed certamen,cuſtodia,& cura, etiam ad alia referuntur.

DE



## DE VITVPERIO HVIVS. II

VItuperium uero,iniquus,proditor, oligarchicus, uenditus, muneribus corruptus,munera ſuſcipiens,donis corruptus, damnatus,improbus,inſincerus,reprobus,infidelis,Barbarus,nocuus,mulctatus,damnoſus,peregrinus,legibus infenſus, democratiæ diſſolutor,ſecreta cōfundens,conſuetudinibus reluctans,moleſtus, inimicus · rempublicā euertens,ſoluens, diſſoluens,conturbans,tranſponens,luxans,cōmouens,immutans,tranſponens,conuertens,innouans,Innouator, nouarū rerum ſtudioſus,urbis oſor, Populi oſor, ad pecuniam pronus,argentum reſpiciens,ueterator, uerſutus, ſycophanta, iudicia intendens,rabula, negociorum amator,curioſus · Malignus, ut Hyperides dixit. Male adminiſtrās rem publicam,rempublicā perperam gubernans,inimicis manum prætendens,opum rationem habens,reuenditus,ſuiipſius uenditor, argenti gratia diſſerens, ad prædam reſpiciens,nullum uerbum gratis dicens, argento inhians, ne particulam quidem non uenditam habens,mercede loquens,uenalis,facilis,rempublicam acceſſu facilē reddens,pernicioſus,doloſus,inſidiator,malitioſus,decipiens, inſidians,calūniator,publicans,popularitatis prætextu reipublicæ
inſidians,* ſeditioſus,ad gratiam loquens, ad uoluptatem concio- 2
nans,popularem auram captans,apud cancellos uictitans · ſemper iuxta cancellos uictum quærens, iuxta clepſydram. peſtis populi · Et in ſumma multa poſſet quis, integra ſententia in laudem, uituperiumq; dicere.Sed ipſius rei nomina, proditio, iniquitas, transfugium,uenditio,munerum ſuſceptio,munerum corruptela,inſinceritas,perfidia, pernicies,damnatio,diſſolutio,confuſio,euerſio,ſolutio,noxa, tranſmutatio, commotio,permutatio, innouandi ſtudium,innouatio, ſycophantia, curioſitas,alienorum negociorū ſtudium,dolus, inſidiæ,deceptio,afflictio,calumnia,publicatio,popularitatis fucus:ſed plura horum,etiam ad alia referri poſſunt · Sunt autem & laudanti,& uituperanti aduerbia.

ζ CAPVT

I CAPVT QVINTVM, DE PHILOSOPHIS.

PHiloſophus, Dialecticus, Theoricus, Inſtitutor, Perſuaſor, Præceptor, animos erudiēs, animi infirmitates corrigens, ad uirtutē perducens, ad uirtutem Dux· ſolitus animū comprimere, concupiſcentiam ſedare, uoluptates dirigere, ſuperbiam compeſcere, corrigere, auaritiam moderari, arrogantiam punire, petulantiam corripere, incōtinentiam temperare. Admonitor, temperator. Inſtrumentum philoſophiæ, oratio, & mores. hi quidem, uitæ exemplo erudientes· oratio uero, perſuadens dicensq;. cuius partes ſunt, propoſitio, inductio, ſyllogiſmus, monitio, admonitio, opprobrium, adhortatio, doctrina· uita politica, quæ et practica dicitur· ſermocinalis, quæ et inſtitutoria· ſpeculatiua, quæ & phyſica. Contrarium uero, & philoſophiæ expertem, Ἀφιλόσοφον dices, nomine hoc ex Timæo Platonis deſumpto.

I CAPVT SEXTVM, DE SOPHISTIS.

SOphiſta, Doctor, Inſtitutor, Interpres, Expoſitor, Dux, Sophiſticus· ad docendum, & ad inſtituendos Pueros promptus· expoſitorius. principalis, docens, inſtituens, interpretans, exponens, ducens· Non tamen Sophiſtizans dices· Hos uero
3 ſicut & Philoſophos, *Contemplatiuos, & Cogitatores uocant· & horum ſcholas, non pædagogia modò, & auditoria, ſed & phrōtiſteria. Sed ipſæ res, doctrina, inſtitutio, interpretatio, expoſitio, principatus, deductio. ſophiſtica· Non enim σοφισία dicitur. Ars inſtitutoria, interpretatoria, expoſitoria, & deductrix. Aduerbia autem ſunt, ſophiſticè, inſtitutorie, principaliter· Sed interpretatorie. & expoſitorie, prædura ſunt. Sunt uero ab his & uerba, à quibus & participia deriuantur. Porrò de his quoq; dices, mercedes ſumere· conſtituere, exigere, conſtitui, exigi· poſtulare, capere, frui, fructum capere, & diſciplinas uendere, admittere, mercede



mercede ſeruire, mercedem accipere, pecuniā colligere, pecuniam flagitare, opes captare, opes uenari· Diſciplinas proſtituere, uendere, elocare, argento permutare, dona accipere, præmia colligere, ſtipē petere, mercede docere, exigere, à Diſcipulis præmia corrogare, cōgregare, accumulare, colligere. Sophiſtas uero inſigniores, magnam mercedem poſtulantes, perfectos, publicos, communes· inferiores autem, paruo pretio cōductos, frugalesq; uocabis. Et Rudes, Sophiſtas nominauit Iſocrates:

DE DISCIPVLIS. II

DIſcipulos uero, etiam Inſtitutos nominabis. Socios, Conuictores, Familiares, Auditores, ſubditos, dicto parētes, Coauditores. Diſcipulorū porro gregem, Populū, chorum, chori Authores, congregationem, conuentum, collectum, cœtum Diſcipulorum· apud Sophiſtam degentes, ſermocinādi Diſcipulos, ſermonis ſtudioſos, Sophiſtæ conuiuentes, eruditos, Auſcultatores, edoctos. Et ipſæ res, diſciplina, inſtitutio, ſodalitas, commerciū, conuerſatio, auſcultatio, cœtus, ſtudiū, intentio. Et uerba ſunt, diſcere, ludum frequentare, conuenire, conuerſari, auſcultare, audire, coaudire, gregari, cōgregari, doceri, cogi, colligi, congredi. ſtudere, ſtudiorum ſodalem eſſe, inſtitui· Ipſi autem inter ſe mutuò, Condiſcipuli iuxta Platonem dicuntur, Congregati, Commilitones, Conſortes, Conuictores, Socij· Et reliqua participijs, non nominibus eloqueris· ut, ſimul ludum frequentantes, ſimul inſtituti, & alia huiuſmodi.

DE MERCEDE. III

POrro, mercedem dare, inferre, deferre. ſoluere, perſoluere, exoluere, munera ferre, num o dare, proponere, deponere, mercedem cum lucro exigere· donis diſcere, pecunijs· Carè diſcere, mercede diſcere· mercenariam reddere auſcultationem, debitam, pecuniariam· Non immunis diſcere, nō gratis inſtitui. Merces uero eſt, argentum, pecuniæ. præmia, collationes, pecuniarum collationes, præmium, perſolutio, exactio, merces· Quorum nonnulla de utriſq;, de petitione ſcilicet, & collatione mercedis, dici poſ-

ſunt. Poſtulationem ſiquidem, & exactionem uocans, redditum, quæſtum, lucrum, pecuniarum prouentum, munerũ ſuſceptionem, fructum, prouentum, & collectionem ipſam uero perſolutionem, largitionem, retributionem, depoſitionem, & collationem munerum. Sophiſtam uero uituperabis, dicens impoſtor, imponens, inſidiator, deceptor, uerſutus, doloſus, ſubdolus, uarius, inconſtans, mutabilis, obſcurus, tenebricoſus · Multiplex, ſecundũ Platonem: Fraudulentus, malignus, fallax, mendax, fallens, fictus · & iuxta Platonẽ, Multicolor: Caupo, tabernarius, propola, leuis, mercenarius, uenator, Iuuenum captator, mercede ſeruiens, mercedem captans, adulator, adulatorius, aſſentator, ſeruus, ſeruilis. Verba autem, Sophiſtam agere, incantare, fallere, decipere, in errorem impellere, ſeducere, auertere, inconſtantem eſſe, malefacere, uerſutum eſſe, faſcinare, dolis agere, technas ſtruere, mentiri, fingere, proſtituere, immutari, uenari, aucupari, mercede ſeruire, ære merere, adulari, aſſentari, miniſtrare, ſeruire, irrepere, fraudare, clam ſubrepere, ſupplantare, ſubijcere ſe, ſubiectum eſſe, concidere, præſtigiari, delinire, demulcere, condire, aſſentatorem agere, ſupplantare, humiliare ſeipſum, ſubdere. Ipſæ porro res, incantatio, fraus, inſidiæ, inſidiatio, deceptio, uariegatio, incõſtantia, malignitas, leuitas, mendacitas, cauponaria, uenditio, trãſmutatio, mercenaria ſeruitus, mercedis captatio, uenatio, adulatio, aſſentatio, ſeruitus, impulſio, ſeductio, auerſio, faſcinatio, ſupplantatio, ſubductio, humilitas · A nonnullis uero, rei nomina non extant. Sophiſtica uero, Barbarum eſt · Et humiliatio, ſordidum · Seruitium autem, durum. Sed aduerbia, incantatorie, uerſute, malitioſe, doloſe, fraudulenter, uarie, inſidioſe, obſcure, occulte, ſubdole, inconſtanter, mutabiliter, cauponarie, leuiter, mercenarie, deceptorie, ficte, uenatorie, adulatorie, ſeruiliter, impulſorie, faſcinatorie, humiliter, ſuſpicioſe, aſſentatorie.

CAPVT



## CAPVT SEPTIMVM, DE POETIS. I

POëta, Poëticus, Cantor, Cãtator, metrorũ com
poſitor, ad carmina ſpirans, ad carmina pronus,
Muſis agitatus, Muſarum furore correptus, fu-
rore poëtico detentus, Fabulator, Poëmata fin-
gens, ad Carmina permotus, poëſi inflatus · &
quæcunq; alia de Diuinitus exagitato dicũtur. Poëmata autem, &
Odæ dicuntur, Carmina, Metra, Orationes metricæ, Dicta he-
roica, Hexametra, Rapſodia, Elegia, Pentametra, Trimetra, Epi-
grammata, Iambi, Iambeia, Anapæſta, Modi chorici, Tetrametra,
Verſio, Reciprocatio, Cantio, Hymni, Concentus, Pæanes, Lau-
rifera, Oracula, Dithyrambi, *Ithyphallica, Ramigera, Parœmia, 4
Bacchica, Saltatoria, Thriambi, Autumnalia · Epilimia, quæ poſt pe
ſtem canebantur, uel ob peſtis remiſſionem. Parthenia, Nuptialia,
Encomia, Triũphalia, Conuiuialia, Threni, Mordacia, Comœdia,
Tragœdia, Conſonantia, Carmen ſtabile, Concinnitas, Comi-
cum, Cantus, Preces, Carmina gradaria, Hymenæus, Leges,
Procemia, Præludia, Iuli, Militares cantilenæ, Vſpingi, Linus · Car
men Seculare, Iucundum & Imadus.

## DE CANTILENIS GENTILITIIS. II

ADonimaidus, & Borimus, Maryandenorũ Ruſticorũ Car
men ſicut Aegyptiorum, Manerus eſt · Et Lityerſas, Phry
gum. Verum Aegyptijs Manerus, eſt Agriculturæ Inuentor, &
Muſarũ Diſcipulus · Phrygibus uero, Lityerſas · Hi autem eundem,
& Midæ filium fuiſſe, tradunt · ſed * ab Ameto ad pugnam pro- ad Ameti
uocatus flagellabat concedentes · Ameto uero fortiore exiſtente, certamen
illum obijſſe · Alij uero huius occiſorem, Herculẽ eſſe tradunt · Ca prouocatũ
nebantur autem hi Threni, circa aream, & meſſem in Midæ con- flagellare
ſolationẽ. Borimus autem, Iolla erat, Maryandeni Frater, Opij Re-
gis Filius, Iuuenis in uenatione meſſis tempore mortuus. honoratur
uero lugubri inter Agriculturam Carmine. Erat et aliud Carmen,
Horis dedicatũ, Theodori Colophonij Poëma · Tum etiã Carmen

 Epilenium,

Epilenium, De Botris cōtritis· et aliud quoddā Ptiſticum, ut Phrynichus in Comicis inquit, Ego nunc nobis cantabo Ptiſticū: Et Nicophon in Mechanicis, Verum nunc adcine nobiſcum Ptiſmum aliquem: Sunt & Carmina quædam Nautica, & Paſtoralia. Epicharmus uero, Poëticum quoddam Carmen canere dicit. Plato autem Comicus, etiam Subulci Carminis meminit. Sed quod Συβώτια fuerit, non mihi probatū uidetur, ſolos enim habet canendos dactylos. Tyrrheni uero, ut Ariſtoteles tradit, non ſolum pugnant ad tibiam, ſed etiam flagellis cædunt, & coquunt.

## I CAPVT OCTAVVM, DE INSTRVMENTIS MVSICAE, MVSICIS, & quæ hos attinent.

MVſicæ porro ea, quæ nunc dicta ſunt, conueniūt· & Muſicus, Cantor, & modulari, bona concinnitas, concinnè, muſicè, muſicæ peritus, Muſarum expers· Et modus, conſonantia, Modulator, concinnum, concinnè, multiſone, inconcinnus, abſonus, abſone, incondite, inconditum, abſurditas, aberrare, accentus. De cantilena autem dicitur, harmonia, menſura, pulſatio, greſſus. Harmoniam uero, Eupolis Ἁρμογλῶ nominauit· ut, Hanc ego olim quærens harmoniam: Nomina uero ab hac, aptans, adaptare, adaptatum, bene aptatum, concinnum· Et contrarium, inconcinnū· & illud Platonis, Inconcinne agere: Sicut & à rythmo uenit, concinnus, concinnitas, concinnare, concinnè· et in concinnè, inconcinnitas, inconcinnè agere. Citharæ pulſatio, tibiæ, aut lyræ cantus. Inſtrumenta uero, quæ pulſantur, etiam uerberata nominabis, cantatoria, chordas habentia, concinna· quæ uero inflantur, perflata, inflata, & inſpirata.

CAPVT



## CAPVT NONVM, DE HIS, QVAE PVLSANTVR, INSTRVMENTIS. I

INſtrumenta autem, quæ pulſantur, ſunt· lyra, cithara. barbitum, quod idem & barymitum dicitur· Teſtudo, pſalterium, trigon, ſambycæ, pyctides, phorminges, phœnix, ſpadix, lyrophœnicium, clepſiambus, pariambus, iambyce, ſcindapſus, epigonium, & reliqua.

## DE INSTRVMENTIS INVENTIS à Gentibus. II

EPigonium, ab Inuentore nomen habet· Epigonus uero, genere Ambraciotes, honore autem Sycionius erat, primus abſq; plectro pulſans. Sed Epigonium, chordas habet quadraginta· quemadmodum & ſimicum, triginta quinq;. Inſtrumentum autem Monochordium, Arabum inuentum eſt· Trichordum uero, quod Aſſyrij, Panduram uocant, etiam illorum inuentum fuit. Sed Quinquechordium, organū à Scythis repertum eſt· loris uero bouillis compactum erat· & plectra, caprarum erant labia. Pſithyra uero, inuentum eſt Libycum, uel potius Troglodytarum· forma autem ipſa quadratum eſt. Nonnulli uero Pſithyram idem, quod aſcarum eſſe autumant· hoc autem erat quadrangulus cubitalis, quo pertractis chordis cantatur· quæ circumuolutæ ſonitū reddebant, crepitaculo ſimilem· Anacreon uero, magadam uocat· eiusq; inuentionem, Cantharus Thracibus tribuit. Cæterum & Naulij, meminit Philemon· Oportet adeſſe expectās Tibicinam, aut naulium aliquod. Sed & pelyx, non modo galeæ criſtam ſignificat, ſed & inſtrumentum quoddam cantatorium.

## DE PARTIBVS INSTRVMENTORVM, quæ pulſantur. III

PArtes uero inſtrumentorum ſunt, nerui, chordæ, lini, fila, concentus, cubiti, cornua, claui chordarum, reſonantia, plectrum· chordotonū, id eſt inſtrumentū, quo chordæ intenduntur. Et arundinem quandam, Comici Hypolyrium nominarunt· quod olim

olim lyris, cornuũ loco appoſita ſit· unde & Sophocles dixit, Sublatus tibi eſt calamus, qui circa lyram fuit. Ipſi autem Artifices, lyra cãtantes· Citharœdi, Cithariſtriæ· Pſaltes, Pſaltriæ. Et uerba, lyra canere, cithara ludere, canere· et ut Ariſtophanes dixit, Barbitum pulſare: Et reſonare· atq; reſonantia, res ipſa· Accinere, cantare, ſuccinere, concinere, decantare. Pulſationes, chordarum tactus, muſicæ cantilenæ, multas chordas habens, harmonia, cõcinnum, cõſonans, multiſonũ, inconcinnũ, inconcinnitas, inconcinnum canere, menſura, immẽſuratus, menſurã negligere. Sed et Plato eſt, cui quemadmodum & Critiæ, et cantilenas, quæ ad citharam canũtur, placet, Προσῳδίας nominare. Ariſtophanes autem, & Modulans, & Adcantans dixit. Et, tenui uoce præditus, grauiſonans. Et * cantorem ſonorum, * flexibilemq́; & carminum in-
canticum flexibileq́; flexiones. Cantum uero, Plato, & Cantilenam uocauit. Sed qui inſtrumenta huiuſmodi compingit, Lyrifaber nominatur.

## IIII DE HARMONIIS, ET MODVLATIONIBUS.

HArmoniæ ſunt, Doria, Ionica, Aeolica· quæ primæ ſunt· Et
uero, & Phrygia * Lydia· & Locrenſis, Philoxeni inuentũ. Modi autẽ qui Terpandri ſunt, à gentibus, unde orti erãt, nomen habẽt· ut Aeolicus, & Bœotius· uel à numeris, rectus, trochæus· uel à ritu ipſo, acer, quaternarius. ab eo ipſo uerò, & ante dicto· Terpandrius, & Capion· Errant autem, qui & Apothetum, & ſchœnionem huic attribuunt· hi etenim tibijs proprij ſunt. Σιφνίζειν uero, & χιάζειν, quod elaboratis carminibus uti ſignificat à Democrito Chio, & Philoxeno Siphnio· ſicut & hypertonides modus, dicta ſunt. Tum etiam Phrynen Camonis, modulationibus obliquis, & difficilibus, Comici, Cleiſi uti uocant. Minorum autem Citharœdorum inſtrumentum, quod & Pythacum dicitur, nonnulli dactylicum uocitant· Horum uero modi ſunt, Iouis, Mineruæ, Apollinis, Iambi, Iambides, & Pariambides. Partes uero citharœdici modi, Terpandro diuidente, ſunt· præludia, initia, metarcha, fugæ, inflexiones, medium, ſigillum, & epilogus.

DE



## DE INSTRVMENTIS QVAE inflantur.

POrrò quæ inflantur organa, omnia quidem in genere, tibiæ, & ſyringes· ut & Ariſtophanes, Arundineam ſyringem uocauit. A tibijs autem deriuantur, tibia canere, tibia ſuccinere, modulari, adſonare· tibiæ cantus, inſonans, reſonans, ebuccinatum. Dices etiam, multiſonans tibia, iactabunda, flexilis, uarie ſonans, canora, uarios concentus habens, prælonga. Plato uero tibiã, etiã Multis chordis præditã nominauit. De tibijs uero, inſpirare, et inflare dices· aut deflare, et ſpiritũ in tibiã tranſmittere· Impletis maxillis, tumidis, inflatis, eleuatis, patulis, adhærentibus, ſpiritu repletis· oculis exacerbatis, proteruis, ſanguinolentis· aut ocioſo uultu, improbo, ignoranti deſcenſum ſpiritum. & his quidem uti licebit. Laudabis uero Tibicinem, dicens· pleno utentẽ ſpiritu in magnitudine, ſono, & robore ſpiritus· non immodeſtè conturbantem uultum. De ſyringe autem dices, deducere in eam ab ore ſpiritum, deferre, diſpergere anhelitum· * Hæc quidem calamorum eſt com- 5
poſitio, lino ceraq́; colligata· & hæc inelaborata eſt, tibiæ multæ ſingulæ, poſt ſingulas paulatim deſinentes, à maxima ad minimam uſq;· et iuxta os quidem tibiarum diminutæ, & alteri parti propter inæqualitatem mutuam inſiſtentes, ita ut auium alæ ſimilis uideatur· Sed huic rurſum contraria eſt, Tyrrhena tibia, inuerſæ ſyringi ſimilis, cuius quidem arundo ferrea eſt· quæ infernè inflatur, ſpiritu quidem minore, ſed propter aquam ebullientem maior ſono ipſius ſpiritus aura emittitur· Multiſonãs hæc tibia eſt, & ferrum uocem reddit ualidiorem· Aliarum uero tibiarum partes ſunt, lingula, foramina, bombyces, ὅλμοι, ὑφόλμια. Tum etiam ligulæ, Tibicinibus cõueniunt· Vnde & ligulis detentũ, alligatum nominant.

## DE TIBIARVM COMPACTORE, & eius materia. VI

QVi uero tibias conficit, Αὐλοποιός· Et à parte tibiæ, lingularũ Confector dicitur. Et Tibiarũ Perforator, ſecundum Comicos; Tibiarum autem materia, arundo, ferrum, lotus, bu

aa xus·

xus· cornu aut os elephanti, aut lauri humilioris ramus excauatus. Tibijs porro utens, Tibicen, Cornicen, & Tibicina. In laudem autem Tibicinis dices, ſapiens, cõcinnus, dexter· Verùm hæc, etiam de alia muſica dici poſſunt· hoc uero proprium eſt, bene ſpirans, inflatus, magnùm ſpirans, ualde inflans, ſolidùm ſpirans· intenſum, ualidum, rectum, plenum, robuſtum, ſuaue· Stridulum uero, Poëticũ eſt. Dulcis porro, ſpiritus· flebilis, ſtridulus, illecebroſus, lugubris, lachrymabilis· Spiritus uero, et flatus, et tibiæ inflatio

& facilita dicitur. Nota etiam Tibicinis manuum agiltatem, et celeritatem, *

tem· Plura etiam horum communia, ad Tibicinem pertinent· hic etenim non modo bene ſpirans, ſed & lingua facilis. ore probatus, denſus, continuus· Quemadmodum & uilis Tibicen, ſpiritu carens, infirmus, iniucundus, inſuauis· Vilis etiam tibia, lingulæ expers, inſonora, tenuis, madida, inepta. Et lingulæ cantu attritæ, dicuntur ueteres. Eſt etiam tibiæ cantus rectus, à quo & modus rectus· * fir-

firmus, plenus, &c. mum plenum, concinnum, ſimplex, unimembre, uarium, illecebroſum, molle, flexile, lachrymabile, lugubre, acutum, ſtridulum, faſtuoſum, iritatorium, militare, tripudiatorium, ſpondaicum, * tro-

trochæũ chæicum, nuptiale, uinolentum.

I CAPVT DECIMVM, SPECIES ORGANORVM.

TIbiarum uero ſpecies, obliqua, lotinea, Libycorũ inuentum· ipſi uero hanc, πλαγίαλ·ρ nominãt· ἔλυμος, quæ materia ipſa è buxo eſt· Inuentores uero, ſunt Phryges· Sed & cornu utriſq; adnutans tibijs, huic tibiæ adeſt, in honorem Cybeles. ἱππό ορβος, quam Libyes tuguria habitantes inuenerũt· hac uero, apud equorum paſcua utuntur· eiuſq; materia, decorticata laurus eſt· cor ligni enim extractum, acutiſſimum dat ſonum, & equorum acrimoniæ conuenientem. Monaulus, Aegyptiorum inuentum eſt· Meminit huius in Thamyri Sophocles, Maxime uero nuptiale Carmen hac canitur: Fertur etiã Phryges, Tibiam lugubrem inueniſſe· qua ab ipſis accepta, Cares utuntur· Tibiæ enim cantus,



cantus, quo Cares utuntur, lugubris eſt. Ferina tibia, quã Thebani ex hinnuli membris compegerunt· ſed huius exterior pars, ære inducta erat. Cornu uero canere, Tyrrheni feruntur. Eſt & quædam tibia, Gingras, lugubrem & flebilem uocem fundens· Phœnicea quidem, iuxta inuentionẽ, Muſæ uero Caricæ perſimilis· Sed Phœnicum lingua Adonim, Gingram uocant· & ab hoc, tibia nomen deſumpſit. Scythæ autem, et inter hos maxime Anthropophagi, Melanchlæni, et Arimaſpi· aquilarum, ulturumq; oſſa, tibiæ in morẽ, inflant. Sed Arundinea ſyrinx, Gallis maxime competit, et

Oceani inſulanis. Cæterum * ab Aegyptijs multiſonans tibia, O- apud Ae-

ſiridis inuentum eſt, * et calamo hordeaceo· Vocantur etiã tibiæ, gyptios

citharistriæ, mediæ, ualidæ, perforatæ, ſemiperforatæ, fiſtulæ, è

perfectæ, pennatæ. Eſt & Athena, tibiæ genus· quo Nicophelem Thebanum, ad Mineruæ hymnum imprimis uſum ferunt. Sunt etiam ἰσλωθοὶ, tibiarum ſpecies.

DE HARMONIIS TIBICINVM, MOdulatoribus, modis Olympi, & reliquis. II

HArmonia porro, Tibicinũ eſt· Dorica, Phrygia, Lydia, Ionica, et continua· Lydia, quã Anthippus inuenit. Modulatio autẽ, Caſtoria eſt· qua Lacones in pugnis utũtur, ſub modo ſaltatorio. Theracia uero, Argolica eſt· quã in Proſerpinæ feſtis, in uere cantant. Modi uero, Olympi, et Marſij ſunt· Phrygij, & Lydij. Sed Sacodonomus, Pythicus eſt. Euij uero, ſunt circulares. Et Olympi, ſunt Epithymbij modi. Modus etiã eſt, Hieraxius, unus· Hierax uero Iuuenis mortuus eſt, ſed Olympi fuerat Familiaris, Diſcipulus, & Amator. Eſt cloca, modus Tibicinum, apothetus, & ſchœnius.

Carmen autem ſpondæum, Epibomium nominabis· * alium uero aliud

Teleſterium, * alium Cureticum, * alium autem Neniatum uo- aliud

cabis. Eſt & Phrygius modus, cuius Hipponax meminit. aliud

DE DIFFERENTIA HORVM. III

ERat uero & odontiſmus, modus quidam tibijs canendi. Et hactenus quidẽ quatuor, habuit tibia foramina, multis uero perforauit Diodorus Thebanus, obliquos ſpiritui meatus aperiẽs.

Cantus autem nuptialis erat, duabus tibijs canebatur, quarum alte
ra maior, abſoluebant ſymphoniam. Parœnij uero, paruæ erant u-
træq;, & æquales· Compotationibus enim, cõuenit æqualitas. Ad
Hymnos autẽ, idoneæ erãt ſpondæacæ· ad Pæanes, Pythicæ. quas
& perfectas nominabant, canebant uero ineptum illud Carmen
Pythicum. Choricæ uero, Dithyrambis conueniunt. Et ad parthe
nias tibias, ſaltabant Virgines· Puerilibus uero, Pueri accinebant.
Tibiæ autem perfectiſsimæ, Virorum choris cõpetebant. Quæ au
tem Cithariſtriæ dicuntur, citharæ accinũt. Paratretæ, luctu con
ueniebant, acutè & lentè inflatæ. Bombycibus uero inflatus, &
furioſus cantus, rectis opus habet tibijs. Nonnulli etiam tibias
gradarias, uocarunt eas, quibus in itineribus utuntur· & dactyli-
cas, quæ ad ſaltationes ſpectant· Alij uero hæc non tibiarum, ſed
modulationum, & carminum ſpecies eſſe aiunt. Tibias uero ſub-
theatricas, ad modos Tibicinum retulerunt. Sed Syrij aſperum
quoddam, & forte flare uidentur. Ginglarus autẽ, parua quædam
Aegyptia tibia eſt, ſimplici melodiæ conueniens. Et ſcytalia, par-
uarum tibiarum nomina ſunt.

## IIII DE TIBIAE CANTV, ET RV- dimentis.

POrro modi, tibiarum cantus ſunt· pulſationes, ſibilationes,
fremitus, niglari. Prima uero Tibicinum exercitamenta, ex-
perimentum, rudimentum. Athenis uero σιωαυλία quædam e-
rat, concentus Tibicinum in Panathenæis concinentium. Nonnul
li uero σιωαυλίαν, accentus ſpeciem eſſe putãt, ſicut et tibiæ can
tum. Sed & Meniambi, & Iambides, modi cithariſtrij ſunt, ad
quos tibia canebatur.

## V DE QVINQVE PYTHICIS CER- taminibus.

PYthici uero modi, qui tibia canitur, partes quinq; ſunt· rudi-
mentum, prouocatio, Iambicum, ſpondeũ, ouatio. Repræſen
tatio autem, eſt modus quidem pugnæ Apollinis cõtra Draconem·
& in pſo experimento locum circumſpicit, num pugnæ conueni-
ens ſit.



ens ſit. in prouocatione uero prouocat Draconem, ſed in Iambico
pugnat. Continet autem Iambicum, tubæ cantus, & odontiſmũ,
utpote Dracone inter ſagittandum dentibus frendente. Spondeum
uero, Dei uictoriam repræſentat· & in ouatione, Deus ad Victori
lia carmina ſaltat.

## CAPVT VNDECIMVM, DE TVBA. I

QVod uero tibijs & tuba competit, Tyrrhenorum
inuentũ eſt. forma autem, eſt recta, & reflexa·
ſed materia, æs & ferrum. lingulaq; oſſea eſt. Vo-
cabis autem tubæ ſonum, & ſonitum, bombum,
taratantara· & ſonum copioſum, robuſtum, ua-
lidum, grauem, auguſtum, uehementem, horrendum, terribilem,
bellicoſum, militarem, uiolentum, firmum, horridum, aſperum, tur
bulentum, & ſimilia. Partes uero militaris tubæ cantus, incitato-
ria uox· Vnde dixerunt, tuba ſignum dare· & tubæ ſignum dede-
runt, incitauerunt, excitarunt, concitauerunt. Adhortatoria uero,
quæ in pugnæ conflictu fit. Receptus autem ſignum, quod è pu-
gna reuocat. Sedatoria uero, caſtrametantium acclamatio. Eſt &
pompicus quidam cantus in pompis, & ſacer in ſacrificijs· quo Ae
gyptij, Græci, Tyrrheni, & Romani utuntur. Sed tuba utens, Tu-
bicen dicitur· & hinc uerbum, tuba canere. Cæterum qui in ſa-
cris canit, Sacro tubicen· ſed melius, ſacer Tubicen dicitur, diſiun
ctis dictiõibus. Et Menãder aliquos uocat, optimos Tubicines, Tu-
bicines prædatores. Quod ſi conuenit iucundi aliquid huic inſtru-
mento adijcere, Hiſtoriæ ſcilicet ſuauitatem· ex militari diſciplina
ad certamina, tubæ cantus peruenit, & in ſingulis certaminum ſpe
ciebus canitur talem ob cauſam· Hermon erat Comœdiæ Actor,
qui cum poſt multos ſortem agendi accepiſſet, à theatro aberat uo
cis experimentum ſumens. cumq; omnes, qui ante hunc erant, de-
feciſſent, Hermonem Præco reuocauit· hic uero non obediens,
mulcta ſcilicet hac perculſus, ut Certatores tuba reuocarẽtur, Au
thor fuit. & hoc in ſingula transferre ſtadia Tubicinem, quinqua
ginta cum ipſa tuba ſtadia tranſeuntem: quemadmodum & Hemo-

locrum, de Philopatre duobus ceciniſſe tibijs, Iſæus tradit. Sed Aglais Megaclei Filia, tuba ſatis ualidè utebatur, & certatoria, et pompica. Cæterum Megarenſi Herodoro tubam inflanti, difficile erat appropinquare, ob uocis horrendæ ſtuporem· Septem uero & decem coronatorum certaminū circuitus perſoluit: ſed magnitudine quatuor erat cubitorum, & urſinam ſubſternebat pellem, & leontina induebatur. ſex autem panis chœnices comedebat, octoq́; carnium minas, uini uero bibebat aliquot menſuras· ſono autem ſuo etiam maxima replebat caſtra, licet à longinquo caneret. Commendat autem hunc his maximè, urbium Expugnator Demetrius. hic etenim aliquando muro applicuerat quandam machinam, quæ & contumax, & moleſta erat· tunc ſanè Herodorus duobus arreptis telis, fortiſsimè ſua inflauit organa, tantóque Milites animi robore repleuit, ut impetu forti, & curſu ad machinam hanc ferrentur.

## I CAPVT DVODECIMVM, DE PRAECONE, ET IIS QVAE AB hoc dicuntur.

PRæconum genus, Mercurio ſacrum eſt· ſilentium autē promulgat in certaminibus, et ſacrificijs fœdera annūciat, inducias indicit, et Certatores deſignat. Et fuit quidem tubæ certamen antiquius, ſed ad honoris ſtudium Poſteri horum Præcones inſtituerunt· animaduertentes propter ſpiritus longitudinem, & multorum quæ circa templa habitant, expenſam, aliqua claritate opus eſſe. Prius quidem Inquilinis Præconem agentibus, ijs qui ſacrificia adminiſtrabant, primus peregrinorum in Olympijs decertauit Archias Hyblæus· tribusq́; continuis uicit Olympiadibus, & Pythio uicit Apollini· Erat etiam ei Pythica quædam imago, & Epigramma tale·

Hanc ab Hyblæo Archia Præcone, Euclei Filio
Imaginem lætus accipe Apollo, ob incolumitatem·
Qui ter in Olympijs certaminibus Præconem egit,
Neq; tuba ſuccinens, nec habens inſignia:

Nomina



Nomina autem à Præcone ſunt, præconium, Præconis præmium, & annunciatio, legatio, et promulgatio, cuiuſdam functionis ſunt nomina. Præconem agere, præconium promulgare, belli Præconem agere· non indictū Præcone bellum· Alicui bona per Præconem addicere, & abnegare· indicere bellum, inducias annunciare· Promulgare quietem, quod & indicere uocitant· uocare aliquem Certatorum, pronunciare Certatorem· abdicare Filium, et Nepotem. Sed nomen Abdicatus, Veteribus in uſu non eſt· ſed Theopompus Scriptor, hoc utitur· Verum nec Theopompus interpretationis amuſsim habet. Officium autem Præconū, promulgare uocauerūt. Et Iſæus alicubi, Promulgatores nominauit. προκηρύξαι uero, eſt à Præcone prouocari. Et ὑποκηρύξασθαι, ſilentiū indicere, aut aliquid publicum promulgare. Publica promulgans, ut Iſæus dixit. Inſuper Præcones, aliquis Interpretes. fœderū allatores, induciarum promulgatores, & Nuncios appellare poteſt· Horum uero uox, magna, ueneranda, excelſa, prælonga, extenſa, manifeſta, iuſta, continua, perpetua, intenſa. pronunciata ſine ſpiritus reciprocatione· & alia, quæcunq; de uoce dicta ſunt.

## CAPVT DECIMVMTERTIVM, I DE SALTATORE, ET SALtatione.

QVandoquidem & ſaltatio, muſicæ ſpecies eſt, de hac dicendum erit· Saltator, Saltatorius· ſaltare, ſubſilire, exilire· ſaltus, ſaltationis cātilenæ. * Tū etiam ſaltans, Iuxta Gratiarū ſaltationem, ut Euphorion inquit, ſaltantem Gratiarum pallijs: Saltatum, aſsiliens, orcheſtra, Saltatrix, ſaltandi Præceptor· formare, figuras exhibere· uenuſtas, commenſuratio, concinnitas. Nutare, ſimul abnuere, repræſentare, deducere, caput transferre, circumferre, circuitione uti, manuum circumductione ſalire, tripudiare· Tripudiatio, ſpecies eſt ſaltationis, quæ in armis fit. Saltatorē prætere nominabis, leuem, agilem, ſaltatorium, aptum, concinnū, bene compoſitum, mollem, multiformem, euidentem, repræſentatorem,

Forté

rem, oſtenſorem, exhibitorem· Omnigenũ, conuerſibilem, mutabilem, popularem, Populi delectatorem, mollibus membris præditum, turbas delectantem, facilem, promptum, propenſum, flexibilem, uolubilem, emollitum, manibus celerem, uolipedem, bono capite præditum, bene conſtitutum, æqualiter cõſtitutum, decorum, lentũ, & ſi quæ ſunt ſimilia. Rem uero uocabis, leuitatem, agilitatem, ſaltationem, ſaltũ, commenſurationem, concinnitatem, uenuſtatem, mollitiem, euidentiam, delectationem, cœtum, repræſentationem, manifeſtationem, demonſtrationem, facilitatem, promptitudinem, lenitudinem, circumductionem, inflexionem, tranſlationem, manuum agilitatem, bonam pedum manuumq; diſpoſitionem, manuum uelocitatem, bonam & æqualem conſtitutionem, compoſitionem bonam. Porro uerbaliter dices, leuem eſſe, agilem eſſe, ſaltare, repræſentare, demonſtrare, exhibere, oſtẽdere, præferre, corpus torquere, inflectere, & infringere. Et aduerbia, ſaltatorie, uenuſte, uarie, concinne, apte, molliter, euidenter, demonſtratiue, manifeſte, publice, iucunde, facile, leuiter, bene, & æqualiter, ordinatim. ſed quæ ab alijs deriuantur, dura ſunt.

## CAPVT DECIMVMQVARTVM, DE SPECIEBVS SALtationis.

SPecies uero ſaltationũ, cõcinnitas, tragica, cordaces, comicæ, militaris, Satyrica, ſaltationes armatæ. Pyrricha uero, & Teleſias, cognomina ſunt duorum ſaltationis ludicũ, Pyrrichij ſcilicet, & Teleſij. Dicitur etiã, gladiatoria ſaltatio, et pedeſtris· & ῥικνοῦσθαι, quod eſt lumbos fortiter circũagere. Erat et comus, ſaltationis ſpecies· et Tetracomus, Herculi ſacer, et militaris·
bedycomus Fuit etiam comaſtica, pugnã, et plagas habens· & * dycomus, quæ ſuauior erat. Cniſmus, et Oclaſma. ſic enim in Proſerpinæ feſtis, ſaltatio Perſica nominatur· et Conſonans, quam et Mollẽ uocant.
de Hercule Et ſaltatio, φαλικὸν, in honorem Bacchi· Et Victorialis, * Herculi. Et Colabriſmus, Thracia ſaltatio, et Carica· ſed et hæc armata erat.



erat. Et Bauciſmus, laſciua ſaltatio Bauci Saltatoris. Et cognomine comus, delicata quædam ſaltatio, corpus emolliens. Sed & bactriaſmus, apocinus, et apoſiſis, laſciuæ ſaltationũ ſpecies, per lumborum circumuolutionem· & uolubilis. Sed mothum, moleſta, nauticaq; ſaltatio. Geranum uero, ſecundum multitudinem ſaltabant ſinguli, ſingulos ordine conſequentes· extremitates utraſq; tenentibus Theſei Ducibus, primumq; circa Apollinis aram Labyrinthi egreſſum imitantibus. Sed Dipodia, ſaltatio Laconica eſt. Erat & gingras, ad tibiam ſaltatio, idem cum tibiæ modulatione nomen habens. Hecaterides uero, et thermaſtrides, intenſæ ſaltationes ſunt. illa quidem, manuum commotionem exercens· Thermeſtris uero, ſaltatoria eſt. Eclactiſmata, Mulierum ſaltationes ſunt· oportebat autem ſuper humerum excalcitrare. Bibaſis uero, Laconica quædam ſaltatio erat· cui & brauia præpoſita erant, non Iuuenibus modo, ſed et Virginibus. ſaltare autẽ oportebat, pedibuſq; nates contingere, ſaltusq; numerabantur· unde uni harũ inſcriptio erat, Mille ſaltantes greſſus: Pinacides etiam ſaltabant, ſed ignoro, an ſuper lances, ſiue lances ferentes· Nam de cernophora ſaltatione ſcio, quod ἴερνα, uel craticulas ferebant, quæ ἴερνα appellabantur. Ionicum uero, Dianæ ſaliebant· imprimis Siculi. Angelicũ porro, Angelorum referebat formas. Sed morphaſmus, omnigenũ erat animaliũ imitatio. Erat etiam ſcops, quam eandẽ ſaltationis ſpeciem, et ſcopiam nominabãt· et quandam colli habebant circumuolutionem, ad auium imitationẽ, quæ cum ſtupore quodam ſaltatur. Sed leo, truculentæ cuiuſdam ſaltationis ſpecies eſt. Erant etiam ſaltationes quædam Laconicæ, Demalea· quibus Sileni inerant, & poſt hos Satyri circulatim ſaltantes· Et Ithymbi, in Bacchi honorẽ· & Cariatides, Dianæ· Atq; Baryllica, inuentum Baryllichi· Mulieres uero ſaltabant Apollini, & Dianæ. Hypogypones autem, Senum baculis innitentium formã habebant· Gypones uero, ligneis incedentes membris ſaltabant, pellucida induti ueſte. Et Menes, Charinorum ſaltus, eodem, quod Inuentor Athleta habuit, nomine præditus. Saltatio porro Dithyrambica, Tyrbaſia dicitur. Imitatricem

præterea uocarunt, qua imitabantur, in furto partium relictarum
captos· ſplendidorem uero, quam nudi ſaltitabãt cum turpiloquio.
Erat etiam fiſſilia trahere ligna, choricæ ſaltationis ſpecies· oporte
bat autem Saltatorem alternare tibias. Præterea Tragicæ ſaltatio-
nis figuræ ſunt, Sima, Chirocalathiſcus, Manus obliqua, Duplex
ligni præhenſio, Termauſtris, Cybiſteſis, Quatuor trãſcendere:
Tetracomus autem ſaltationis ſpecies, ignoro, num Athenienſium
tetracomis conueniat· qui erant, Peraes, Phaleres, Oxypeteones,
Thymitadæ, & reliqua.

## I CAPVT DECIMVMQVINTVM, DE CHORO, CHORAGO, & talibus.

HVc quoq; pertinent, Chorus, Chori congrega-
tio, cœtus, Choricum Carmen, choreas ducere,
Choragus, Chori Collega, Chori Dux, Chori
ductio· Choragiũ autẽ, locus ipſe dicitur, inquo
Choragi apparatus eſt. Πρόχορον uero, & Συγ
χορήγιαν, Ariſtophanes Saltatricẽ nominauit Princeps Chori,
Chori Coryphæus, Chorum congregans, Chori congregator,
Præceptor, Vicarius, Chori Inſtitutor· dextræ partis Præſes, ſini
ſtræ alæ Dux, laterũ Præſes. Ternarius· & Mulierem Ternariã,
uocauit Ariſtophanes: Iuuenilis Chorus, uirilis, comicus, tragicus·
Et Semichorus, Chori diuiſio, alterna Chori reſponſio· Sed hæc
tria, hoc eſſe uidẽtur, ut Choro in duas partes diuiſio· hoc quidem
opus, Chori diuiſio· utraq; uero pars, Semichorus· ſed quæ alter-
nis cantant, Ἀντιχορία uocentur. Τριχορίαν autem Tyrtæus,
tres Laconum Choros conſtituit, iuxta ætatem ſingulos· Pueros
ſcilicet, Viros, Seneſq;. De choro uero, et ſymphonia, Cõcentus,
& tibiarum conſonantia. Et Chori quidem ingreſſus, acceſſus no
minatur· ſed qui neceſſitate euenit exitus, utpote redeuntiũ denuo,
ſeceſſio· Qui uero poſt hanc eſt introitus, acceſſus reciprocus· exi
tus autem poſtremus, diſceſſus. Cæterum Introductio in Fabulis,
eſt res rei connexa. Et Carmen quoddam exodium, quod exeun-
tes can-



tes cantant. Sed partes Chori ſunt, ordo, & iugum. Et Chori tra-
gici, ſunt * iuga quinq; ex tribus, et ordines tres ex quinq;. Quin- 6
decim enim, Chorum conſtituebant· Et iuxta tres ſimul introibant
perſonæ, ſi ſecundum iuga acceſſus fieret· ſed ſi ſecundum ordi-
nes, tum quinq; ingrediebantur· Euenit etiam, ut per unum ſolum
ingreſſum facerent. Comicus porro Chorus, uiginti quatuor con
ſtabat perſonis, et iuga habebat ſex· iugaq; ſingula, ex quatuor con
ſtabant· Ordines uero erant quatuor, quilibet ſex Viros cõtinens.
Cæterum ſi quartæ perſonæ loco, aliquem è Choro canere opor-
tebat, paraſcenium hoc negocium nominabatur. Quod ſi quartus
hiſtrio aliquid obloqueretur, παραχορήγημα dicebatur· et hoc fa
ctum fuiſſe ferũt, in Aeſchyli Agamemnone: Sed apud Veteres in
tragico Choro quinquaginta erant, uſq; ad Aeſchyli Eumenides·
ſed turba ad harum multitudinem, obſtupefacta, lege ad minorem
redactus eſt numerum.

## CAPVT DECIMVMSEXTVM, DE I CHORICIS CARMINIBVS.

CArminũ uero in Choris decantatorũ, apud Co-
micos quidẽ unũ eſt, Trangreſſio· cũ ea quæ Po-
ëta ad theatrũ loqui inſtituit, Chorus præteriẽs
eadem dicit· Et decorè hoc Comici Poëtæ fa-
ciunt, Tragicum uero nõ eſt, hoc tamen in mul-
tis Fabulis fecit Euripides· in Danae quidem Chorum muliebrem,
pro ſe loqui inſtituens, oblitus ſcilicet, quod orationis figura Mulie
res ceu Viros loqui feciſſet. Et Sophocles idẽ propter contentionẽ,
quæ ei cum illo fuit, nonnunquã fecit, ueluti in Hippone: Tranſ-
greſſionis porro Comicæ, partes ſeptẽ ſunt· Inciſum, Trãſgreſſio,
μακρὸν, Stropha, Epirrhema, Antiſtropha, Antepirrhema· E qui-
bus inciſum quidem, eſt præparatio quædã breuioris partis· Tranſ
greſſio autẽ, plerunq; in Anapæſto metro conſiſtit & licet in alio
conſtet, Anapæſtum tamen nominatur. Quod autem macrum di-
citur, poſt trangreſſionem, breuis quædam eſt cãtiuncula uno de-
cantata ſpiritu. Strophæ uero interius præcantatæ, Epirrhema in

Tetrametris ſubſequitur · Antiſtrophaq́; ipſi reſpondente ſtrophæ, antepirrema, ⁎ ultima tranſgreſſionis pars eſt, inducitur.

quæ

## I CAPVT DECIMVMSEPTIMVM, DE HISTRIONIBVS, ET hiſtrionica.

EX horũ etiam ordine ſunt, Hiſtriones, Hiſtrionica ars, ars repræſentatoria. Et Iambæa peragere, diſponere, formare, uerba facere, uerba proferre, concitare · continuare ſermonem, intenſe, uno ſpiritu · Subſilire, repræſentare, oſtendere, nutare, ſubſannare, imitari, illinire, et his ſimilia. Sed στιχομυθεῖν, uocauerunt alternis reſpondere Iambis · & rem ipſam, στιχομυθίαν. Dicẽs præterea, grauiſonans Hiſtrio, reſonans, circumſonans, ſuppreſſa uoce loquens, curioſe loquens · Et grauiter uel tenuiter ſonans, muliebri uoce præditus, & duriter loquens · & quæcunque alia, de uoce dicta ſunt. Porro attollere uocem dixerunt, & ſupprimere uocem, ſuffocare uocem. Et Ariſtophanes etiam dixit, Eloquere tu uocem reſoluens: Et idem, Vox præualuit:

## I CAPVT DECIMVMOCTAVVM, DE HISTRIONVM APPARATV.

HIſtrionum porro apparatus, ſiola · & hæc eadem, ſomatiũ nominatur. Sed Apparator eſt, qui perſonas inſtituit. Dicere etiam licet, perſona, perſonata facies, facies ficta, larua, & Gorgoneum.

## II DE CALCEAMENTIS, ET VEſtibus tragicis, & comicis, atq; reliquo apparatu.

ET calceamenta quidem tragica, cothurni, ſoleæ · Sed ſocci, ſunt comica. Et ueſtes tragicæ, uariegatum, ſic enim nominant tunicam · exteriores uero ueſtes, talaris, tincta, ſagum, chlamys, deaurata, auro intertexta, purpurea, tiara, uitta, redimiculum mitra, reticulum, hoc autem complicatum erat è funiculis, inſtar retis,



retis, totũ corpus ambiens · quo Tireſias amiciebatur, aut alia perſona uaticinatoria. Sinus autem, ubi tunicas conſtringebant, Atrei, Agamemnones, et alij qui tales erant. Ephaptis, uelamen quoddam Phœniceũ, purpureum'ue, quod manibus circũuoluebant Milites, aut Venatores. Crocota uero, ueſtis genus · quo Bacchus uſus eſt, & axillari ſplendida, thyrſoq́;. Sed qui aduerſa fortuna utebantur, lugubri ueſte alba, imprimis tranſugæ · aut pulla, nigra, melina, uel fuſca induebantur. Cæterum detrita erat ueſtis, Philoctetis, & Telephi. Inſuper & nebrides, diphtheræ, gladij, ſceptra, haſtilia, arcus, pharetræ, caducei, & clauæ, & leoninæ pelles, & omnium armorũ inſtructio · tragici apparatus, qui Virorum eſt, partes ſunt. Muliebris porro apparatus eſt, ſyrtus purpureus, & circa cubitum albus, Fœminæ ſcilicet Principis · Calamitoſæ uero, ſyrtus erat niger · amiculum autẽ, fuſcũ, aut melinum. Sed ueſtis Satyrica eſt, Nebris ⁎ · quam & bizanem nominant, & ⁎pellis hircina, nonnunquam & ⁎pardalea adiuncta. Et uenatoria, Bacchi ueſtis. Atq; ſagum ſplendidum, ueſtis purpurea. Et chortæus, tunica denſa, qua Sileni induebãtur. Veſtis præterea comica, exomis. eſt autem tunica alba ignobilis, in ſiniſtro latere ſutelam non habens. Senum autem indumentum, ueſtis eſt retorta, purpurea, uel nigra aliqua. Purpurea ueſtis, Iuniorum indumentum eſt. Pera, fuſtes, diphthera, ad Ruſticos pertinent. Veſte autem purpurea, utebantur Iuuenes. Sed paraſiti, nigra, pulla'ue · præterquã in Sicyonio, alba, cum paraſitus nuptias celebraturus eſſet. Cæterum ſeruorum exomidi, ueſtis quædam adiacet alba · quæ ἐγκόβωμα, uel amiculum dicitur. Coquo autem, duplex, & rudis ueſtis eſt. Mulierum præterea comicarum ueſtis, anuum quidem, melina, cærulea'ue · præterquàm Sacerdotum, harum enim alba eſt. Lenæ porro, uel meretricum Matres, uittã quandam purpuream capiti induebant. Iuuenum uero ueſtitus, albus, aut byſſinus · ſed hæreditariorum, albus, & fimbriatus. Lenones autem, tincta tunica, et amiculo ſplendido induuntur, uirgamq́; rectam gerunt · quæ ἄρεσκον nominatur. Paraſiti porro, & pectinem, & lecythum habent · ſicut et Ruſtici, Pe

caprina pellem hircinam pardaleam textam

dum: Nonnullæ etiam Mulieres, armillam habent et ſymmetriam, quæ eſt tunica talaris purpuream fimbriam habens.

## I CAPVT DECIMVMNONVM, DE THEATRO, ET QVAE circa hoc.

QVoniam uero Theatrum, nō minima Muſicorum pars eſt· hoc etiā appellabis theatrū, et Theatrū Dionyſiacū, & Lenaicum· multitudinē uero, ſpectatores. quos Ariſtophanes, Συνθεάτριαν uocauit· ut iam non modo ſpectatorem, ſed & ſpectatricem appellare liceat. Plato uero, Theatri occupationem uocauit· ſcalas autem, Gradus, & Sedes, & Sedilia: Et ἐδωλιάζειν, pro conſidere dicitur. Lignum porro primum, ſedes prima eſt, imprimis tamen Iudicum · Vnde primum Aſſeſſorem, πρωτόβαθρον nominauit Epicrates, Comœdiæ Inſtitutor: Nimirum autem de theatro uſitate dicitur, ſedilia talis pulſare, quod πτερνοκοπεῖν appellauerunt· Hoc autem aliquem explodentes faciebant, unde et explodere, & exibilare dicitur. Dicebatur etiam theatri pars quædam, ſenatoria, & iuuenilis. Cortinam uero, & * Auleum nominare licet, ſecundū Hyperidem in Patroclo dicentem ſic· Nouem porro Principes in Stoa conuiuabantur, auleo alterutram partem circumſepti:

*Aulæam

## II DE PARTIBVS THEATRI.

PArs theatri, et porta, fornix, inciſio, culmina, ſcena, orcheſtra, pulpitum, proſcenium, paraſcenia, hypoſcenia · Et ſcena quidem, hiſtrionum proprie eſt · ſed orcheſtra, Chori. in qua & θυμέλη eſt, quæ aut tribunal quoddam eſt, aut ara. Poſt ſcenam uero, ara ἀγυιεὺς eſt, ante ianuas et menſa, corollas ſuſtinens. quæ aut θυωρὸς, aut ſacra nominatur. Eleus autem, menſa erat antiqua· quam aliquis Vatis loco aſcendens, Choro reſpondebat. Hypoſcenium autem, columnis, et imaginibus ornatum erat, ad theatrum conuerſum, pulpito ſubiacens. Trium uero circa ſcenam ianuarum, media quidē, * regia, cauerna, aut domus inclyta, uel primum

*aut



mum actū abſoluens dicitur· Dextra uero, ſecundi actus diuerticulum eſt· Sed ſiniſtra, aut uiliſsimā perſonam, aut templū deſolatum habet aut deſerta eſt. Cæterū in Tragœdia, dextra quidē ianua, hoſpitium eſt· carcer uero, ſiniſtra. Sed tentorium in Comœdia domui adiacet tapetijs repræſentatum, & iumentorum ſtabulum eſt. eiusq; ianuæ maiores, uidentur κλισιάδες dictæ, ad curruum ingreſsionem, & apparatus. Cæterum in Antiphanis Aceſtrijs, etiam officina erat id, quod tentorium dicitur· Quod antea bobus agreſtibus, & aſinis ſtabulum fuerat, fecerat officinam. Apud utranq; uero duarum ianuarum, quæ in media ſcena ſunt, etiam aliæ duæ ſunt. Vtrunq; una, ad quas uerſatiles machinæ compactæ· ſunt· dextra quidem ea, quæ extra urbem ſunt repræſentans· ſiniſtra uero ea, quæ ex urbe ducit, maxime quæ ex portu, & Deos inducit marinos, & alia omnia, quæ grauiora exiſtentia, machina ferre nequit· Si uero machinæ hæ uerſatiles conuertantur, dextra quidem locum mutat, utræq; uero locum ſubalternant. Ingreſſuum porro, dexter quidem, ex agro, è portu, aut ex urbe ducit· qui uero aliunde pedites ueniunt, iuxta alterū ingrediūtur. Ingreſsi autē iuxta orcheſtrā, ad ſcenam per ſcalas aſcendunt · Scalæ autē greſsus, gradus uocantur. Præterea inter theatri partes quoq; numeretur, pegma, & machina, exoſtra, ſpecula, murus, turris, ſpecula directrix, duas cōtignationes habens domus, turris fulminea, tonitru, Deorum ſedes, grus, penſilia, tapetia, ſemicirculus, ſtrophium, ſemiſtrophium, & ſcalæ Charoniæ, & anapieſmata. Sed pegma ſupra ligna quædā, alta ſcala eſt, cui thronus inſidet· exhibet uero ſecreta, quæ ſub ſcena in domicilijs fiunt. & huius officij uerbū eſt, in orbem circumuolui. Machina autem, ſuper quam pegma inducitur, ἐκκύκλημα nominatur. & hoc iuxta ſingulas ianuas obſeruandum eſt, et ferè iuxta ſingulas domos. Machina uero, Deos exhibet, Heroës illos aërios· Bellephorontes ſcilicet, et Perſeos. & dicitur iuxta ſiniſtrum introitū, ſuper ſcenam eſſe altitudine. Quod uero in Tragœdia, machina· hoc in Comœdia, crade dicitur· Vnde patet, quod ficus imitatio eſt· Ficum etenim, Attici κράδην uocant.

Cælius Li. V, Cap. VIII.

cant. Exoſtram porro idem, quod pegma, eſſe uolunt. Sed ſpecula,
ſpeculatoribus, aut alijs, quicunq; ſpeculantur, extructa eſt: Cate
rum murus, turriſq;, ut ueluti de alto uidere liceat. Specula porro
directrix, ipſo nomine officium ſuum refert. Diſtegia uero, non-
nunquã in regia domo duplex cœnaculum, ueluti à quo Antigone
in Phœniſſis exercitum ſpeculatur· nonnunquam uero dolium eſt,
à quo tegulis deijciunt. Cæterum in Comœdia, à diſtegia lenones
quidam proſpiciunt, & uetula Mulier deſpicit. Machina autem ful
hoc minea, & tonitru. illa quidem, eſt alta uerſatilis machina· * hæc
uero in poſteriore parte ſub ſcena, urnæ ſunt lapillis plenæ, qui
impulſi, per ænea uaſa delabuntur. Ex Deorum autem ſede, quæ
ſcenam excellit, apparent Dij· utpote Iupiter, & qui circa ipſum.
Grus præterea, machina quædam eſt, ex alto demiſſa, ad corpo-
ris alicuius raptum idonea· qua Aurora uſa eſt, corpus Memnonis
rapiens. Penſilia uero, nominabis funiculos, qui ex alto depen-
dent, ut eos ſuſtineant Heroës, Deoſ'ue, qui in aëre ferri uiden-
tur. Tapetia autem, panni erant, aut tabulæ picturas continentes,
ad Fabularum uſum utiles· ſupraq; uerſatiles demittebatur machi-
nas, montem referens, mare, fluuium, aut aliud huiuſmodi. Semicir
culo uero, figura nomẽ dedit. ſed huius locus, iuxta orcheſtram·
uſus autem, eminus oſtendens urbis aliquẽ ſitum, aut in mari natan
tes· Quemadmodum & ſtrophium, quod Heroës continet, & in
Deorum numerum tranſcriptos, aut in mari uel bello obeuntes.
Gradus porro Charonij, iuxta ſediliũ deſcenſus poſiti, Manes *
à ſe ab ipſis emittunt. Sed anapeiſmata. hoc quidem in ſcena eſt, ueluti
fluminis tranſgreſſionem repræſentans, aut aliud huiuſmodi· illud
uero circa ſcalas eſt, per quas aſcendunt Furiæ.

## III DE PERSONIS TRAGICIS.

PErſonæ porro tragicæ ſunt, Vir tonſus, albus, Spartopolius,
Vir niger, flauus, Vir flauior· & hi quidem, Senes ſunt. Ton
ſus, eſt maximus natu inter Senes, albiſſimam comam habens, &
crines ὄγκῳ adiacentes· ὄγκος autem, eſt ea, quæ ſupra faciem
eſt, alta prominentia· Sed barba, ad cutim uſq; detonſa eſt, & ge-
nas



nas habet pendulas. Vir autẽ albus, totus quidem canus eſt· ſed cin
cinni circa caput ſunt, barba denſa, & ſupercilia pendula, color al
bus, ſed faciei prominentia breuis. Sed Spartopolius, canorum na-
turam refert· niger uero eſt, et ſubpallidus. Vir porrò niger, à colo-
re nomen habens, criſpus barbam & capillitium, aſpera facie, &
magna faciei prominentia præditus. Vir autem flauus, flauos cin-
cinnos habet, & faciei prominentiã minorem, & boni coloris eſt·
Cæterum flauior, per alia quidem huic ſimilis eſt· magis autem pal
lidus, & morbidos repræſentat. Præterea Iuuenum perſonæ ſunt,
perbenignus, criſpus, tener, horridus, ſecundus horridus, palli-
dus, ſubpallidus· Et perbenignus, Iuuenum natu maximus eſt, im-
berbis, boni coloris, nigreſcens, denſos & nigros capillos habens·
Sed criſpus, flauus, faſtuoſus· pili faciei prominentiæ adhærent,
ſupercilia extenduntur, & facie terribilis· Subcriſpus uero, alijs
quidem ſimilis huic, ſed magis iuueneſcit. Tener autem, cincinnis
flauus, albus, hilaris, pulchro decorus Genio. Sed horridus, faſtuo
ſus eſt, ſubliuidus. ſubtriſtis, ſordidus, flauicomus, flaua coma de-
corus· Horridus autem ſecundus, in tantũ priori tenuior eſt, quan-
tum eſt iunior, & crinitus. Cæterum pallidus, macilentus eſt, co-
matus, ſubflauus, morbidum colorem referens, inſtar idoli aut uul-
nerati· Subpallidus autem, alijs quidem perbenigno ſimilis eſt· pal-
let uero, ueluti ægrotũ, aut amantẽ repræſentans. Seruorum præ-
terea perſonæ ſunt, Diphtherias, Barbã intortã habens, Reſimus·
Diphtherias ſane, faſtum nullum habens, uittam habet piloſq; al-
bos depexos, faciem ſubpallidam et liuidam, naſum aſperum, capi-
tis uerticem ſublimem, oculos tetricos· ſubpallidus autem eſt, &
barba ſenium quoddam oſtentans. Sed torta barba inſignis, floret,
frontem habens altam & latam, ſed in circuitu excauatam· flauus,
aſper, rufus, Angelum repræſentans. Reſimus uero, eſt faſtuoſus,
flauus, & è medio crines eriguntur· imberbis eſt, ſubrufus, & hic
nunciũ agit. Mulierũ porro perſonæ ſunt, Cana crinita, Anus libe
ra, Anus ſerua, Media, Diphtherita, Comata, Pallida, Nuper uio-
lata, Iuuenis Virgo· Cana crinita quidem, alias excedit omnes, &

cc ætate,

ætate, & dignitate albis crinibus prædita, modicam habens frontem, ſubpallida. olim uero, nitida uocabatur. Anus uero libera, ſubflaua eſt colore ipſo, & canitie frontem habens paruam, crinesq́ ad ſcapulas dependentes, et calamitatem aliquam arguit. Sed Anus Famula, uittam ex agninis confectâ pellibus ante frontem habet, & carne rugoſa eſt. Mediæ præterea ætatis Famula, breue ſupercilium color albus, ſubpallidus, & non omnino canus. Cæterum diphtheritis, hac iunior eſt, et ſupercilium nō habet. Comata autem, pallida, nigris comis prædita, uultu triſtis, et colorem à nomine habet. Media Mulier, pallida, comatæ perſimilis, niſi quod * ætatis medio magis temperata eſt. Sed mediæ ætatis Virgo, nuper uiolata cæſariem quidem habet propriam ante ſe, & non pallorem. Iuuencula porro, pro frontali pilorum tinctorum diſcrimen habet, et breuibus in circuitu amicta eſt, & colore ſubpallida. Altera uero Iuuencula Virgo, in reliquis ſimilis eſt, præterquam in crinium diſcrimine, & cincinnorum ambitu, ueluti ſæpius infortunium paſſa. Puella autē, iuuenilis perſona, qualis Danaës fuit, pulchra Puellula. Sed perſonæ factitiæ ſunt, Actæon cornutus, Phineus cæcus, aut Thamyris hunc quidem oculum cæſiū: illum uero nigrum habens. Aut Argus, multis oculis inſignis aut Tyro, genis liuida, apud Sophoclē: hoc uero à Nouerca per ferri plagas perpeſſa eſt. Et Euippe, Chironis Filia, in equum transformata apud Euripidem: aut Achilles, ſuper Patroclum inornatus aut Amymone, aut Fluuius, aut Mons, aut Meduſa, aut Iuſtitia, uel Mors, uel Furia, uel Rabies, uel Oeſtrum, uel Iniuria, uel Centaurus, ſeu Titan, aut Gigas, aut Indus, uel Triton. Mox etiam huc pertinent, Ciuitas, Priamus, Suadela, Muſæ, Horæ & Nymphæ Mithaci, Pleiades, Fraus, Ebrietas, Ignauia, & Inuidia. uerum hæc, etiam Comica eſſe poſſunt.

* è medio raſa eſt.

IIII

## DE PERSONIS SATYRICIS.

PRæterea Satyricæ perſonæ, Satyrus canus, Satyrus barbatus, Satyrus imberbis, Silenus, Anus. Reliquæ uero perſonæ ſimiles ſunt, niſi eorum quorum differentiæ per nomina exprimuntur:

muntur



muntur quemadmodū Papposilenus, ipſa forma magis ferinus eſt.

## DE PERSONIS COMICIS.

COmicæ porro perſonæ, Veteris quidem Comœdiæ plerunque hominibus, quos ſuggillabant, ſimiles erant, aut maiori cum ludibrio effingebantur. Nouæ uero Comœdiæ, Pappus primus, Pappus ſecundus, Dux, Senex, Barbatus uel Barbam quatiens, Hermoneus, Intortā barbam habens, Lycomedeus, Leno, Hermoneus ſecundus: hi quidem Senes. Pappus quidem primus, maximus natu, ad cutim detonſus, iucundis ſupercilijs præditus, piloſus, tenues genas habens, oculis triſtis, colore albus, facie & fronte ſubhilaris. Pappus autem ſecundus, macilentior, & acrior aſpectu, & triſtis, ſubpallidus, barbatus, rufus, et auribus fractis. Dux uero eſt Senex, pilorum coronam circa caput habens, incuruus, lata facie præditus, & ſuperciliū attollit dextrum. Decrepitus præterea, barbam promiſſam habens, & uibrans, pilorum corona capite cinctus barbatus eſt, & non attollit ſupercilia, ſed aſpectu ignauior uidetur. Sed Hermoneus, recaluaſter, barbatus, ſupercilia attollit, aſpectu aſper. Leno contrà, per omnia Lycomedeo ſimilis eſt, ſed labia diſtorquet, & ſupercilia contrahit, & recaluaſter eſt, uel caluus. Hermoneus autem ſecundus, detonſus eſt, & barbam intortam habet. Sed qui barba intorta præditus eſt, recaluaſter, ſupercilia extenſa, acuto mento præditus, & difficilis. Lycomedeus uero, criſpam barbam habens, longo mento conſpicuus, alterū extendit ſupercilium, & curioſitatē repræſentat. Iuuenū autem perſonæ ſunt, Perbenignus Iuuenis, Niger Iuuenis, Iuuenis criſpus, Tener, Ruſticus, Minax, Secundus adulator, Paraſitus, Imaginarius, Siculus. Et perbenignus quidem ſubrufus, gymnaſticus, ſubfuſcus, paucas ſub fronte rugas habens, et pilorum coronam, ſuperciliaq́ extendens. Sed Iuuenis niger, iunior, ſupercilia demittēs inſtituto, aut gymnaſijs exercitato ſimilis. Iuuenis autem criſpus, pulcher Iuuenis, colore rubeus, & crines nomini ipſi reſpondentes, ſupercilia extenduntur, et una ſub frōte ruga. Iuuenis uero tener, pilos habet ſicut perbenignus, omnium autem natu minimus,

albus, in umbra nutritus, teneritatem repræſentans· Ruſtico uero, color ingreſcit· ſed labia lata, naſus ſimus, & pilorum corona. Minaci uero Militi, & erroni exiſtenti, color, & coma nigra eſt· pili concutiuntur, quemadmodum et minaci ſecundo, qui tenerior eſt, & comam magis flauam nutriens. Adulator autem, & paraſitus, nigri, non tamen extra palæſtram ſunt, incurui, & condolentes· Sed paraſito, aures magis contuſæ ſunt· & hilarior eſt, ſicut & adulator, ſuperciliaq; malignius diſponit. Imaginarius autē, transforatas genas habet, et mento raſus eſt· ſplendidè autem amictus eſt, & peregrinus. Cæterū Siculus, paraſitus tertius eſt. Seruorū porro perſonæ Comicæ, Pappus. Dux, Famulus, Tenuis aut Suppreſſus, Famulus criſpus, Famulus medius, Famulus ornatus capillis, & Minax Dux· Pappus quidem, ſolus ſeruorū canus eſt, & Libertum refert· Dux autem, ſpiram habet ruforum capillorum, ſupercilia attollit, frontem contrahit· talisq; omnino inter ſeruos eſt, qualis inter liberos Senex Dux. Tenuis uero aut ſuppreſſus, recaluaſter, eſt, rufus, ſupercilia attollens. Sed Famulus criſpus, capillis criſpus eſt· ſunt uero rufi, ſicut & color· & recaluaſter eſt, & peruerſus facie. Cæterum Famulus medius, caluus, & fuluus eſt. Famulus autem ornatus, niger, caluus, peruerſus facie· duos aut tres nigros in capite cincinnos habens, & ſimiles etiam in mento. Minax porro Dux, Famulo Duci ſimilis eſt, præterquam in capillis. Præterea Mulierum perſonæ ſunt, Anus macilenta aut lupa, Anus pinguis· Anus domeſtica, aut domi deſidens, aut acris. Lupa quidem procera, rugæ tenues & crebræ, alba, ſubpallida, tortuoſos habens oculos. Cæterum Anus pinguis, pingues in ſe rugas habet, & uittam crines continentem. Anus autem domeſtica, utriſq; maxillis ſima, & utrinq; duos habet dentes molares. Iuuenum porro Fœminarum perſonæ, Dicax, Criſpa, Virgo, falſa Virgo, Secūda Falſa Virgo, Spartopolia eloquens, Pellex, Scortum nobile, Scortum maturum, Deaurata meretrix, Meretrix redimita, Lampadiū, Aura uirginea, Famula calculatoria. Dicax quidē, eſt comata, nonnihil crines abſterſa, ſupercilia erecta, & color albus· Criſpa autē, capillitio diſcerni-

cerni-



cernitur· Sed Virgo, diſcrimen habet redimitæ comæ, erecta ſupercilia & nigra, atque ſubpallidam colore albedinem. Cæterum falſa Virgo, albior eſt colore, & circa ſinciput colligat crines, & Nuptæ ſimilis eſt· Secunda autem falſa Virgo, ſola capillorum confuſione cognoſcitur. Spartopolia autem, dicax, nomine ipſo formam refert, indicat autem meretricem arte emeritam. Sed pellex, huic aſſimilis, et crinita eſt. Scortillum porro nobile, falſa Virgine rubicundius eſt, et cincinnos circa aures habet. Meretricula uero, minus culta eſt, uitta caput cohercens. Deaurata autem meretrix, multū auri in capite geſtat· Sed redimita meretrix, uariegata uitta caput uelat. Lampadium autem, forma capillorum connexionem in acutum deſinentem repræſentat, unde & nomen ſortita eſt. Cæterum aura uirginea, Famula eſt emptitia, alba tunica ſola, et ſuccincta utens. Famula uero calculatoria, pilos diſcriminat· ſima uero eſt, & meretricibus ſeruit, tunica coccinea accincta.

## CAPVT VICESIMVM, DE ASTRONOMICIS NOMINIBVS.

EX aſtronomia præterea nomina deriuantur, Aſtronomus, Aſtronomica, Aſtranomicus, aſtronomicè, aſtris intentum * eſt· aſtronomiæ deditiſſimus, aſtronomia, meteorologia, de ſublimibus diſputans, ſublimiter, ſublimia tractans· Aſtrorum conſideratio, phyſiologia, Phyſicus, phyſice· aſtra, ſtellæ, ſtellarum circuitus, circumactio. Stellarum conſtitutio, defectus, propinquitates, diſtantiæ, ſpecies, formæ· figuræ ſtellarum, curſus, ambitus, circūcurſus, lux, illuminatio, reluminatio, ſplendor, radius, fulgur· Stellæ non erraticæ, ſtabiles, immutabiles, immotæ, manentes· ſtantes, quod tamen durius eſt. et ſine circuitu circumlata. Et ut Plato dixit, Planetæ, Erraticæ, Latæ, Circumlatæ, Circūeuntes, Currētes, Circūcurrētes, Verſæ, Circūuerſæ, Rotatæ, Volutæ, Circūuolutæ, Circūductæ. Et rerū nomina ab his, manſio, ſtatio. quæ enim ab alijs deriuantur, ſordidiora ſunt. Error, impetus, circuitus, uia, ambitus, curſus, circūcurſio, uerſio, circūuerſio, circulus,

* eſſe

cc 3 lus,

lus, circulatio, uolutio, circũuolutio, circũductio. Solis termini. Lunæ figuræ, falcata, gibboſa, ſemiluna, plena Luna. Ortus, occaſus, oriẽs, occidens. Veſpera, Septẽtrio, Meridies. Dices uero, ſurgere, oriri, extolli, aſcẽdere, apparere, illucere, illuminare, occidere, ſubire, ſubmergi, deorſum ſerpere, declinari, declinare, meridiari, ſupra caput ſtare. Μεσουρανεῖν uero, Aegyptiorũ eſt. Sed Homerus idẽ ſplendidè eloquitur, Quando uero Sol ad mediũ peruenerit cœlum: Dices inſuper, Sole ad meridiẽ inclinato. Deo, ſidere, ſtella in meridie agente. ſtella circumlucẽte, aëre ſub meridie feruente. Cœlum, mundus, circulus, Zonæ. animalia Zodiaci quæ nonnulli ζώδια uocant. unde et Zodiacus circulus dicitur. Inſuper et Zonam, igneam, ignitam, flammeam, torridam, rotundam. circumflammatam, quam & incenſam nominant. Refrigeratam uero nominabis, gelidam, præcipitem, frigidam, opacam, umbratilem. Solis, & ignis expertem. Pleiades, Hyades, Orionem, Vrſas, Bootem, Draconem, Ophiuchum, Coronam, Caniculam. Et trita illa in circulo ſigna, in quibus ſtellæ uerſantur. ſtellæ, cometæ, barbatæ, trabes, lampades, uia lactea, iris, nubes, fulgura, tonitrua, fulmina, & turbines. hæc enim omnia, & qui de his habetur ſermo, aſtronomiæ conuenit.

## I CAPVT VICESIMVMPRIMVM, DE GEOMETRIA.

A Geometria uero, Geometra, Geometrica, Geometricus, geometricè, terrã metiri, facillima metu. terræ metitio, diſtributio, cõſtitutio. Gens, diuiſio, deſcriptio, ſignũ, linea, recta, ſuperficies, plana, angulus, rectilineus, perpendicularis, circumferentia. figuræ rectilineæ, multiangula, trianguli, quadrangul- æquilatera, altera parte longiora, æquicrura, ſcalena. Angulus rei, cus, obtuſus, acutus. plana, ſolida. Figura recta, circulus, planum- centrum, dimetiens, ſemicirculus, trilaterum, quadrilaterũ, multi, laterum, claudum, rectangulum, obtuſum, & acutum angulum habens. Termini, latera, æque longum, prælongum, altera parte longius,



gius, profunditatem habens, profunditate carens, εἰκοσαέδρος. & quæcunq; talia ſunt. Aequale, æquũ, æquans, inæquale, æque, æquilibrium, ſphæra, multiangulum, polus, gnomon, rhombus, uertebra, rotundum, rhomboides, potentia, bipes, tripes, indiuiduum. deinde & Decempedes, dixit Plato: Ἡδιποδίαι, rectum, curuum, trapezius, lineæ utrinq; æquidiſtantes, proportio condigna.

## CAPVT VICESIMVMSECVNDVM, I DE ARITHMETICA.

S Ed ex arithmetica, numerus, pernumerare, numerare, innumerare, abnumerare. denumerare, denumerari, cõnumerare, æquale numero. Adnumerata, adnumerabilia, innumerabilia. enumerare, renumerabar, enumerabor, pernumerabor, pernumerato. Arithmeticus, enumeratiuus, arithmeticè, arithmeticæ ſtudioſiſſimus, numerabilia. numerus integer, abundans, ſuperfluus, reſtans, abũde ſufficiens. Ratiocinatio, ratiocinatorius, ratiocinationis ſtudioſiſſimus, ratiocinatorie. colligere, collectio, cõcludere. reputatio, reputare. Multum, quàm plurimũ, æque multũ. Multitudo, ut Demoſthenes, & Hyperides: Multa, plurimum. Minimum, ut Plato: Vbiq;, undiq;. Ariſtophanes autem, & Sæpenumero dixit. Multa autem ab his ex loco, ad locum, et in loco figuræ. Paucitas, paululum, minimum, paucũ. multum, plus, *plurime, plures. Abundare, pluris æſtimare. minus, minor, minime. Multiplex, multiplicior, multipliciter, multiplicare. abundantia, inenarrabilia. Aequale, æquum, æqualiter, adæquans, æqualitas, æquatio. Numerus quadratus, quadrare, numerus quadratum una parte excedens. Perfectus numerus, unitas, dualitas, et quæ ſequuntur. Duplex, duplicans, duplicare, & ſimiliter de conſequentibus numeris. Sed Duplicatione, Antiphon uſus eſt. Seſqui, ſeſquitertia, ſeſquioctaua, & quæcunq; huius ordinis ſunt. dimidium, ſemiquartum. Numerum diuidere, mediare, diſtribuere, ſubtrahere, demere, diſtrahere, ſeparare, diſcernere. Multeſima, triens, quadrans. Quinta pars, ut Plato dixit. Sextans uero, dixerunt Veteres, apud Atticos: Infinitum

*amplius

tum, additio numeri · ſubtractio, numerus indiuiduus, bis decies, duodecim, & his ſimilia. Decies millies, decem millium cœtus· Decem millia uehens, ut Thucydides· & ut Dinarchus, Decem millia ducens: Et duabus drachmis militantes, & triginta drachmis conſtantes turres. Et apud Critiam, Vnius drachmæ precium habentes.

I CAPVT VICESIMVMTERTIVM, DE ARTE METRICA.

AB arte porro metrica dicuntur, metiri, demetiri, demenſurari, admetiri, admenſurari, prometiri, emetiri, permetiri· metrice, geometria, geometricũ, metitio, immetitum, interminatũ, commenſuratũ, incommenſuratũ· et ut Demoſthenes dixit, Menſuratione: Metrũ, menſuratio, menſuratũ, dimetitum diem· dimetiebantur frumentũ, menſurare· et Admetientes, Hyperides· & Præmetiri, Iſæus: Admenſuratũ, & Menſurabile, Dinarchus: Bis uel ter menſuratum, corollariũ, commenſurabiliter· Et Proportio, Antiphon· atque Emetitus, Iſæus dixit. Et Dinarchus, Metri legem dixit, qui de menſuris fertur. Sed Metitu difficile, Antiphon: Et Vini menſuratores, Demoſthenes: Et plurimos, Xenophon Immenſurabiles nominauit. Quod autem menſuræ expers eſt, Immenſuratum Plato uocauit· & Inconcinnitatem, quæ ad pedem, & lyram fit.

II MENSVRARVM NOMINA.

MEnſurarum nomina ſunt, medimnus, ſemimedimnus, chœnix, tres chœnices continens, quinq; chœnicum capax· Et Capitha, ut Xenophon: Et Artaba, apud Herodotum: Sed dadix, menſura eſt ſex chœnices continens. Mares uero, ſex cotylorum capax· Eſt autem cotylus, tertia chœnicis pars. Medimnus autem, chœnices continet octo et quadraginta· et ſemimedimnus, quatuor & uiginti· triens uero, ſedecim· ſextans, octo· & ſemiſextans, quatuor. Verùm non Cotyla ſola, liquidorum ſimul, & aridorum menſura erat, ut Comici plurimum teſtantur· ſed & Cophinus, menſura Bœotica, utraq; hæc menſurabat· Strattis etenim in Cyneſia





inquit, Quanti uobis farinam uendebant? Quatuor plerunque drachmarum precio cophinum: Quid ais? Menſura utebantur cophino, qui & uini erat proprius, tres pilas, ut uocant, frumenti capiens. Cyprum autem, dictum reperies apud Alcæum in Secundo· & Semicyprum, apud Hipponactem Iamborum Primo: Cotyla, amphora, chous· menſurare, menſura defraudare· & Defraudans chœnix, apud Comicos: Menſura falſa, labia æquans, labijs inferior, ſuperflua· Et labia æquantia, plena ſunt· Labijs autem inferiora, quæ ad labia non aſcendunt· Superflua autem, quæ plusquã plena ſunt, quæ in aridorũ menſuris non abſterguntur. Præterea quæ ab inſtrumentis deriuantur, abſterſoriũ, ſcutica, uolutorium, ſemiuacuum, ſemiplenum, deficiens. Superuacua autem, quæ plurimum uacua ſunt. Metricæ etiam eſt, magnum, paruũ, permagnum, perparuum, longum, prælongum, longiſſimum, commenſuratum, immodicum· Et rurſum, implens, replens, infundens· Et pes, cubitus, palma, ſpithama, orgyia· et quæcũq; ante, de humanis membris dicta ſunt. Et quinquipes, uel quinq; cubitorũ menſura, & his ſimilia.

CAPVT VICESIMVMTERTIVM, I DE ARTE PONDERANDI.

A Ponderibus autem dicuntur, librare, librari· ponderare, ponderatur, ponderans· appendere, appendi, collibrare, reponderare, æquilibrare, ſubtrahere. tendere· Tale enim illud Homericum eſt, Tunc ſane auri duo Pater tetendit talenta: Ponderatiuus, ponderatiue, ſtatera, æquilibrium, libra, trutina, lances, ſtateræ, amuſsis, libra, regula, bilanx, pondus, detrahere. ponderare· Demoſthenes enim alicubi dicit, Qui ponderabat trecentos Daricos· Grauare, inclinare· momentũ, moles, grauitas, leuitas· Deferre, ſufferre· pondus, ponderoſum, leue, leuitas, grauedo, æquale põdus habens, æqualiter, æquilibriũ, in alteram partẽ inclinans, inæqualiter, alterius partis inclinatio, æquiualens· Sed durius torquens uocem dices, contrapoſitum· inclinare, declinare, graues eſſe lances, lancibus imponere, pondera compenſare. Et Sacomata, ut Hy

perides dixit· Et Librarũ onera, ſecundum Ariſtophanem: Et ἀνασηκωθῆναι, dicitur addere aliquid leuiori parti ad æquilibrium.

II LIBRARVM NOMINA.

QVæ autem libræ, trutinæ, & pondera dicuntur, etiam Bilances nominauit Cephiſodorus Comicus: Staterã quoq;, Comici Poëtæ Litrã uocant · Litræ enim uocabulo, Siculi Comici uſi ſunt. Ligonemq; quinq; ſtaterum precio conſtantem, Crates in Paracatatheca πεντάλιτρον uocat. Aureus autem ſtater, duas habebat drachmas Atticas· ſed talentum, tres aureos. Veruntamen Dores Poëtæ Litram, numiſma quoddam paruũ eſſe aiunt· ut cum Sophron in Mimis muliebribus dicit, Merces decem litrarũ· & rurſum in Virilibus, Ne has quidem binas litras ſeruare potero: Nonnunquam & precium quoddã ſignificat, ut Demologus in Medea, Quadraginta litrarum Famulos Adoleſcentulo alicui: Cæterum Ariſtoteles de Agrigentinorum republica præfatus quod Quinquaginta litris mulctarentur, addit· Sed litra, obulum conſtituit Aeginæum · Sed in Himeræorum republica inquit, Duos æreos numos à Siculis ἑξάλιτρα, appellari· unicum autem, Vnciam· tres uero, Triginta· ſex autem, Semilitram. ſed obulum, Litrã· Staterem uero Corinthiacum, Decalitrum, quia decem ualet obuſos. Nonnulli etiam Athenis Noui Comici, utpote Philemon in Sicelico, et Poſidippus in Galatea, Litræ meminerunt. Et ſeptimum ſemitalentum, & tertium ſemitalentum, & alia huiuſmodi, ponderationi conueniunt, ſicut & carnium libratio. Communia autem ſunt, geometriæ, arithmeticæ, metricæ, ponderatoriæ · partim minus, partim magis conuenientia· Primum quidem, ipſum maius, & minus· deinde diſtributio, diuiſio. diſtribuere, ſubtrahere, ſubtractio· ſeparare, ſeparatio· abſtrahere, abſtractio· Sors, particula, pars, portio, partitus, partiri, partiens, partita, partiar, partitores, compenſat, æque partitur, expers, partitio, partitor, imperitũ, triens· et Diuidere, ut Antiphõ dixit. Diſtribuere, diſtributio, diſtributores.

CAPVT



CAPVT VICESIMVMQVINTVM, I
DE MEDICIS NOMINIBVS.

A Medicina porro deducuntur, Medicus, medicina, medela, mederi, ſanari, morbum pellere, morbo liberari · ſanans, ſanabilis, immedicabilis, medicamenta· Et merces ipſa, ἰατρεῖα dicitur· Et officina, ἰατρεῖον. Curare, cura, mederi, medicinis iuuare · Medelæ, ut Homerus dixit. Medicus, & omnes morbos pellentia pharmaca, et medicina ſubueniens· curatio, miniſterium, ægrotatio· Aegrotare, à morbo reſtitui, morbũ curare, infirmare· infirmũ, infirmitas, ſanitas, ſanare, ſanus, diæta, dietæ conſtitutio. Medicorũ etiam eſt, Dies decretorius· Menander enim de ſeptimo loquens, dicit, Hæc etenim decretoria eſt: Non ſcindere, excindere· incendere, comburere, combuſtio· medicamentum, pharmaci potatio· Sed pharmacum præbere, ambiguum eſt · quemadmodum & φαρμακεύς, et φαρμακίς de ueneficis magis dicitur. Impletio, euacuatio· implere, euacuare, uigere, roborare, ſiſtere fluxum, cohibere, prouocare, excitare, contrahere, intrahere. Sed euacuare, purgationibus, etiam euiſcerare uocant. Et euiſceratum, Comici Purgatum nominant, utpote bile ex uiſceribus ablata· hunc, etiam ὑποδεδυκώμενον uocauerunt. Et hyperinam dirigere, eſt articulum excedere. Mite, manſuete, Pæonia pharmaca· repellentia pharmaca, repulſoria, ſolutoria· Elateria, quæ aluum cient. Sanguinem ſedantia· uenam inſcindere, ſoluere, findere uenã, carnem diſtrahere, diuidere carnem, carnem laniare, carnem perſtringere, carnem aperire, os extrahere, deartuare· Abſciſſum, uulneratũ· incindere os, abſcindere, compingere, coaptare, hiatum contrahere, pharmaca macerare, pharmaca imponere, inungere, purgare ſordes, mundare· Inſuper & diæta, & diætam obſeruare. Opus medicum eſt, *fouere, irrigare· *inungere, emplaſtra imponere, illinire, perſtringere. Ariſtophanes autẽ in Senecta inquit, Anno præterito oculis laborãs, deinde peius habuit, poſtremo à Medico inunctus eſt: Dicas etiã, purem, putridũ, mucoſum, humidum, tabidũ, ſanguineum.

exhaurire, & adiuuare, et iuuatio, & adiuuatio·

## II. DE MEDICIS INSTRVMENTIS.

PRæterea Medicorum inſtrumenta ſunt, ſcalpellum, forfex, ſector, raſorium, auriſcalpium, mele, acus, nouacula, dentiſcalpium, forfex dentes extrahens, euedium. Et μυλῶσαι, dicitur inſtrumentum in collum immittere unde Phrynichus Comicus, ✱ Mihi ferrũ collo immittens, et phlegmate plenus es: Huc etiam numerabis faſciam, & emplaſtrum in gyritade. Et linteum, uocabis uinculum & Baltheum Sidonium, atque Pharmacum maceratum, iuxta Ariſtophanem unde & Maceratum dixit. Quod autem alligatur pharmacum, depulſorium ✱ penicillos uulnerarios, uulnera curare. Et ποδοστράβη, eſt medicum inſtrumentum in Comœdia, quod luxata dirigit in articulos. Et peluis, cuius fundum, Alexis πτορνίδα uocat. Cultellos autem Comici uocarunt, quo reſcindunt, aut diuidunt Hoc enim Ἀμύσσειν nominauerunt, quod nunc incindere dicitur. Veruntamen & Sycia, inſtrumentum unum eſt, ut Crates Comicus inquit ✱ Ἀλλὰ σικύαν προσβάλλω σοὶ, καὶ τὰς αὐλὰς ἐγχέω: Inſuper et Cerotum de Medicis dices, Ariſtophane dicente, Faſcijs cerotum parat: Sed in Antiphantis Chirurgica et hæc ſunt Medicorum parata inſtrumenta. Taberna Medici ſplendidiſſima, ſplendidis lebetibus, & alabaſtris:

Reuome, melis,

Et

Quin ſyciam appono tibi, & orcus aulam:

## III. DE MORBIS.

SEd morborum nomina ſunt, capitis dolor, cephalea, hemicranea, crapula, capitis grauedo, uertigo, obtenebratio, caput affligens morbus, caput aggrauans: capite laborare, capite grauari, deſipere, uertigine laborare, obtenebrari. Ophthalmia, oculis laborare tum etiam oculos excauari, non autem proprie de oculorum morbis dicitur, ſed oculos propter alium morbum excauari indicat. Neque tamen aquaticus, neq; oculis excauatus, Cratinus dixit. Phrynichus uero Comicus, Oculorum excauationem dixit. Albuginis morbus, lippitudo lippire, gramioſis oculis eſſe, hallucinari, hallucinatio. Auriũ dolor, aures confringi marmoratis plena eſſe, ulceribus, humoribus, et fluxu Catarrhus, pituita, pituita laborare ſternutatio, ſternutare. Oris dolor, oris dolore affligi, os bulceribus



bulceribus repletum eſſe. Linguæ morbus, lingua laborare De ulceribus etiam linguæ dicitur, affligi tonſillis, uuæ inciſio, tuſſis, balbuties tuſſire, balbutire, de quibus & gargarizare dicitur. Putridus, ſupputridus, cruentus, exanguis, ſiccus, ſuperfluus, ſanguinans ſanguinis fluxus, horror, frigus, frigiditas Horrere, frigeſcere, refrigerari rigor, febris lenta. Qui uero ſemper rigent, Veteres ῥιγοπύρους nominauerunt quos nunc rigidos uocant. Sed & Ariſtophanes in Babylonijs, Rigidus dixit. Febris, febris inflãmatio febris acceſſus, ambitus ✱ Calor, & Ignem, uocauit Ariſtophanes Hic uero calorem, & ignem habuit: Febris quoq; ſpecies, eſt, ardor, inflatio, uentris fluxus, incontinens dyſenteria. Eſurire, calculo laborare, liene affligi, pulmonis morbo teneri, nephritis, laterum morbus, diſſolutio Vrinæ ſtillicidium, ut Ariſtophanes dixit. Defectus, intercus, hydropicum eſſe, tumor, tumere, ſubtumidum eſſe. Pallidus, pallor, morbus regius, morbo regio teneri. Tabes, corruptio, corrumpere liquiditas, rubiginis morbus, ſanies corrumpi, ſtillare, deſtillare quaſſatio, fractio. Os confringere, conterere articulum deartuare, articulum loco mouere. Mutilus, mutilatio, mutilari claudus, claudicatio, claudicare Eupolis uero etiam Manũ, claudum appellauit, Quoniã altera manu claudus uehementer eſt Cuius contrariũ Ariſtophanes de pede claudicante Adſis pede claudicans: Inflexum, intortum oculo excæcari, effodi, euacuari pupillam extingui, iuncturam infringere. Vulnera, uulneratus, uulnerari Et Vulneratis nauibus, per metaphoram dixit Thucydides Vt etiam nunc uulnerare dicatur, & quæcunque alia Medicorum uſus uſitata reddidit Quibus etiam competunt, frequenter uulnerari, profundè, ✱ totaliter, penetrabiliter uulnus lætale, lætalis plaga, hulcus, uulnus, cicatrix. Podagra, pedum dolor, pedum dolore affligi, & Vir podagricus. Dolere, moleſtum, dolorem incutiens ægrotare, ægrotum affligens unde & Dolorem pellentia pharmaca, dixit Homerus: Inflammari, carbunculatio. Morbi in exteriori corporis parte apparentes, inflammatio, tumor, efflatio, durities, immundũ hulcus, rigiditas, hulceratio. Cor-

Calorem

per totum

ruptitium hulcus, quod & crotum dicitur, mucoſa humiditas. Et *
oleaginus ἐλαιώδης, ſi hulcus circa neruos fuerit. Aqua etiam fluxus dici-
tur, qui eſt aquatica ſanies, cum hulcera iam purificãtur. Ampulla
terminthus rotunda, apoſtema paruum, iuxta ſectionem purulentum. Tumor *
therebinthus, ſcabies puſtulas habens. Phygetrũ, ſcabies circa pu-
denda, cum inflammatione. Phlyctis, puſtula prælonga, maxime
circa pudenda, et axillas. Et hulcus ὑπόνομον, quod profundum,
& ſinuoſum eſt. Hulcus carnoſum, ſpumoſum hulcus, cui albe-
do quædam, aut nigredo quaſi florens admixta eſt. τύλωσις au-
Mydon tem, quando hulcus fuerit, durum, album, ſubliuidumq́;. *Mydum,
caro tumida, hulcus arctum, longum. interius quidem ſanie, uel pu
trida carne: exterius tuberculis, & liuore occupatũ. Ἐσχάρα autẽ,
eſt ſubliuida, alba, ſeu pallida: tumorem habens, & ruborem, atque
dolorem intenſiſsimum. Sed teredonas, eorum qui corruptione in-
ceſſanter cruciantur, maximè in capite. Fiſtula, carbunculus, ſan
guis, tabo. Hulcus exhulceratum, cuius humor crines corrumpit,
furfuribus ſimile, & concreſcit iuxta crines. Alopecia autem, eſt
inſanabilibis pilorum denudatio, imprimis tamen circa caput. Ser-
pens, eſt pilorum ſpoliatio, caput inſtar coronæ ambiens: imprimis
Pueros infeſtans. Eſt etiam quædam oculos perdens, uitiligo nigra,
infeſtatio uaſta, ſuperficialis, ſanabilis. Vitiligo alba, eſt albedo
quædam cutim infeſtans, ſquallida, & ſanatu difficilis. Alba au-
tem eſt, ſi albedo obtenſa ſit, & procreat albos pilos: at ſi pungas,
ſubruſa ſanguinea. inſanabilis eſt, ſi * perrubra fuerit: in labijs autẽ floret,
quemadmodum alga marina. Lichen, morbus ſæuus, aſper, inſana-
bilis, & incertus. Lepra, uitiligines aſperæ, multæ, exhulceratæ,
ſquammatæ, ſubigneæ, aut ſubruſæ, aut albæ, & inſanabiles: ue-
rũ ungues corrumpunt. Pſora exhulcerata, ſubruſa, flores habens.
Puſtulæ, papulæ ſubigneæ, & ſponte creſcẽtes, exhulceratæ in ſu
perficie. Rubicundũ νεῦμα, putrida conſtitutio, humorẽ emittens.
Ephelis, faciei dolor, ſubliuida infeſtatio, naturalem corrumpens
colorem. Ionthi, flores cum papulis circa faciem, uigoris ſignum: o-
culis ſubiacentes, lenti legumini ſimiles, cognati ſiue innati. Thy-
mus,



mus ſubruſa ampulla, et aſpera, ſanguinea: non difficilis ablatu, ma
xime circa pudenda, anum, & femora. Eſt & in facie penſilis uer-
ruca quædam, à radice quidem alba, ſuperne uero pinguis: Pue-
ris maximè infeſta. Coſsi, dura propago, aſpera, et calloſa, ſangui-
nea, circa ſummitates & interiores manuum partes excreſcens.
Clauus, eſt nodus quidam calloſus, rotundus, liuidus, claui formã
referens. quoniam ſuperne quidem dilatatur, circa carnem uero
contrahitur: maximè autem plantã infeſtans. Hulcus chironium,
diuturnum eſt, et inſanabile. *Χεῖλη σκληρά, calloſa caro, ſubliui Labra dura
da, circa tibias pedesq́;. Porrigo quæpiam in Puerorũ hulceribus,
marinæ aquæ ſimilis concreſcit, quam cura anteuertere oportet.
Cirſus uero, & crixus, uenarum dolor, circa cruris tibiam. Et pue
rile illud ἐπιγάστριον, femora infeſtans: quod & ἰξία, ab abie-
tum nodis uocatur, & ἶξος. Ancyle autem, eſt duricies quædam,
caro calloſa in neruis: in digitis maxime iuxta interiorem partem,
digitosq́; incuruat: nonnunquam etiam circa cubitos, et genua exo
ritur. Epinyctis, eſt puſtula liuida, ſubhumida, ſanguinea, circa ti-
bias pedesq́; noctu exoriens. Ganglium, apoſtema non moleſtũ ſub
alba illa, & neruoſa cuticula: ineſt huic humor tumidus, *pili, aut aut
lumbriculi. ſed etiam circa articulos, et caput exoritur. Fauus, apo
ſtema habens melleum humorem, in cubitis, & genibus: & ſæpe-
numero etiam in alijs articulis. Et morbus oris, grando dictus: &
nodi ſub cute tumidi, inſtar fabæ Aegyptiacæ, attactum ægre fe-
rens. Carcinoma, durities moleſta, cum inflammatione: Eſtq́; non-
nunquã * hulcus ſubruſum, aut liuidum, huicq́; plerunq; uenæ con hulcera-
creſcunt, aut pili: ſanguine fluens, et incurabile: Occultum autem tum
carcinoma, quod non in ſuperficie eſt, in alijs autem priori ſimilli-
mum. Chelæ, aut phyſinges, rimæ ſunt plantarum, pedum, &
pudendorum. Parulis, gingiuarum defectio: Epulis autem, gingiuæ
circa genuinos dentes excreſcentia. Hypoglottis, defectio ſub lin
gua. Siccitas, defectio in ſtomachi excreſcentia, iuxta ſuperiorem
gutturis partem pruriens, priusquam rumpatur. Synanche, inflam
matio, circa colli interſeptum & guttur intenſa, & dolorem infe-
rens,

rens. Cynanche autem, ſuffocatio noctu facta, aſcendente in guttur humore denſo & lubrico· imprimis Pueris inimica. Anchone, putrida defectio inter epigloßidem, & linguæ radicem. Pariſthmia, inflammatio eſt, circa genas, exhulceratio, et defectus. Aphtha, exhulceratio eſt, & defectus plerunque linguam* albeſcens, aut pariſthmia, aut gutturis interſeptũ, guttur'ue.* nõnulla etiam, quæ nigra reddit, exoritur· in Pueris autem frequens eſt. Vua uero, circa faucium columnam contracta, & palleſcens, acino ſimilis. Ficus, hulceratio in carnibus florens, ſuperne lata, moleſta, inguina tumefaciens. Tenaſmus, grauedo, & incenſio tumentis podicis, mucoſos humores & cruentos deferens, & urinæ difficultatem parit. Cerium, circa pectus, aut dorſum apoſtema inflammãs, perforatum, melleum emittens humorem, habens in fundo carnem pallidam, & corruptam. Tonſillæ, circa maxillam, collum, axillas, & inguina, glandibus ſimiles. Inflammationes, ad putredinem redactæ. Perniones, exoriũtur ex frigore ſub digitis, plantis pedũ, et manibus· imprimis autem in Pueris, et inflammationes ſunt exhulceratæ. Sacer ignis, cicatrix rubra, moleſta, & ardens· nonnunquam & tumida eſt. Hidroa, papulæ ſunt æſtiuæ. Bubo, circa inguina tumor eſt cum incenſione, ſanguine fluens· intusq́; iuxta anum exoritur, morisq́; crudis ſimilis eſt· Sæpenumero tamen abſque tumore rima oritur, ſanguine fluens. Cæcus ſanguinis fluxus, tumor planus, ruber intra anũ· ſic uocatus, quòd non ſanguine fluere uideatur. Condyloma, circa uerticem podicis ſanabilis tumor. Ficus, circa anum ſunt tumores, nigri, non moleſti. Enterocele, deſcenſus inteſtini in ſcrotum, in tumorem eleuatus. Hydrocele, circa alterutrum teſtem aquoſa colluuies, inter ſecundam & tertiam pelliculam. Porocele, obduratio ex apoſtemate, facta circa ſcrotũ. Sarcocele, dura & denſa ſcroti conſtitutio. Steatoma, adipis ſub cute effuſio. Peſtilentia hulcera, circa faucĩu anguſtias, & uuam. Eſcharodes, hulcus depaſcens, & moleſtum in guttur, arteriam, ſtomachumq́; delapſum cum colli tumore. Perſtrictio, circa aliquã corporis partem anguſtia, non moleſta, nigra, ſubrufa, aut liuida, nuda,

albefaciens, eſt ſanè quædam et denigrans



nuda, & aſpera. Polypus, caro naribus excreſcens, mucoſum emittens humorẽ, ſpiritumq́; obturans. Ozæna, exulceratio in narium ima parte, poſt oſſa, quæ iſthmi dicuntur· feruentem & fœtidum emittens humorem, ſenſum impediens. Dracontium, neruoſum quiddam corruptumq́;, ex tibiarum femorumq́; hulceribus excidens· raro quidem alios, Aethiopes uero frequenter infeſtans. Cornua, quæ in loco temporum iuxta frontem excreſcunt, feruentes excreſcentiæ circa cutim. Serpentes, puſtulæ flammeæ, & pungentes, maxime collum et latera depaſcentes· nonnunquam & circa manus, & pedum calcaneos exoriuntur. Hulcus reptile, Seniorum tibias, pedesq́; uaſtat· nonnunquam & manus, femoráq́; inuadit. eſt uero liuidum, * depaſcit, & ardet. Voracitas, hulcus ad oſſa uſq; penetrans, uelox conſumptio cum ardore, ſaniem fœdam emittens, & mortifera. Therioma, hulcus circa Virorum pudenda oritur· nonnunquam & circa digitos, & alibi· ſanguinem multum, nigrum, & tetri odoris emittens, cum nigredine carnem deuorans. Putredo, albi hulceris conſumptio, ſubpallidi, & fœtidi· imprimis autem in ore uerſatur, ut nonnunquam et dentes, & oſſa deuaſtet. Oritur autem circa femora, & alias partes, gangræna morbus· ſic autem uocatur membrum ex hulcere, aut ſine hulcere emortuum, cum inflammatione & rubore ſubcandidum, deinde nigreſcens, & ad ſenſuum defectum inclinans.

&

## CAPVT VICESIMVMQVINTVM, DE OBSTETRICE, ET HIS quæ de parientibus dicuntur. I

OBſtetrix, obſtetricatio· Μαιευτικὴ autem, dicitur ipſa ars, & Mulier. Et uerbum, obſtetricare, obſtetricari· quæq́; his cognata ſunt, et aduerbia, obſtetricatorie. Abortire uero, pro arbortum facere, dixit Platõ: Abortiuum pharmacum, parturiens, partũ accelerans, partum impediens· parere, generare. Puerperium, id eſt partus cura. Dant etiã Obſtetrices pharmaca quædam his, quæ difficilem partum expertæ ſunt, ut Plato inquit. Difficulter

ficulter parere, difficilis partus· facile parere, partus facilitas, facile pariens: Impræɡnare, grauidam eſſe· partus dolores ſentire, parere. Mulieres primum partum enixæ, & primò parientes, pro eodem· Et primogeniti Liberi. Sed & Partus expertes, Non generantes, Liberis carentes, ut Platò dixit. Et ſteriles. Vmbilici inciſio, Infantis inciſio, & inſtrumentum ὀμφαλιστήρ.

LIBRI QVARTI FINIS.

# IVLII POLLVCIS, DICTIONARII LIBER QVINTVS.

## IVLIVS POLLVX, COMMODO CAESARI S.

QVoniam te uenationum ſtudioſum eſſe conuenit, quandoquidem hoc ſtudium heroicum, regium'que eſt, & ad corporis animiq; bonã conſtitutionem confert· eſtq; tam placidæ fortitudinis, quàm militaris audaciæ ſpecimen, ad uirilitatem utile· & exercitatione reddit robuſtum, celerem, equeſtrem, ſolertem, & laborioſum. ſi modò reſiſtentia, robore· fugientia, celeritate· & laniantia, ab equo· & ſolertia, per prudentiam· latentia, conſideratione· occultata tempore, noctu aduigilans & interdiu laborans capere conetur, neceſſe eſt aliquid de uenatione dicere.

CAPITA



CAPITA LIBRI QVINTI.


De uenatione, & Venatore. Cap. I

De ferarum latebris, & quomodo fœtus earum uocentur· ubi etiam de ferarum pellibus Cap. II

De Socijs, Venatore, & armis· qualem'que illum eſſe oporteat. Cap. III

De uenatorijs inſtrumentis, & qualibus contra feras ſingulas utendum ſit, quomodo, & in qua, & de retibus conſtituendis Cap. IIII

Generoſorum canum appellationes, & unde ipſis generatio. Cap. V

De tempore uenandi opportuno, & canum cenſura. Cap. VI

Quantum, unde, & quam diu uterum ferant. Cap. VII

De morbis ipſorum. Cap. VIII

Quo tempore ad uenationem educendi ſint canes, ubi etiam de ornatu ipſorum. Cap. IX

Virtutes & uitia canis, à corpore et indole. Cap. X

Nomina à canibus deriuata· ubi etiam, quales colore optimi debeant eſſe, explicatur. Cap. XI

De lepore, ceruo, urſo, pardaleone, leone, ſue, & aſinis agreſtibus. Cap. XII

Animalium uoces. Cap. XIII

De nominibus uentris Cap. XIIII

De animalium coitu Cap. XV

Muliebris mundi nomina Cap. XVI

De mixtis nominibus· ubi & de eo, quod petere eſt, & reliquis. Cap. XVII

Qualitatis locorum appellationes. Cap. XVIII

De eo quod eſt, non auerſabor, & ſimilibus. Cap. XIX

De amando, & contra. Cap. XX

Laudis, & uituperij nomina Cap. XXI

Timoris, & confidentiæ nomina Cap. XXII

De eo quod eſt, puto, & ſimilibus. Cap. XXIII


ee 2 Probri

| | | |
|---|---|---|
| Probri appellationes. | Cap. | XXIIII |
| De gratulando, & contra. | Cap. | XXV |
| De iis qui diris ſoluunt, & liberant. | Cap. | XXVI |
| Dæmonum nomina. | Cap. | XXVII |
| Pharmacorum noxiorum nomina. | Cap. | XXVIII |
| De pleno, & contra. | Cap. | XXIX |
| De impedimentis, & ſimilibus. | Cap. | XXX |
| De noxa, & contra. | Cap. | XXXI |
| De ſalutatione, et iis qui ſibi inuicem obuiant. | Cap. | XXXII |
| De benefaciendo, & contra. | Cap. | XXXIII |
| De commercio, ſeu contractu. | Cap. | XXXIIII |
| De experto, & inexperto. | Cap. | XXXV |
| De eo quod eſt tacere, & contra. | Cap. | XXXVI |
| De eo quod eſt precari | Cap. | XXXVII |
| Quomodo eloquamur ea, quæ in columnis ſcripta ſunt. | Cap. | XXXVIII |
| De eo quod eſt, ſatur ſum. | Cap. | XXXIX |
| De non dubio, & dubio. | Cap. | XL |
| De Interprete. | Cap. | XLI |
| De uerbo ſum | Cap. | XLII |
| De uerbo facio. | Cap. | XLIII |
| De æquali. | Cap. | XLIIII |
| De iocorum amatore. | Cap. | XLV |
| De re nihili. | Cap. | XLVI |
| De eo quod eſt, uolo. | Cap. | XLVII |
| Quid de ſcriptis legibus, & decretis dicendum ſit. | Cap. | XLIX |
| De eo quod eſt, modice habere, et immodice. | Cap. | L |
| De conuertendo corpus, & contra. | Cap. | LI |
| De quibus Plato ταὐτὸν dicat, et θάτερον. | Cap. | LII |


CAPVT



## CAPVT PRIMVM, DE VENATIONE, VENATORE, ET QVAE eorum ſunt.

VEnatio, et *ἄγρα, et uenatus, uenationes tum Venator, etiã uenans, & *κυνηγέτης dicitur Hunc uero adiuuans, Cõuenator, ſimul uenans, et ὁμόθηρος. Sed de Venatore dices, ferarum quæſitor ferarum hoſtis, inimicus uenationis ſtudioſus, ac amans Et res ipſa, uenationis ſtudium. Tum uenaticus, uenatorius & uenatice, ſeu uenatorie aduerbia. Venari, canes agere Et θηρᾶσθαι quoq;, pro θηρᾶν & θηρῶνται, pro θηρῶσι, id eſt, uenantur, apud Xenophontem: Nos uero de Viris quidem, θηρᾶν de feris uero, θηρᾶσθαι dicimus Quemadmodum etiam de Venatoribus, ueſtigare, inueſtigare, ueſtigia inquirere et Vir inueſtigator ſeu canis, de uenante Similiter & quærere, inquirere, ſcrutari, inuenire, reperire, canibus immittere, & canes immittere & dimittere, ſubſequi, trahere incitare, ſic autem uocauerunt, canes cum clamoris aliquo ſigno immittere Inſequi, curſu ſequi, poſt canes currere, pedibus inſequi, ſequi canes capere, occidere, præhendere, uulnerare, uiuas capere, uiuentes nanciſci, & his ſimilia. De feris porro dicitur, ueſtigari, inueſtigari, inſecutionem pati, curſu impeti, trahi, quæri, inquiri, inueniri, reperiri fugere, transfugere, ſubducere, refugere capi, præhendi, uulnenerari, occidi, uiuas capi. Dices præterea, ueſtigium, ueſtigatio, & ueſtigia, pedum ſigna, ſigna terræ impreſſa, indagationes, inueſtigatio et τῆς ἰχνεύσεως, Xenophon dixit Veſtigia recta, directa, confuſa, abſcondita, inuentu facilia, uelocia, acuta. Veſtigia olet, redolet, ſpirat, reſpirat, ſurgit ab his odor, uapor. δύσοσμα, & εὔοσμα per quæ non bene, aut male olentia, ſed difficilia faciliaq; deprehenſu intelliguntur. Venatura uero, *θηράματα, θηρεύματα, θηράγρα non modo uenationem, ſed & uenatione captum ſignificant. quod & ἄγραν nominant Vnde εὐαγρία, id eſt uenatio fœlix, copioſa, ferina. proſpera uenatio, & multa *tum uenatio præ-

præda
canum ductor

uenatione adepta, uenatione acquiſita, præda

*proſperæ uenationis præda, & frequentis uenationis præda.* tio præda abundans. Et contraria, uenatio mala, præda carens, infœlix, feram non adepta & præda uacuus rediјt. Licet etiam dicere, uenatica tellus, uenatorius ſaltus· ſylua feras habens, et feris abundans· Similiter & montes uenationi idonei, feris abundantes, feras alentes & paſcentes, peris depaſti, & feris pleni, & ſimilia· feris uero, et paſcuis carentes, contraria ſunt. Sed et Diana Venatica, & Venatoria, Ferina· Montana, à montibus· Idæa, ab Ida· Retiaria, à Retibus· & Sagittaria, eo quod feras iaculetur, dicitur ſimul cum aliјs multis à uenatione deductis nominibus.

## I CAPVT SECVNDVM, DE FERARVM LATEBRIS.

FErarum uero loci, in quibus inueniuntur· ſaltus, luci, ſyluæ, montes, antra, dumeta, luſtra, paludes, terræ incultæ, campeſtria loca, agri. latebræ, ſed hæ proprie ſerpentum ſunt, ſicut & χειαί· abuſiue uero, etiam de aliјs feris dicuntur. Ferarum uero, aliæ montanæ maximè ſunt, ut leones· aliæ paluſtres, ut ſues· aliæ nemoribus ſyluiſq; gaudentes, ut pardali· Vnde et Homerus dixit, Veluti pardalis exit è denſa ſylua· Aliæ loca amant inculta, ut cerui· aliæ dumeta, ut lepores· Vrſi autem, ſi extra luſtra ſua paſcantur, circa fructiferas arbores capiuntur. Sed leonum fœtus, catuli uocantur· urſorum, urſelli· ceruorum, hinnuli· uulpium, uulpeculæ· luporũ uero, canumq; catuli· Proprie tamen luporum, lupuli· leporum uero, *lepuſculi* * λαγίδια, & λαγιδεῖς· atque apud Xenophontem, Λάγια: Quorum uero propria nomina nulla ſunt, horum fœtus, catuli, pulliq; dicuntur. Omnium uero ferarum fœtus, Poëtæ ὀμβελίκια, & ὀμβέλας uocant· de his autem dicere licebit, iuueniles, modò geniti, recens nati, lactantes, iuniores, titubantes; annui, anniculi, & his ſimilia. Et leonis quidem pellis, leonina. & leonis tergus dicitur· pardaleonis uero, pardalis· urſi uero, urſina· uulpina autem, uulpis· lupina, lupi· & Vitulina, uituli, ſecundum Anaxandridem: Vrſina, leonina, pardalis, uitulina, canina· Cerui autem, nebris· ſicut & capræ, ægis· & ouis, uellus dicitur.

CAPVT



## CAPVT TERTIVM, DE ADIVTORIBVS VENATORIS, & armis. I

VEnatoris porro cooperariј ſunt, canes, equi· canum ductores, equiſones, retiarius. linoptes, qui in rete incidentia, obſeruat. Canum uero ductio, κυνηγέσιον, quemadmodum & uenatio dicitur. Inueſtigator, retis cuſtos, et ſpeculator. Sed Venatoris arma ſunt, tunica expedita, demiſſa ad poplitem· nõ alba, nec bene colorata, neque aliquo colore ſplendidè relucens, ne eminus ſeu de longinquo feris uideatur· Et huic ſimile pallium, quod ſiniſtræ manui circumuoluendum eſt· ſi feras inſequitur, aut cum ipſis pugnat· Scutica, aut fuſtis· Calcei alti ad mediam tibiam aſcendentes, firmo alligati uinculo. Sit uero Iuuenis, agilis, curſui aptus, uelox, acer, periculorum amans, operoſus, laborioſus, laboris amans, Certator, confidens, peruigil, indefatigatus, nõ tergiuerſans, non aduentum ferarum fugiens. Venationis præterea inſtrumenta, enſes, falces, tela, arcus, uenabula, retia, ualli, perticæ, pedicæ, laquei, irretiatoria, retia, lorum canis, ſtipites, & tali. Gladiј quidem, ut ſi forte in feram incidat, ſe defendere poſſit· falces uero ad ſyluam ſuccidendam, & retium liberam ſtationem conducunt· In quem uſum & ſecures parandæ ſunt, ſi forte & trunci excindendi ſint. Arcubus uero, teliſq;, contra ceruos utuntur, & aliјs quæ eminus iaculanda ſunt· uenabulis autem, contra ſues, & alias comminus congredientes feras. Iacula autẽ, fraxinea ſint, et uelocia, tortilia, atque firma· cuſpides uero horum, latæ, & acutæ. Porro uenabula, cornea ſint, ſolida· & Inſtar haſtæ fabrefacta, ut inquit Xenophon: horum autem cuſpides, è ferro ſint maximè penetrabili. Sed cuſpidis pars iuxta haſtile, fiſtula dicitur. cuius exterior pars, περίμετρον· interior autem, murus. Quæ autem poſt fiſtulam eſt concauitas, obeliſcus· et ubi dilatatur, alæ dicuntur. quæ utrinque ſunt prominentiæ. Cuſpidis uero acies, lingua. Et oportet utramq; alarum, latiorem & denſiorem exiſtentem, attenuare coarctareq;

arctareq́;, ut tenuior earum circa linguam finis ſit·acuere uero nō
aciem modò, ſed & alas, perutile eſt.

## 1 CAPVT QVARTVM, DE VENATORIS INSTRVMENTIS.

AD alias autem feras, uenabulum præparari ſic de-
cet. Contra ſues quidem, circa fiſtulæ finem an-
te alas, acies utrinq; habeat, ipſi fiſtulæ affixas,
ferro robuſto utrinq; prominentes·ne furore, ro-
bore, & audacia ſus irruens, ad ipſum hominem
uenabulum ſequens perueniat. ſed acies impetum eius cohibentes,
impetus impedimentū ſint, ad propius accedendum. Tela quidem,
per emiſsionem cum robore infigenda ſunt· Venabula uero, eo
quod manibus comminus infiguntur, non indigent impetu. Venabu
li autem uſus, præpoſito pede ſiniſtro, & dextro poſtpoſito conſi
ſtens, quo certa ſit diſtantiæ proportio, ut in pugna prominentem
partem acutā habeat, iuxta pedem·manumq́;, quæ ſupra hanc eſt,
ſupinam, inuerſam, medium uenabuli dextra cōuerſa prætendens,
haſtam firmiter contineat. ſiniſtra uero, ferrum ad plagam lætalem
dirigat·dextra contra, ſuo robore uenabulum torqueat. Sed & o-
culus, in feram intentus ſit. ſi enim ſus hæc fera fuerit, inter ocu-
los aut ſcapulas infigatur uenabulum, lætalia enim ſunt utraq;·ſi au
tē maxillis infigas, minus poterit exertis uti dentibus. Saltanti por
ro ſui, enſem ſtrictum ſuppone. Cauendum uero, ne ſus uenabu-
lum capitis uiolenti nutu, aut fortiori contra ferrum ictu, et ſaltus
impetu excutiat. hoc etenim facto, ſimul homini appropinquat,
tumq́; oportet tenaciter ante arborem præhenſam iacere· ſic enim
dentes exertos infigere non poterit propter ſimitatem, nec corpus
ſubſternere, ſed circumiens calcat·Scrophæ uero, etiam morſu im
petunt. Quod ſi cum alia cōgrediatur fera. Venator, ne in tantum
pedes diducat, ſed magis erectus reſiſtat· propterea quod feræ i-
ſtæ, utpote pardali, uel leones curſu ad Venatorem uſq; delatæ, ap
propinquantes inſiliunt. pectus uero, & cor traijciendum eſt, hæc
& caſſes enim in his plaga lætalis exiſtit. Retia uero, et laquei, * horum qui-
dem



dem linum, Aegyptium, Phaſianicū, Carthaginenſe, aut Sardium
eſſe oportet·Sed Herodotus, Phaſianicum, quod Colchicum eſt, à
Græcis Sardonicū appellari tradit· Verum et Sardoum* forſitan ualet
fuerit, *cuius nimirum et Carthaginenſe celebre eſt, ab Heſperia à quo
ſcilicet allatum. Venatoria uero, quæ plicantur omnia, retia dicun
tur· ſed Pherecrates eadem, et Septa uocat. Nominum uero in uſu
uenatorio permutatio, retia quidem uocat, quæ in locis planis &
patulis conſiſtunt·uiatoria uero, quæ in uijs· Sed ἄρκυες, his qui-
dem minores·uittæ uero, forma ſimiles ſunt, in acutum deſinentes·
ipſos autem, iuxta Xenophontis ſententiam, Nouem linis conſta-
re neceſſe eſt, ex tribus complicatos tendinibus. Tendo uero, fu-
niculus dicitur. Et tendo, ex linis flectitur tribus. * Arctei uero retis
pars, plaga dicitur. Eſt autem plaga, continuum illud in rete qua-
dratū interſtitiū, quatuor conſtans nodis·quod tenſo rete, rhombi
in morē extenditur, per quā ceu tranſituræ capita feræ inſerunt,
et his irretita capiuntur· Alia autē retis pars, circuitus eſt. *qui eſt Eſt autem
retis funiculus, utrinque per inferiores ſuperioresq́; ultimas plagas circuitus,
tractus· quo contrahuntur, & diſſoluuntur retia·* Hos uero No Circuitus
dis carere oportet, ſecundum Xenophontem, ut * liberè tranſi- facile
re poſsint · per uertebras autem retibus ipſis immittuntur· Et non- mobiles
nulli hos, * περιδρόμους uocarunt. alij uero cum duo ſint, inferio- incurſus
rem quidem περίδρομον·ſuperiorem uero, *ἐπίδρομον dixere. occurſum
Eſt et alia retis pars, ἀκρωλένια·quæ retiorum pars eſt ſuperflua,
quæ alij fimbrias, alij alas uocarunt. Sed & in enodijs, nonnulli μα-
στοὶ ſunt·qui ex lini plicaturis, inſtar circuli, ipſis acrolenijs appli-
cati. Retijs uero annuli, mammæ nimirum formam habentes· circu
li uero his cōmittuntur ferrei, quia retia maiora ſunt·Vnde & Xe-
nophon Enodijs quidem, præter retiacula, funiculum unum, qui
tendo uocatur, attribuit·Retijs uero, præter enodia, inquit, plures
tendines adhibendi ſunt. faciens enodia quidem, duodecim linorū·
retia uero, linorum ſedecim, illis nouem tantum linorum exiſtenti-
bus. conſequenter itaq; magnitudo ex additione hac excreſcit·His
inſuper & ſardones adiungunt, * quæ eſt faſtigium retis, poſt ul- quod

 timam

timam plagam rete ſuſtinens · ubi πρίδρομος eſt, aut ἐπίδρο-
μος, perticis ipſis, ſecundum eleuationem aßiſtit. Vitta uero, re-
tiaculi concauitas dicitur · uertex autem, retiaculi anguſtiæ. quas
nonnullli κορυφιστῆρα uocarunt. Sed ἱμωνοῦχος, eſt pellis uituli-
na, cui rete imponitur, formatum inſtar crumenarum contracta-
rum. Perticæ uero, pali, & χαλιδώματα ligna recta ſunt, in
ſummitate furcata, infixa quidem telluri · furcis uero, retium pla-
gas, & ποδιδρόμους ſuſtinentia · Inæqualia uero hæc fulcra eſſe
oportet, ut iuxta altitudines & concauitates locorum, cum opus
eſt, retis cuſtos hæc adaptans · horum inæqualitati, retium ſtatio-
nem, quæ ἀρκυοστασία dicitur, adæquet · Obliquæ autem hæ per-
ticæ ſiſtuntur, ad ſeſe mutuò inclinatæ · & locus, ubi conſiſtunt,
ἀρκυοστάσιον dicitur. Pedica uero, ceruis ponitur · & apris non-
nunquam, ſed & ποδοστράβη dicitur. Circulus autem, eſt ligni
hederacei · qui corona uocatur, ſed clauis utrinq; refertus eſt fer-
reis, & ligneis · laqueusq; in medio implicatus eſt, ut uenientem
uelutiq; feram, & illatam * euertere pedicam, & alterutro laqueorum arte
ad hoc facto irretiri oporteat. Pedica uero, foſſæ imponitur. Et à
laqueo coronæ, catena quædam, quam & σειράδα, & harpedo-
nem uocant, extenditur. Catena autem ex ſcirpo plicatur, cui &
alius truncus in proxima foſſa iacens alligatur · ut fera etiam pedi-
cam ſubuertens, & laqueo irretiatur, & catenā cum trunco tra-
hens ad curſum impediatur, maxime ſi priores pedes irretiti fue-
rint. Et Venatori quidem, ligni tractum inſequi conducit · eoq; ma-
gis, ſi per terram molliorem trahatur. aſperior autem & ipſa, feræ
ſignum portendit, ad inſequendū ligni tractum. Euenit etiam non-
nunquam, ut lignum in ſyluæ anguſtijs, aut petræ inæqualitate de-
tentū, feram contineat. Cæterū foſſæ, terra ſolida herbæ aliquæ,
aut folia inſternenda ſunt · Sed terra noua, è foſſa egeſta, auferen-
da eſt procul · ne terram modò motam, & recentem aduenienſ fe-
ra conſpicata, quidpiam ſuſpicetur · Et hic quidem apparatus eſt,
quo Venatorem inſtructum eſſe conuenit. Retia uero tendat undi-
que, in uijs, triuijs, curriculis, locis cultis, campeſtribus, montibus,
aquis,



aquis, ſyluis, ſaltibus · ubicunq; feram inueniri ſuſpicatur, inter ual
la ad excurſiones, quas παράδρομα uocant, relinquens · Habeat
præterea & reticula minora, ſi forte & interualla obſepienda
fuerint. Hæc uero reticula, nōnulli Venatorum * Ἐμβόλια uoca- iniectiua
uerunt, ueluti quæ priorum retium ſtatione inijciantur. Dices por-
ro, ſtatuere retia, inſtruere, ſiſtere, circumſiſtere, circumijcere,
circumtendere, circumcurrere, tendere, intendere, dirigere, ordi-
nare, circumſtruere · Horū autem, ſtatio, ordinatio, ordo, ſtructu-
ra, * στοχὰς, καὶ στοχασμὸς appellatur. Στοχὰς uero, * uocant etiam coniectura
ſtructuras quaſdā, manibus ſtructas ex lapidibus aut ligno, ſuper & conie-
terram eleuatas propter * æqualem retiū conſtitutionē, ſi locus re- ctatio.
ti ī fuerit cōcauus, neceſſarias. Solon uero, Oleas quaſdam * oliuis uocantur
opponens, στοιχάδας uocat, nimirum ordine plantatas intelligens. uſum æqua

## CAPVT QVINTVM, DE CANIBVS, ET QVAE IPSORVM ſunt. lis 1

Generoſi Canes ſunt, Laconici, Lacones, Arcades, Argolici, Locrenſes, Celtici, Iberici, Cares, Creſſi, Moloßici, Eretriaci, Orcanæ, Indici. Canes uero Pſyllici, dicti ab urbe Achaiæ dicuntur · Sicut Elymæi, à Gente inter Bactrianam et Hyrcaniam ſitam, nomen ſortiti ſunt. Sed Caſtorij, Menelaides, & Harmodij, à Nutritoribus denominati ſunt. Fertur autem Lacones, à uulpibus primùm canibusq; progenitos, appellari Vulpinos · Verùm Arcades, è canis natos & leonibus, Leonimixtos uocari. Ariſtoteles uero, Indicos canes, canis tygridisq; ſobolem eſſe tradit · Sed Nican-
der Colophonius, Indicos canes, canum * Actæi poſteros eſſe di- Actæonis
cit · qui poſt rabiem cum reſipuiſſent, Euphratem transgreßi, in Indos errabundi delati ſunt.

## HISTORIA DE CANVM GENERE. II

Quemadmodum & Chaonides, Moloßicosq;, eius canis poſteros eſſe ait, quem Vulcanus, è Moneſio ære fabricatum, anima indita, Ioui dono dedit · hic uero Europæ, illa Minoi, Mi

2 Minos Procridi, Procris * Cephalo· Natura autem ineuitabilis erat, quemadmodum & uulpes Teumeſia capi per Fatum non poterat, & ob hoc ambo in lapides mutati ſunt. hic quidem ne uulpem, quem capi Fata nolebant, caperet· hæc uero ne canem effugeret ineuitabilem. Caſtorides uero, Caſtoris alumni, & Apollinis donum ſunt. quos idem Poëta, Vulpinos nominat· mixtoq́; genere, Vulpecaſtores. Sed & Eretricos, Apollo tradidit· horum uero ſuſceptores, et alumnos, Eurytidas fuiſſe aiunt. Menelaides uero eoſdem, quos Cypſellicos eſſe ferunt, duobus ſcilicet canibus uterinis à Menelao in Argolide nutritis. Circa Cyrenam porro, genus quodpiam è lupis canibusq́; naſci, Author eſt Ariſtoteles: Creſſorũ præterea Canũ, illi quidem diaponi, hi uero parippi dicuntur. Diaponosq́; aiunt etiã noctes diebus in ferinis pugnis continuare, & ſæpenumero cum feris dormire, dieq́; orto redintegrare pugnam· Parippi uero, cum equis currunt, nec præcurrentes ipſi, neque ab ijs relicti. Sed Cynamolgi, canes ſunt circa Meridionales paludes, qui boum lacte uictitant· & cum uenientibus æſtate bobus Indicis pugnant, ut tradit Cteſias: Canes autẽ memorabiles ſunt Pyrrhi Epirotæ. * qui hoc è ſomno exclamante, circuiens, Pyrrhum cuſtodiuit * hoc uero mortuo, & cadauere incenſo, in pyram inſilijt. Et Canes Heſiodi, qui iuxta eum occiſum manentes, occiſores eius latratu prodidere. Tũ & Canis Icari, Filiæ eius, Icari cadauer indicauit· & ſi Poëtis credere licet, hic Canis eſt Syrius: Memorabilis & * Epirota Cerberus eſt· & Alexandri Canis, cum leonibus congrediens, genere Indico, & centum minis emptus. cui Mortũo urbem Alexandrum condidiſſe, Theopompus ſcribit. Tradunt uero, generoſiores Indorum Canes, alias quidem feras ceu dedignantes præcurrere· cum leone uero ſolo, ueluti decertatu digniſsimo congredi. mordicus autem inhærentes detinere adeò ut ſi feram ceperit, multum laboris Venatoribus eſſe, ut canem à fera abſtrahant. Sed et Alexandrum experimẽti cauſa, ut Poëta tradit, in Indis huiuſmodi Canibus acceptis, multas ferarum ſpecies uni è canibus obieciſſe, hunc uero

quidã ipſo mortuo uero,

Epiroticus

in



in terra extenſum ſecurũ iacuiſſe, ueluti nihil ſibi curandam ignobilem feram æſtimaret· leone uero uiſo aſſurrexiſſe, agnoſcens dignum hunc concertatorem fore. deinde congreſſus leonem deuicit, hic quidem hunc tenebat mordicus· quidam uero enſe canis pedem abſcidit, & ne tunc quidem ob uulneris dolorem morſum dimiſit, ſed præ furore uulnus ignorauit. A Poro autem Rege donatus Canis, duorum leonum uictor extitiſſe fertur. Fuit & Alcibiadi memorabilis Canis, minis emptus ſeptuaginta, pulchritudine inſignis. cuius caudã ademit, propterea quod canis pulchritudine inſici repræhenderetur· & de induſtria eũ mutilaſſe fertur, ne quid huiuſmodi de illo poſthac Athenienſes dicerent. Memoratu digna et Atalantæ Canicula eſt, quam aper confecit Calydonius· Vnde Canis ſepulchrum, Calydonij retinent· Sed & aliud Sepulchrum in Helleſponto ſic uocant, à cane quodam inclyto· niſi credimus, quod ab Hecuba in canem transformata ſic nominatum ſit. Nota eſt autem de Ar o Vlyſsis cane, apud Homerum Fabula: Geryonis uero Canis, qui boues cuſtodiebat, frater erat Cerberi, & ab Hercule occiſus eſt· cuius nomen fuit Gargittius, eiuſq; ſepulchrũ extat in Hiſpania. Notus etiam eſt Triacas, canis Pæonicus· hunc autem Panes Pæoniæ Satrapes, Alexandro Regi dono dedit. Neq; etiã Magnes, canis Hippamonis Lethargus * nomine ignobilis eſt· qui, ut Epitaphium teſtatur, cum Domino ſepultus eſt·

cognomine

Viro, nomen Hippamon erat. equoq́;, Podargus·
Lethargus, cani· atq; Famulo, Bales:

Et hæc quidem Actæonis canum, iuxta Aeſchyli ſententiam nomina ſunt, Corax, Harpyia, Charon, Lycitas. Nonnulli & Xenophonti Grylli Filio, canem nobilem, Hippocentaurum nomine fuiſſe tradunt. Tum Magnetes, iuxta Meandrum, Canes alunt bellorum armigeros. talesq́; & Pæonibus, Canes erant uenatici: Clarum uero & Lycadem Theſſalum fecit Simonides, Canis ſepulchro hoc inſcribens Epitaphium: *

Recumbis mortuus albis oſsis repleto in tumulo,
Et nouiſti adhuc fugare feras, uenatica Lycas·

Quam rurſus etiã perditas albis oſsibus pleno in tumulo Conijcio adhuc pauere feras prædatrix Lycas.

Tuam uero uirtutem nouit ingens Pelion, & inclyta
Oſſa, atq; * celebres Cithæronis ſpeculæ:

ſolitariæ Morere tandem, & lyricā ede uocē iuxta lucum, Locri, bene uocalium, celerrimorū catulorū · Qualem alleuianti tuo impoſuit membro Sæuum uariegata collo uipera:

Cæterum Tegeatis Anyte Locrida quoq; celebrem fecit, in cuius ſepulchrum incidens inſcripſit·

Ὤλεο δή ποτε, καὶ ἀκλύειζον παρὰ θάμνον,
Λόκρι, φιλοφθόγγων ὠκυτάτων σκυλάκων·
Τοῖον ἐλαφρίζοντι τεῷ ἐγκάτθετο κώλῳ,
Τὸν ἀμείλικτον ποικιλόδειρος ἔχις:

## CAPVT SEXTVM, DE TEMPORE VENATIONIBVS commodo.

VEnandum quidem eſt tempore omni . experiunda autem canum uirtus, in frigore quidem, ſi nares non molleſcunt· in æſtate uero, ſi Solem ferunt, & ueſtigia ſequuntur, Sole licet odorem eorum obſcurante· ſed in uere, ſi in plurimo quoque florum odore, ueſtigiorum odores dijudicant . Hyemali itaq; & æſtiuo tempore, uernum tempus ad uenationē commodius eſt, aëre ſcilicet magis temperato, niſi quod ueſtigiorū indagationi flores obuerſantur. Autumnus uero, quàm proxime ad ueris temperationem accedit· neq; florum, et iam collectorum fructuum odores, canum nares ad ſeſe attrahunt . Verum per hyemem, manifeſtiora, faciliaq; inuentu ueſtigia ſunt· & lepus facillimus captu, quoniam denſiſsimis pedum eius uillis niuis globi inhærentes, curſus facilitatem impediunt . Catulorum autem alimonia, poſt maternum lac· quod Simul cum materno ſpiritu almum imprimis eſſe, teſtatur Xenophon· Afferre oportet catulis, captarum ferarum ſanguinem, ut uenatico cibo aſſueſcant. Σκυλακεία uero. hæc quidem, catulorum alimonia· illa autem, eorum generatio uidetur. Catulire autem canes dicuntur, hyeme cum imprægnantur, & coëunt. Exercitatæ uero caniculæ, deinde recreatæ coëant· ut labore quidem earū firmentur corpora, recreatione uero robur accipiant· Edere autem * illos tunc ad ſatietatē conuenit, ſi enim prægnantes ferociant, non utile

illas



utile eſt. Catulientium autem uictus, panis eſt uino rigatus.

## CAPVT SEPTIMVM, QVANTVM, VNDE, ET QVAM DIV VTERUM ferant. I

VTerum uero ferunt duobus menſibus, nec quis prægnantem uenatum educat, ſi partui uicina fuerit· Sed ut Ariſtoteles tradit, Si quæ duobus menſibus uterum geſtauerit, catulos ante duodecimū diem non uidere· ſed ſi dies duos & ſeptuaginta, catulorum uiſus tempus habet conſtitutum tertium, aut quartum diem: Nonnulla autem imprægnatio trimeſtris, & catulorum uiſus in diem ſeptimum decimum'ue protenditur. Tempus porro canum ad coitum, & generandum, optimum eſt · maſculo quidem, quartus incipiens annus, ultimus autem octauus. fœmella uero trima, ad ſextum uſq; annum generet.

## CAPVT OCTAVVM, DE MORBIS CANVM. I

MOrbi canum ſunt tres, rabies, podagra, cynanche· Podagra, non omnino incurabilis eſt· Rabies autem, curatu difficilis · Sed cynanche, letifera. Omne uero quod à cane rabioſo morſum, moritur· excepto homine, qui tamen non omnino periculi expers eſt.

## CAPVT NONVM, QVANDO CANES VENATVM EDVcendi ſint. I

CAtuli porro: fœmellæ quidē, ſemeſtres· maſculi autem, octo menſes nati, ad uenandū educendi ſunt, loro prælongo & torto ducti. & ſi præhenſa fera fuerit, etiam illis ut præhendant permittendum eſt, quo fera gaudeant · primum quidem, ut à loro allatrent permittendi· deinde, paulo pòſt loro ſoluto dimittendi, ne nimium tendendo rumpant. Canis autem ornatus, eſt millus· lorum latum,

Cinctura & ipſa collario alternatim ceruices poſt ſcapulas ſummas & lumbos conſtringantur. collarium à tenui loro

latum, collum ambiens, ſolidum. quod & torques, & monile dicitur· anterius autem ei ſubſuatur agnina pellis, ne cutis canina corio atteratur. * τελαμωνία uero * eadem, lorum latum utrinq;, à * millo circa latera extenſum *, ut * circa ſcapulas ſummas extenſa, iuxta lumbos coarctentur. Claui autem, & aculei, hiſce loris infixi ſunt. quorum nonnulli circa pubem extenduntur, ne canis aliquis coëat· aculeis his aſcendentiū impetum arcentibus, ne ex ignobilibus concipiant. Sed * à millo tenue lorum dependet, quod ad canis ducem tenditur, & ab hoc canis ducitur. Sunt etiam nonnulli, qui canum dorſa pellibus quibuſdam contegunt, ipſorum pellibus ferarum pelles adaptantes· ut hoc tegmine muniti canes, ſi forte cum fera aliqua pugnaciori congrediantur, uulnerari nequeant.

## I CAPVT DECIMVM, VIRTVTES ET VITIA CANVM, A CORPORE & INDOLE.

VIrtutes canum, à corpore quidem· magni, non tamen immenſi, & proportione carentes· Simi, articulati, neruoſi ſub fronte· latus frons, interſtitia certa habens. Capita leuia, & agilia· Oculi ſublimes, nigri, lucentes· lucidæ papillæ, uultus ignitus· Auriculæ tenues, & paruæ, nudæ in parte poſteriore. Collum longum, molle, & rotundum· Pectus pingue, & latum. Scapulæ, ab humeris aliquantum eleuentur· Crura, utrinq; quidem alta. poſteriora autem, maiora, & hæc quidem contracta· priora uero, recta, dura, rotunda, & non iuxta ſcapulas prominentia. Latera autem cōtracta ſint, nec terrā uerſus dependentia · Lumbo uero non carnoſo exiſtente, nimia ſimul abſit mollities, et durities. Clunium autem menſura optima eſt, ſi abſit & magnitudo, et durities. Lumbis autem rotundis exiſtentibus, poſteriora quidem carnoſa ſunt· inferiora uero ſoluta, interius cōtracta. Ventres porro ipſi, & inferiora eorum, uacua ſint. Caudæ prælongæ, rectæ, acutæ, uerſatiles, femora reſpicientes, duræ. Sed uentriculi, rotundi, longi, firmi. Pedes autem, rotundi, et piloſi ſint· piliq; ipſis condenſentur crine tenui





ne tenui, molli, & denſo· Tales enim exiſtentes, leues uidentur, ueloces, celeres, rapaces. Statim autē et ad indolis uirtutes ſermo deueniet, declarans canes feroces, ſagaces, operoſos, certos, animoſos, prudentes, naſutos, celeres, acres, laborioſos, generoſos, fortes· Qui præhendere ſpiritus, & iudicare odores poßint· ueſtigia dirigere, ferā depræhendere, ſequi, ſubſequi, perſequi, inſequi, poſt pedes incedere, latentē inuenire, præuiſam inſequi, depræhenſam occidere· Cōſiderare * in inquirendo odores, ſed in ueſtigiorū inuentione non ſtrepere · præcedere Venatorem, & ſi prope inuentam fuerit· Signum dare, nutare, indicare· manifeſtare, animi gaudio, corporis ſaltu, uultus hilaritate, oculorum alacritate, permutatione oculorū, reſpectu uultus, exultatione ſpei, aurium arrectione, caudæ uibratione, & frequenti oris agitatione. Vicia porro canum, è prædictis apparent uirtutibus. Dices autem, à corpore quidem· parui, aut alti, & proportione carentes, terribiles, luſcioſi, incurui, infirmi, nudi, turpes, informes, incompoſiti corpore, intortis pedibus, ore carentes, ignaui, remißi, tardi, triſtes, ſegnes, graues capite, carnoſam frontē habentes, immenſi, hirſutis auribus, duri collum· pectora anguſta, ſcapulæ humeris adhærentes, latera denſa, lumbi carnoſi, clunes ad corpus non proportionati, coxæ longæ & macilentæ, femora mollia, uentriculi non rotundi, pedes prælongi· Tali uero corpori, indolis quoq; uiciū adhærere neceſſe eſt, & canes eſſe ſtolidos, ſtupidos, ueſtigiorum rudes, olfactu carentes, ignauos, ocioſos, remiſſos, errones, fallaces, quæſitu fallibiles· ad inquiſitionem quidem attonitos, ad inuentionem uero ſegnes· Immorigeros, ferarum negligentes, humanos, à perſecutione recedentes, ferā relinquentes, Venatores prodentes, ſubſequentes, præcurrentes, omittentes inſecutiones, latrantes, lætalia non præhendentes loca, fruſtra gaudentes, fruſtra ſe uertentes, effuſim ſalientes, meliores canes impedientes, Solem uitantes, ſubeuntes umbram, molles, frigore corruptos, imbrem non uitantes, ante terminū definitum * defatigati, tergiuerſantes, trementes cum fera propior fuerit, trepidos, ad inueniendum indoctos, ad inſequendum

quidem

defatigatos

dum non ſufficientes, ſtultos, infirmos, uellicantes.

## I CAPVT VNDECIMVM, NOMINA A CANIBVS.

ACanibus porro deriuantur, caninum, canina uenatio, cynanche cum canibus pugnare, canes ſequi. canes interoſculantes, * & eccynus morbus, *interoſculari, uel affligi. Dicitur & προκυνεῖν, pro latrare ante feram inuentam. Et Homerus, Canis oculos habens inquit ſic enim impudentem uocat Et alibi, Canis impudens: Ariſtogiton uero Cydimachi Filius, Canis, propter audaciam uocabatur Et Canes, qui ab Antiſthene ſic dicti ſunt. Et caniniſare, & cyniſmus, cynicus, caninus, & canes habens, & equi caninis pedibus præditi. Canum porro colores, nec totus albus, receptus eſt nec omnino niger, neq; prorſus rufus. ſed ſingulis his alius quiſpiam color admiſceatur, aut iuxta frontem, aut ſuper ſummas nares, aut circa aliã quandam corporis partem.

## I CAPVT DVODECIMVM, DE DIFFERENTIIS FERARVM.

CVbilia leporum, dumeta denſa, ſaltus opaci, ualles profundæ. in hyeme quidem, aprica: æſtate uero, umbroſa In niue μελάγχειμα, ſunt autem hæc luſtra, quibus nix non integitur ſicq; uocantur, quod præter alium terræ colorem, qui albet niue, hæc ſola nigreſcant. Certiſſima autem ueſtigia, ſunt recta, [præceſſerint] incertiſſima autem, intricata quæ tum maxime fiunt, ſi * progrediantur uulpes. Erecta porro ueſtigia ſunt, cum ſtrepitu aliquo audito, erecti pedibus poſterioribus inſiſtentes, certum aliquid de incidenti ſtrepitu cognoſcere uolunt uel cum Lunæ lumine gaudentes, [diſſilientes] cũ pleniluniũ eſt, colludentes mutuò, longius ſaltãtes, *tranſſilientes, et hinc inde ſe proripiẽtes, cõfuſa ueſtigia reddunt. Præterea [lepori] forma * leporis, & natura Color quidem ſubfuſcus, eſt autem hic oleæ ſubfuſcæ ſpecies, quæ nec cruda adhuc, nec tam in tota nigreſcit Magnitudine, non magnus natura, leuis Denſus pilis, etiam

lis, etiam



lis, etiam in ſupinis pedũ partibus, non tantũ prona parte hirſutus quod Nullo alij animali cõtingere, tradit Ariſtoteles: Ob quod mihi uidentur & alij, et Cratinus, Leporem δασύποδα uocare, nomen ex leporis natura fingentes. Maior itaq; lepus, maiorem etiam frontis habet albedinem minorq; minorem, et colore rufus eſt. Secundum oculos autem, glaucus, & cæſius lepus eſt oculiq; palpebris carent, unde et luſcioſus eſt Somno etiam indulget plurimum, quod oculis nocumentum non paruum exiſtit. Caput habet paruum, leue, rotundum, breue aures arrectas Collum arctum, rotundum, molle, longũ ſcapulas rectas, ſuperne ſolutas Crura anteriora, agilia, coniuncta pectus, non carnoſum Latera non grauia, nec immoderata tibiam, carnoſam Clunes, molles coxas, rotundas, carnoſas, non contortas Femora, breuia, firma, uerſatilia, non tumida interiorem quæ inter crura partem eſt, longam, & rigidam Pedes priores, arctos, & longos poſteriores, firmos, & latos Tibias longitudine, poſterioribus multo minores. Poſteriora autem crura, incurua ſunt, ad priora ſeſe inclinantia, quæ currẽdo illis præmittit & ſaltando poſterioribus pedibus erigitur, minime tamen priores impedientes, propter eorum ad interiora tranſmutationem. Saltatoriũ autem magis, quàm curſorium eſt animal alioquin leue, et agile Et cum caudam ad corporis gubernationem non ſufficientem habeat, auribus utitur ad gubernationem has concutiens, & ceu remis quibuſdam corpus dirigens. In locis uero præcipitibus magis capitur, propter poſteriorum pedum altitudinem in caput præcipitatus ſed in accliuis locis pedum inæqualitas locorũ inæqualitati reſpondens, corpus ad curſum adæquat. quantũ enim in accliuis locis, poſterior pars declinatur tantũ ꝑedum longitudo, pedes ceu æquales ſimulat, * uel refert. Timiditate autem omnes hoc antecedit animal, facile terrore concuſſum, & ſuſpectum unde & πτὼξ nominatur Somnum uero, & requiem capit, crura poſteriora clunibus ſupponens anteriora uero protenſa coniungens, & caput in hæc reclinans * Verum ſi inclinatus fuerit, nareſq; quin habuerit immotas, dormit non tamen defatigatus ſimiliter requie-

ſcit· Sed ſi oculis apertis immotus iacuerit, nareſq; mouens frequenter intenderit, ſomnus ipſum profundus occupat. Fœcundum autem hoc animal eſt maxime, ſemper prægnans, et omni anni tempore· adeò ut hic fœtus modò natus ſit, ille uero naſciturus· hic conceptus, alterq; iam fiat· Ipſumq; nominabis, fœcundum, fœtu abundantem, prole inſignem, imprægnatum, fœtu ſemper repletum· Parit autẽ menſibus ſingulis· Totuſq; pilis tegitur, adeò ut et intra maxillas pilos habeat. Quot uero annorum fuerit, tot habet ſub cauda corpori incidentia foramina· Solus uero animalium ante partũ lac habet, & ſolus biſidorum habet coagulum· Tum uero ∗Helymei Vulpes, qui apud nos ſunt, corpore minores non ſunt, colorem autem nigrum referunt, & longiores creſcunt, albaq; iuxta caudam pars ipſis eſt longior. Leporum autem ij, qui μοχίαι dicuntur, acerrimum odoratiſſimumq; ueſtigiorũ odorem habent, adeo ut & canes ad hunc inſaniant. Ithaca porro, ſola inſularum, lepores non procreat. Carpathij autem, cum leporibus antè carerent, par introducentes, multitudo propter fœcunditatem exorta, fructus perdidit· Ipſi uero in prouerbium, de ſpontaneum ſibi conciliantibus malũ, abiere, Carpathius leporem. Tum & Anaxilas Rheginus, cum Sicilia antè, ut Ariſtoteles inquit, lepores nõ gigneret· hic inuehens nutrienſq;, ſimul rheda in Olympia uincens, Rheginorum monetæ rhedam inſculpſit, & leporem.

[Margin: Elymæi]

## 11 DE CERVIS, SVE, ET RELIQUIS FERIS.

CEruorum quidem, cornibus fœmella caret· maſculus uero, eſt cornifer, cornutus. lata cornua habens, aut alta· uel aurea, qui ab Hercule captus eſt. Et Anacreon quidem errat, Ceruũ uocans Κερόεσσαν· Sicut & Sophocles, Κερόεσσαν uocat, Telephi Nutricem: Rectè autem Homerus, ∗ Ἀμφ᾽ ἔλαφον κεραὸν: Ceruis uero, color eſt fuluus, albis interſtinctus lineis· plures uero maculas fœmellæ habent, & hinnuli imprimis· Capiuntur porrò retibus, ſi quis has agitans uenetur· pedicis uero, ſi quis inſidiãs eos irretiat. Prolem uero, nõ plus una, cerua parit· Et prægans eſt menſibus octo, uterum autem fert imprægnata ineunte autumno. Hinnulum uero, in luſtrum genitores ducunt, ut præruptæ rupis ambitus ab altera parte ſecuritatem exhibeat· Mater autem, ſeſe demittens, fœtum lactat· ſed pater ſuperne cuſtodit, & contra accedentem pugnat. Et hinnulũ quidem, ſi poteris, à parentibus pulſum uenare, & primo ſanè curſu ∗deficiet tibi & canibus, ∗ poſtea uero hinnuli defatigantur. Multi etiam adultorum ceruorũ in continuis magis inſecutionibus propter ſpirandi difficultatem capiuntur. ad hos autem, opus eſt arcubus, et iaculis. De apro præterea dices, terram roſtro fodit, detondet prata, ſcindit arbores, acuit dentes· horret uertice, obliquis tuetur oculis, ignitùm cernit· Dentibus fulminat, dentium fremitu minatur· ignem oculis emittit, ſpuma dentibus adhæret· Ad iram eſt aſper, furore implacabilis, difficilis oppugnatu, captu durus, inexpugnabilis, proſiliens, prorũpens, irruens, incidens, euertens· dentibus ſecans, aperiens, perrumpens· Impetu ruens, currendo appropinquans, impetuoſus, immobilis, impugnatu difficilis· Retia etiã ſuccindat, perticas euertat, arbores radicitus extirpet· inſolens, furibundus, magnanimus. Si uerò obliquè dentibus fulminet, canum pilos comburit· Si uero morienti, dentibus exertis, pilos adhibueris, tanquã ad ignem adhibiti crines conuoluentur· adeo ignita quædam uis huic beſtiæ ineſt. Vrſa porro carnem parit, format autem, et membra lingendo fingit, ut animalis ſpeciem habeat. Vrſi uero montem, urſinum cognominarunt. Et

[Margin: Circa ceruum cornutum]

[Margin: deficies tu, & canes in reliquis uero uenationibus]

Populus Atticus, Virgines ∗ Ἀρκτεύεσθαι dixit. ∗Tum & Heli- 3 4
ce, & Cynoſura, inter aſtra duæ urſæ ſunt· Iouis hæc Nutrix, alij autem utramq; dicunt. nonnulli tamen hanc, Nutricẽ illam, Amicam fuiſſe tradunt. Præterea Arctos, Meridiei oppoſita, mundi pars eſt· & uentus inde flans, Aparcticus· & circulus, Arcticus. Capitur uero beſtia hæc retijs, pugna· & foueis quibuſdam, quas ſub arbores frugiferas Venatorum nonnulli fodientes, & calamorũ, aut alius fragilis cuiuſdã ligni baculos ſuper tendunt, terramq; imponunt immotam, & herbas inſternunt. tum hæc quidem arbore præhenſa, fructuum deſiderio capitur· ipſam uero fouea fragili

hoc ligno confracto, excipit. Sed & pardalim iiſdem modis capiunt, atq; aconitum pharmacum cibis admiſcentes· et * hoc quidem fera dyſenteria exhauritur, nonnunquam tamen et uiuum capitur. De pardale uero dices, corpus habet diſtinctum, maculoſum, croceum, pulchrum, bene coloratum, ſpecioſum, uarium, molle, agile, multiforme, ſaltatorium, & luctatorium. Leonem autem uocabis, trucem, regium, pulchra iuba inſignem, pulchricomum, comatum, barbatum, glorioſum, magnanimum, inſolentem, ſublimem, ingentem, uiolentum, uelocem, ualidum, audacem, fortem, Virorum potentem. Minime tamen retiis, adultus leo, ſed machinis & inſidiis capitur· Catuli uero, parentum robore & audacia confiſi, uenando paſcuntur. Præterea aſinos ſylueſtres equis inſequentes, nam gregatim paſcuntur, ubi defatigati & anheli fuerint, plurimusq; illis puluis excitatus obuerſatur, hos quidem telis conficiunt· hos uero uiuos capiunt, laqueos ferreos circumiicientes· qui uero perſecutione amentes facti ſunt, nonnunquam non inuiti, cum quis attraxerit equum conuertens, ſequuntur.

III DE INCITATIONE VENATORIS.

VEnator uero, inclamet canibus, iubeat, acclamet, inſonet, ſignum det, incitet canes, adhortetur, cohortetur, excitet, impellat, compellat, expellat, inhortetur, & ſuſcitet· concurrens, poſt eos curſitans, ſequens, inſequens, ſubſequens, cum canibus currens, collaborans, cooperans, ſimul animum adiiciens, ſimul ſcrutans & inueniens.

## CAPVT XIII, DE VOCIBVS ANIMALIVM.

5 ANimalium uoces ſunt. canũ quidẽ, latratus, latrare, latrantes, et gannire. Dices etiã * ἀράζειν, ϗ ἀράζοντας· tum & lugere, & lugentes. Secundum Xenophontem autem, & Clangor dicitur· ipſe enim, Clamantes dicit. Nõnulli uero Poëtarum, Canes et βλύζειν dixere· Σκυζᾶν uero, cum dormiendo inſonant. Luporũ uero, eſt ululatus, ululare, ululans. Leonũ, rugitus, rugire, rugiens. Equorũ, hinnitus, hinnire, hinniẽtes, adhinnientes. Nõnulli & fremitũ de equis dixere, & equos fremere· frendere uero omnes. Porcorũ autem uox, grunnitus, grunnire, grunniẽtes· quirritare, et quirritantes. nõnulli et grunditũ dixerunt, grundire, & grundientes. Boum, mugitus, mugire, mugiens. Ouium, balatus, balare, balantes. Caprarum, mutitus, mutire, mutientes. Homerus et capras, Μηκάδας appellauit. Videtur autem caprarum proprius eſſe, fremitus, fremere, fremens· Sicut & Herodotus fallitur, de Hœdis Phrygiorum dicens, cum capras balare putat. Aſinorũ, ruditus, rudere, rudentes· idem etiam de mulis dices· Sed & Oncantes dicitur. Et Poëtarum nonnulli aſinos, Oncatores appellauerũt. Notandum porro, quòd de aliis brutis, de quibus propria nomina non extant· utpote de de urſo, pardale, panthera, & aliis, rugire dicunt. de minoribus porro, ut uulpibus, thois, & lupis· latrare, & rugire.

* conuiciari & conuiciantes

## AVIVM VOCES. II

DIces præterea, aquilas, clangere· grues, gruere. de utriſque uero, clangorẽ· Accipitres, pipare· gallos, cucurrire· cuculos, cuculare. Hyperides autẽ, Demoſtheneſq;, gallos, Cuculare dixerunt· Perdices, cacabare· coturnices, gryliſſare· cycnos, canere· turtures, gemere· columbas, plauſitare· graculos, frigulare· galgulos, glocitare· merulas, ſtridere· cicadas, fritinire· apes, bombilare· upupas, popiſſare· noctuas, cucubare· meleagrides, cacciſſare· ueſpertiliones, ſtridere· draconites, ſibilare· picas, picari· hirundines, trinſare· luſcinias, cantillare· anſeres, gratitare. Coniungenda hiſce et humana uox eſt, clamor, uox, loquacitas, ſonus, clamatio, et ſermo· de quibus, clamare, uocare, garrire, ſonare, exclamare, loqui. Vocis uero, clamoris, ſoni, loquacitatis, & ſermonis nomina iam antè dicta ſunt· Ad numerentur autem his, à clamore, clamator, & conclamator.

CAPVT

I CAPVT XIIII, DE EXCREMENTIS, ET IIS QVAE PER VENTREM EMITTUNTUR.

Sed abire in ſeceſſum dices, in latrinam, in ilia, in ſtercus. Stercus uero Ariſtophanes, et ἴπωνον uocat. Opus autem ipſum, cacare, egerere, fundere. unde & Fundens Patroclides: Sed egeſtum hominis excrementum, σκὼρ dicitur, à quo obliqui caſus in uſu non ſunt. ſed pro illis, τοῦ σκατὸς, & τῷ σκατὶ dicunt, quorum nominatiuus non extat. Tum et merdam uocant, ſtercus, et σπατίλην. Et equi quidem, fimũ uocant. bouis, bubulum. aſini, aſininum, & ὄνθον. Homerus etiam ὄνθον, bobus tribuit. Porci, ὑσπέλευθον. ouium, ouillum. caprarum, σπυράδια, σπυραθίτην, καὶ σπύραθον, & σπυράδανα. ſicut & murium, μυσκέλεδρα.

CAPVT XV, DE COITV ANIMALIVM.

Coire præterea de brutis dicitur, ſcandere, inſcendere, uehi, conſcendere, *congredi, conuenire, conduplicare
aſcendere. Aſinorum autem proprium eſt, ὀνοβατεῖν, cum equos conſcendunt. Commune autem omnibus eſt, ſobolem ſeminare, ſicut etiam de hominibus dicitur. de illis uero dices, conuerſari, miſceri, concumbere, commerciũ habere, appropinquare, communicare, ſimul recumbere, in unum uenire, ſimul iacere, condormire, cõuenire, concubare, ſeminare, coire, rem habere Veneream, amplecti. Et trita illa, quibus Comici iocantur. κινεῖν, Subagitare, Contundere, Intendi, Cõprimere, Complicari: Ab his etiã ſtudioſus & res denominabit, mixtio, conſuetudo, conuerſatio, communicatio, communio, coitus. Non tamen appropinquatio, aut concubitus. ſed concubuit cum illa. & Cõcubinus ſum, ut Hyperides. et quod magis Atticum eſt, Rem habui: Ab eadem uero, dicitur gratificari, & gratiam dare.

DE CVR-



DE CVRSV ANIMALIVM, ET pugna. II

Dices *at ceruum, currere. leporem, fugere. ſuem, aut aprũ attamen
perrumpere. leonem, irruere. pardalim, ſaltare. urſum, complecti. taurum, incidere. Et hæc quidem, labris ferire. illa, ungulis pulſare. hæc, cornibus impetere. illa, pedibus calcitrare. * illa, un- hæc
gulis ſcalpere. * hæc uero, dentibus laniare. illa

CAPVT XVI, MVLIEBRIS MVNDI NOMINA.

Dices præterea ſummatim ſic, mundi, ornatus, ornamenta, mundiciæ. Non enim negligenda ſunt muliebris mundi nomina. A prædictis autem deriuantur, ornare, ornatio. comere, comptus. deliciari, molleſcere. deliciæ, mollities. Capitis porro ornamenta, Homerus narrat. Reticulum, Capitale, & Redimiculum textum. Tu uero, et Coronam his adde, ex illo Homeri Ver- Iliados 6
ſu, Horum hæ quidem flexas coronas, hi uero enſes habebant. & Corollas, apud Callimachum. Baccasq́ʒ, apud Homerum, et Anacreontem. Et Faſciam, & Redimiculum, apud Ariſtophanem: quæ & funda appellatur. Et mitræ, acus, & calamiſtrum, uelum, aurea, & inaurata omnia. Sed & ξένιον, aureum erat capitis ornamentum. quod nonnulli pecten eſſe uolunt. Tiara uero, & Cybarſia, Perſica: Verũ circa aures, ſunt redimicula, perforata, inaures, uertebræ, cardines. Et Sitlæ, more Dorum. Et ſecundum Aeoles, Artiala: A Comicis autem, et ἐγκλαστρίδια uocata ſunt, * Rotu- &
læ, Botrydia, Germina, Caryatides, Hypocampia, Cẽtaurides, * Innutritum
Entrophũ, et Tripes. Sed liquet, quod à forma ipſorũ nomina illis indiderint. quemadmodum et Homerus inaures, * τρίγλωας uo- Τρίγληνα
cauit, tanquam trium pupillarum formas habentes. Sed colli orna- ἕρματα
menta, collaria, ceruicalia, tũ & torques, monilia, fibulæ, trichæ, Trina pu-
oreæ, malacia. Et Torques τανθαρυσοὶ, apud Theopompum Co- pillaria mu
micum. à quibus lapides quidem dependebãt adeò, ut à motu * gem nimina
marum dicti uideantur. Sed & τριοπὶς, monilis ſpecies eſt, tres

bb ueluti

etiam ueluti oculos ſuſpenſos habentis· Et ſecundum Antiphanem, * &
conſeſſus * κάθημα· quod & * καθετῆρα uocauerũt. Quoddam etiã mo
conſeſſorẽ nile, μάνος, aut μόνος dictum eſt· Doribus proprium maxime.
Quæ uero circa brachia, brachialia, & armillæ. Sed circa manuum conunєturas, pericarpia, echini, amphideæ, anguiculæ, pſellia, chlidones, & bubalia. quorum nonnulla, et ad brachia, pedeſq; referuntur maximè tamen amphideæ, & chlidones. Pedibus tãmen propria, talaria, pedalia, calcei, calceamenta, ægla, ſolea· & Tibialia, ut & Menander, & Nicoſtratus tradunt Comicorum Magiſtri: Circa pectus porro, ſcutulas habent axillares. Faſcia axillaris, ſecundum Philippidem Comicum in Adoniazuſis: Quæ uero in digitis, annulus, condulus, ſigillum. ſignatorius, ſic enim ſignatos annulos uocarunt· ſigilla autem, gemmas continentes. Digito autem minimo annulum geſtabant, qui ἄκαρος propter paruitatem dicebatur· & alter corianeum dictus, medio aptatus digito.
alios Tum et * aliorum ornatuũ Comici * mentionẽ faciunt, ut Ἀργόρ
nominant ὀχθοιβοσέλεθρον, Elleborum, Ampullæ, Barathrum, Pectoralia, Samacia, Siſymbrium, Monile: quorum formas intelligere difficile
perſpicere eſt, quoniam non adhuc * uidere licuit alicui, num ſeriò aut ioco hiſce nominibus utantur. Fortaſſe & ornatui competit, coloratio, pictura, fucus· Et Stigma, apud Ionem in Omphale· ut, Et nigrum ſtigma oculis idoneum: Dices præterea, faciei unguenta adhibet· faciem iniungit, purgat, pingit, fuco rubefacit, colore dealbat· Oculos perſtringit, ſupercilia denigrat, lineas ſemicirculares circum ducit, frontem dimetitur· roſeas genas fingit, momentaneum florem, cito defloreſcentẽ. Et ſecundum * Locrum, Non faciem, ſed laruam geſtat· Artem naturæ anteponit, uerum fucato· firmo, infirmum, & fragile· rebus ipſis, picturam· Imaginem, pro ipſo uiuo ſimulachro fingit.

CAPVT



## CAPVT XVII, DE MIXTIS NOMINIBVS.

OCcurrunt & cumulatim nobis nomina ſynonyma, exigere, quærere, requirere, extorquere· exquiri, extorqueri· Exactio, requiſitio, extorſio· et nomen exactor. Reddere, exoluere, perſoluere, referre, ſoluere, reijcere, deponere, renumerare, reponere· redditio, retributio, relatio, ſolutio, depoſitio, perſolutio, renumeratio. Priuare, auferre, rapere, ingratũ eſſe, ſpoliare, uẽdicare· priuatio, ſpoliatio, ingratitudo· Nomenq; unum, ingratus· et aduerbiũ, ingrate. Negare, abnegare, denegare, deierare, ſubterfugere, elabi, refugere, recedere, abnuere, denuere· abnegatus, denegatus, et hæc ſola nomina. Res uero, negatio, denegatio, ſuffugium, receſſio, abnegatio, recuſatio, repulſa. Platonis autem propria locutio eſt, Μὴ ἀπαρνηθεὶς γένῃ· id eſt, Ne hoc denegetur tibi: Promittere, prænunciare, polliceri, ſpondere, prædicere, ſpem ſubtendere· promiſſio, pollicitatio, pollicitũ· Alterius autem ſignificationis eſt, cõfirmare, definire, determinare, fidei ubere, in ſe recipere, affirmare, confirmare, communire· periculũ ſubire, ſe ſubijcere· Difficile, moleſtũ, arduũ, durum, difficile, dubium, repugnatu difficile, operoſum, laborioſum, graue, oneroſum, indiſpoſitum, confuſum· et horum quoque comparatiui non inelegantes ſunt, & perlatiui quoq; elegantiores. Tum & pluribus aduerbia inſunt, & nomina· ut difficultas, moleſtia, onus. Contrarium uero, facile, promptum, factu bonum, ad manum exiſtens· uel in promptu, leue, certum, paratum, parabile, decorum, ordinarium, facile elaboratu, coincidens, ſecurum· tum & comparatiuos habent, ſuperlatiuos, nomina & aduerbia· Facilis, facilior, facillimus· leuis, leuior, leuiſſimus· Et ſecundum Hyperidem, ῥαδιώτερος: Paratus, paratior, paratiſſimus· promptus, promptior, promptiſſimus· certus, certior, certiſſimus: Parabilis. Sed ſecurum, & facile factu magis operum, quàm facientium nomina ſunt. uerum his addere quis conetur & nomen, ῥᾳδιουργόν. Figuræ autem ſunt, ex paratu, ex fa

 cili

cili, in promptu, ad manum, ex contingenti, & ſic de reliquis.

## I CAPVT XVIII, DE LOCO SALVBRI, MORBIDO, ET horum qualitate.

LOcum uocabis, ſalubrem, ſanum, incorruptum, purum, temperatum, mixtum, bene temperatum temporibus, tempora bene habentem, reſpirationes habentem, perflatum · uentos habentem perflantes, uel uentos percurrẽtes · Bene ſpirantem, recreatum, aura inflatum, fructuoſum, liberum, opacum, umbroſum, umbratilem, gelidum, hyeme bona utentẽ, calidum, tepidum, apricũ, temporibus æquum, bene diſpoſitũ cœlum habentem, integrum, bene cedentem tempori, bonos habentem ſpiritus, temporibus bonis utentem, ætherium, ſudum · in puro aëre, aperto aëre, hilari, leui, agili, lucido, libero, claro, pellucido. In contrariam uero partem, morbidus, morboſus, morbis obnoxius, mortifer, intutus, lubricus, periculis expoſitus, periculoſus, corruptus, importunus, grauis, tenebricoſus, obſcurus, lumine carens, Solis expers, intemperatus, temporibus iniquè diſpoſitus, hyemalis, infœlici hyeme utens, frigidus, gelidus, glacialis, pluuialis, uentoſus, nubilus, ignitus, igneus, flammeus, ſuffocatorius, calidus, feruens, feruidus, incẽſus, ardens, moleſtus, uentis expoſitus et impetitus, infrugifer, humidus, paluſtris, aquoſus, niuoſus, ſqualidus, ſordidus, ingratus, immitis, morbifer, corruptus, importunus, peſtilens, cœlo iniquiore utens · et quæcunq; alia integra oratione dici poſſunt. Res porro huius quidem, hyems, frigus, uentus, imber, pluuia, frigus, glacies, nix, cryſtallus, pruina, tempeſtas, grando · feruẽtis uero illius, ſuffocatio, calor, feruor · & ſecundum Homerum Ignis, Flamma, Ferueſcentia · Et uerba illius quidem, hyemare, rigere, frigere, flare, pluere · & aduerbia, frigide · Rigide enim, Poëticum eſt. ſed huius ſunt, ardere, calere, feruere, ignitum eſſe. Et aduerbia ſola, ſuffocatorie, calide.





## CAPVT XIX, DE EO QVOD EST, NON MOROR. I

NOn moror, non deſiſtam, non ceſſabo, non omittam, non obſeruabo, non recuſabo, nõ refugiam, non derelinquam · ſed hinc deriuata nomina, & aduerbia, alterius ſignificationis ſunt.

## CAPVT XX, DE AMANDO, ET ODIENDO. I

VEhementer amo, præamo, depereo, diligo, perdiligo · ἄγαμαι, cui et ὑπὲρ præponi poteſt · Familiariter erga hunc habeo, familiariter diſpoſitus ſum, cõmode eo utor · et mihi cõmodus eſt, familiaris, Amicus, Socius, & quæcunq; alia huiuſmodi ſunt. Hunc imploro, inuoco, accedo, amatorie habeo, beneuolus ei ſum, beneuole me erga eum habeo, eius ſtudioſus ſum, eo utor. Et amicitia, amor, familiaritas, commoditas, ſocietas, beneuolentia. Et amice, amatorie, familiariter, commode, beneuole. Amicus, beneuolus, familiaris, cõmodus, Socius · φιλόστοργος enim, aliud quiddam ſignificat. Contraria porro ſunt, uehementer hunc odi, ſperno, auerto, offendor eo, offendit me, criminor ei, criminatur mihi, aduerſatur mihi · abominor eum, eſt mihi oneri · Inimicus meus eſt, & hoſtis, alienus, alienatus, et alienor ab eo · inimice erga eum affectus ſum, maleuole, & maligniter · Moleſtus mihi eſt, moleſtor eo · Sed ἐχθαίρω, Poëticum eſt. Diſcors mihi eſt, et incommodus · male erga eum afficior, ſuſpicioſe habeo, odi eum, diſcordor cum eo, et hoſtiliter habeo. Res uero ſunt, odium, alienatio, inuidia, inimicitia, moleſtia, offenſio, diſcordia, hoſtilitas, maleuolentia, malignitas, ſuſpicio · Aduerbiorum autem plurima, prædicta ſunt · Sed ſuperlatiuos habent, inimiciſſime, odioſiſſime, alieniſſime, incommodiſſime, ſuſpicioſiſſime, & maligniſſime.

## I CAPVT XXI, DE LAVDIBVS, VITVPERIO VITVPERANTE, difficili, ſimplici, & ſtulto.

bona fama LAus, *, eulogium, benedictio, encomiũ· Pulchriloquium uero, & δυσφημίαι, dura ſunt. Infinitiua autem uerba, laudare, bene loqui, celebrare, encomium canere, benedicere, collaudare. Nomen autem unicum, Laudator· Et aduerbium, laudatorie· Sed reliqua, aliud quidpiã ſignificant. Vituperium, conuicium, blaſphemia, maledicentia, criminatio, maledictio, obtrectatio, calumnia· et hinc deriuata uerba, uituperare, conuiciari, blaſphemare, infirmare, maledicere, criminari, obtrectare. Et nomina · Vituperator, ſecundum Platonem· & uituperandi ſtudioſus, uitilitigator, maledicus, & calumniator· Conuiciator enim, ſordidum eſt· Tum & blaſphemus, et obtrectator, Vulgaria· Sed criminator, uſitatius eſt. Et aduerbia, uituperatorie, conuiciatorie, maligne, calumniatorie. Laudatus uero, & uituperatus, ad alia referuntur. Dices inſuper, odioſus moribus, cõſuetudine, uoluntate, ingenio, animo, cogitatione, conſilio, uita, uitæ ratione, uitæ constitutione, & uiuendi modo· Laudando uero, contrarijs utere, ut laudandus moribus. Propria quidẽ uituperij ſunt, difficilis, malicioſus, cauillator, inſidioſus, doloſus, fucatus, fictus· laudis autem, ſimplex, bonus, dolis carens, uerus, manifeſtus, clarus, ſincerus, liber, beneloquus,
huius placidus, uel ſimplex. Res præterea. * illius quidem, aſperitas, ma-
illius lignitas, cauillatio, inſidiæ, dolus· * huius uero, ſimplicitas, bonitas, liberalitas, ueritas, manſuetudo. Et aduerbia * illius quidem, aſpere, maligne, cauillatorie, inſidioſe, doloſe, fraudulenter, obſcure· huius uero, ſimpliciter, probe, infictè, ſincere, libere, uere, placide. Sed εὐήθης, etiam de ſtupido dici poteſt· qui & ſtultus dicitur, attonitus, ſtupens, mente uacuus, mente captus, delirus, inſipiens, ſtolidus, inſenſatus, ſenſu carens, fatuus, ſtipes, caudex, imprudens, irrationalis. ſed de hoc etiam dices, mente ſubuerſus, attonitus, mente ſpoliatus, inexplebilis, delirus, nugator. Res autem nominabis,



minabis, ſimplicitatem, imprudentiã, ſtultitiam, ſtuporem, ſtupiditatem, inſipientiã, ſtoliditatem· Et uerba, ſimpliciter agere, ſtulteſcere, deſipere, ſtupere, delirare, terreri. Atq; aduerbia, ſimpliciter, inſipide, inſipienter, attonitè, ſtupide, ſtolide, imprudenter· Stultè uero, ualde ſordidum eſt.

## CAPVT XXII, DE TIMORE, I TIMENDO, ET CONfidenti.

TImor, ſtupor, metus, trepidatio, uerecundia, formido, mentis inopia, mollities, terror, horror, tremor, pauor, ſtupiditas, correptio, tumultuatio, turbatio. Et uerba, timeo, trepido, attonitus ſum, ſtupeo, timui, metui, uereor, perculſus ſum, horreo, tremo, paueo, formido, correptus ſum, cõfuſus ſum, turbatus ſum, animo defeci· Et participia ſimiliter, ſtupens, attonitus, timens, metuens, formidans, trepidãs, pertimens, perculſus, horrẽs, tremens, pauens· correptus, confuſus, cõturbatus, animo deficiens. Et aduerbia, timidè habens, meticuloſe, formiduloſe, uerecunde. δειλῶς uero, ſordidũ eſt· Et ἀποδεδειλιακότως, durũ· Turbulenter uero, & confuſe, comparatiuos et ſuperlatiuos elegantiores habent. Vocabis etiam terribilem hominem, pro timendo, & metuendum, formidandum, horrendum, horribilem, ignobilem, effœminatum, ſtupentem, uerecundum, timidum· In reliquis uero, participia nominum uice exiſtunt· Ταραχώδης enim, & θορυβώδης, etiamſi quis torqueat, ad alia tamen referuntur. Alterius uero uſurpationis eſt, negociũ tremendum, metuendum, timendum, terribile, horrendum. Et Vir horrendus, timendus, tremendus, terribilis, horridus, confidens, audens, audax, uirilis, ſtrenuus, imperterritus, generoſus, interritus, intrepidus, ualidus, fortis, inſolens, magnanimus, ferox, impetuoſus, temerarius· Et nomina, audacia, confidentia, uirilitas, generoſitas, ſtrenuitas· confidentia, & ipſum confidens· robur, furor, fortitudo, temeritas. Et uerba, audere, confidere, uiriliter agere, ualere, præualere, furere, temerarium eſſe. Et aduerbia, au-

bia, au-

bia, audacter, confidenter, uiriliter, ſtrenue, imperterrite, interritè, generoſe, intrepide, ualidè, robuſte, fortiter, inſolenter, ferociter, temerarie.

I CAPVT XXIII, DE EO QVOD EST, PVTO, ET SIMILIBVS.

PVto, reputo, exiſtimo, æſtimo, autumo, ſpero, coniecto, expecto, reor, coniicio, opinor, ſuſpicor. Et res, exiſtimatio, opinio, coniectura, ſpes, ſuſpicio · Aeſtimatio enim, durius eſt, & ambiguum· Expectatio uero, ſordidum· Et reputatio, durius. Aduerbia uero nulla ſunt, præter ueriſimiliter. Nomina etiam à nullo horum, ſed participia extant.

I CAPVT XXIIII, PROBRI NOMINA.

PRobrum, opprobrium, cõtumelia, infamia, turpitudo, calumnia, imprecatio, uis, uiolẽtia· ſed hæc, etiam ad alia pertinent· Qualitatis autẽ ſunt, contumelioſe loqueris, obtrectatorie, calumnioſe, turpiter· Ab aliis uero nulla dicuntur, præter criminatorie, quod et ambigum fuerit. Et criminari, infamare, calumniari· quæ enim ab aliis deriuantur, etiam ad alia referri poſſunt.

I CAPVT XXV, DE EO QVOD EST INSVLTARE, & contra.

DIces præterea, alienis gaudere malis, aliorum malo lætari, alieno delectari infortunio, irridere, illudere, ſubſannare, inſultare, naſo ſuſpẽdere, deuouere. Res autem, deriſio tantũ· Subſannatio enim, etiam carpere ſignificat · ſicut & χλευαστικὸς, risum mouentem. Nomen uero à prædictis unicum eſt, * χαιρέκακος, * & ἐπιχαιρέκακος, aliorum gaudens infortuniis· Ab aliis autem, participia ſumenda ſunt. Aduerbiũ etiam unicum, irriſorie.

gaudens malis
ualde malis gaudens

DE



DE CONGRATVLANDO. II

COllætari, cõgaudere· ὑπερήδεσθαι enim, & συνευφραίνεσθαι etiã alia ſignificant· *, utpote delectari ſacrificio aut nuncio, quemadmodum & iuuari dicitur. Contrarium autem eſt, condolere· Contriſtari enim, ſordidum· Sed συνανιᾶσθαι, etiam alterius ſignificationis eſt · Sed fortaſſe his & συνάχθεσθαι, & ἐπανιᾶσθαι congruunt.

de uerbo quidem cõgaudere feſtiuitas & bonũ nunciũ, ſicut & de gaudere.

* CAPVT XXVI, DE SOLVENTIBVS DIRAS, ET IMprecantibus.

VOuere, * bona precari, & imprecari · Contrarium uero, deprecari, diris deuouere. & de hoc * quidem, deuouere, & uouere dicitur. Et nomina, deuotus, execratus. Et res, illius quidem, uotum· huius uero, execratio. Sed & execrato cõueniet, ſceleratus, peſtilens, profanus. Execratos uero diris liberare, expiare appellant· Expurgare enim, durius eſt. Sed & execrans, & execratus, ἀραῖος nominatur. Quæ autẽ quis uouendo petit, optabilia bona dicuntur · & Attice, εὐκταῖα· ſed hæc, & εὐχωλιμαῖα uocant.

comprecari bona, et bona precari

CAPVT XXVII, DE DIRARVM DAEMONIBVS. I

DAemones porro, diris liberantes · ἀλεξίκακοι, id eſt malorum depulſores, uocantur· Auerſores, ſolutores, & fugatores· Qui autem inferunt, exitiales, peſtilentes, malicioſi, & homicidæ.

CAPVT XXVIII, DE PHARMACO. I

PHarmacum, pernicioſum· uenenum, mortiferum· Mortale enim, nõ probatur· Fortaſſe tamen, corrumpens, & corruptum, & lætiferũ, & uiolentius ad mortem pellens, et corruptoriũ· * Sicut et Homerus uenenum, Homicidam dixit. à quo &

ut uero

ii pharmacum

*pharmacum, occidens dices. Nonnulli & pharmaca purgatoria huc referunt, ueluti per euacuationem occidentia: ut aconitum, & elleborum: Cicuta enim frigore occidit, quemadmodum mandragora capitis grauedine. hæc autem mediocritate, & immediocritate diſtinguuntur. Contraria autem uocabis, pharmaca ſalutaria, depulſoria, deuitatoria, Pæonia: antidota, ſolutoria: Fortaßis et λύσια. Saluatoria uero, & ſanatoria, dura ſunt.*

I CAPVT XXIX, DE PLENO, ET NON.

*Plenum, labra æquans, impletum, repletum, ſuperfluum, abundans: Sed quod aliquanto minus eſt, uacuum, nec labia æquans. Ἐπιδεὲς uero, durum eſt: Fortaßis tamen ὑποδεὲς, et deficiens. Sed quod ad medium pertingit, ſemiplenum, ſemiinane, ſemi repletum, & ſemiuacuum.*

I CAPVT XXX, DE IMPEDIMENTIS.

*Obſtacula impedimenta, remoræ, contraria, aduerſa, impediens, obſepta, retinacula: Obijces, quibus, inquit Rhetor, impingentes, tempore impediri ſolent: Dices itaq;, impediens, ſupplantans, contrarius, pedibus reſiſtens, aduerſus, impedimento exiſtens, cohibens, prohibens, repugnans, ſeducens, retinens, oppoſitus, tarditatem pariens.*

I CAPVT XXXI, DE NOXA, ET CONTRA.

*Noxa, nocumentum, pernicies, peſtis, damnum damnoſum, nocens, nociuum: nociue, pernicioſe: damnoſe: Damnoſus, nociuus, noxius: nocere, damnum inferre. Contraria uero, utile, utilitas, commodum, lucrum, lucroſum, lucrum pariens, quæſtus, uſura, proſperitas: Sed et theſaurus dices. Vtiliter, commode, lucroſe, quæſtuoſe: prodeſſe, lucrari, quæſtum & lucrum facere.*



*facere: Alterius uero ſignificationis eſt, commodum, utile, bonum, optimum, neceſſarium, idoneum, conferens, conducens, opportunum: ὀνησίφορον enim, durißimum eſt. Ab his uero, utilitas, & conducibile, uſus, utilitas, lucrũ: Quæſtus enim, ſordidum eſt. Sed contraria, inutile, incommodum, damnoſum, inconducibile, lucro carens, & importunum.*

CAPVT XXXII, DE SALVTATIONIBVS. I

*Salutatio, allocutio, affabilitas, appellatio: alloqui, affari, ſalutare, appellare, ſalutem dicere, & allocutus: *reſpondere, ſalutẽ referre, & reſalutare. Et dies, in quo ſalus fit, προσρητὴ, προσρητέα, πρόσρημα: in quo uero nulla dicitur, ἀπρόσρητος appellatur: Atq; qui in huiuſmodi dexter, et ſincerus eſt, affabilis dicitur, et comis: Salutatorius enim, durũ eſt, et ad aliam quoque ſignificationẽ refertur. Facilis acceſſu, facilis conuentu, facilis ad commercium, blandus, mitis, humanus, clemens, candidus, manſuetus, malorum patiens, et his ſimilia. Sed contrarius, illi quidem, comitatis expers, aſper, durus, ſalutationũ oſor: Δυσπρόσρητος enim, durum eſt: melius uero, ἀπρόσρητος: Reliquis uero, acceſſu difficilis, difficilis conuentu, commercia fugiens, interceſſu aſper, triſtis, ſiniſter, durus, agreſtis, aſper, moleſtus, inhumanus, immitis, ſæuus: Ἀμείλικτος enim, magis Poëticũ eſt. Sed aduerbia, ab *hoc quidem, affabiliter, comiter: & contraria, aſpere, duriter. Ab acceſſu facili, peruie: Εὐπροσόδως enim, durum. Sic etiam, mite: Melius tamen, amicè, clementer, humaniter, manſuete, blande. A contrarijs uero, ardue, duriter, triſte, agreſte, ſiniſtre, ruſtice, inclementer, aſpere, ſæuiter, inhumaniter.*

Marginal notes: *& — *affabili

I CAPVT XXXIII, DE BENEFACIENDO, ET GRAtitudine.

BEnefacere, beneficium cõferre, gratificari, donare, gratiam benefactoribus referre· gratias agere, uel habere. Res uero, beneficium, gratia, munus· Beneficentia enim, non admodum probatur· Neque munerationem, apud ullos probatos Authores reperi. Similiter & nomina, benefactor, beneficus· Ευποιητικὸς uero, non dicitur· munificus tamen, & gratus· De hoc enim et uerbum dicitur gratificari, de eo quod eſt gratiam inire, non agnoſcere· Gratia autem priuans, ingratus dicetur, inhumanus, ſenſu carens, iniuſtus, improbus, immemor, obliuioſus, ingratutidinis pœnæ obnoxius. Et res ipſa, ſenſus communis carentia, ingratitudo, iniuſtitia, improbitas· Sicut & Antiphon, Priuatio dixit. Sicuti & aduerbia ſunt, ingratè, brutè, iniuſte, improbe, obliuioſe. Sed benefactoribus æquum eſſe, gratiam habere, & nouiſſe dicitur, uel gratias referre· Quemadmodum & Hyperides, & Lyſias, Gratiam diſſoluere dixerunt· Reddere, retribuere, agere· reminiſci, remenſurare, reſpondere, referre, par pari referre, beneficijs certare, gratificari, gratitudinis uices rependere, compenſare, uel perſoluere.

I CAPVT XXXIIII, DE COMMERCIO.

COmmercium, contractus, communio, communicatio, permutatio· Cõmutatio uero, Vulgare eſt. Commutare, conferre, communicare· communicans, communione dignus· Immunis, commercio durus, communionis expers, commercia fugiens.

CAPVT



CAPVT XXXV, DE EXPERTO, ET NON. I

EXpertus, peritus, aſſuetus, terens, tritus in hiſce,
cõtritus· *περίτριμμα autẽ, calumnioſe dicitur. 6
Sciens uero, Vulgare eſt· Sed Scitus, Poëticum. Melius autẽ eſt, doctus, & doctus hac re uti, experimentis edoctus, experientia præditus, in experto habens. Res uero, experientia, experimentũ, ſcientia, habitus, uſus. Sed uerba, experiri, periculum facere, ſcire, nouiſſe, tritum eſſe, uſum eſſe & aſſuetũ. Tum aduerbia, expertò, ſcitè, ſolitò, trite, uſitate· fortaſſis & docte. Sed Homerus, & Scienter dixit. Cõtraria deinde ſunt, inexpertus, inſcius, inſuetus, inuſitatus, rudis, expers horũ, ignarus· Antiphon uero, et Ignorans dixit. Sed res, inexperientia, inſcitia, ſtoliditas, ruditas, ignorãtia, imperitia· Verba autem ex his nulla ſunt, præter ignorare, & inſcium eſſe· Nam deſueſcere, durum eſt· quemadmodum & deſuetum· Et Ἀγθδύειν, Poëticum: Ἀμαθαίνειν autem, aliud quidpiam ſignificat. Sed aduerbia ſunt, inexpertò, inſcitè, ignoranter, inuſitate, ſtolide, ruditer· Imperite uero, & inepte, etiam ad alia referuntur.

CAPVT XXXVI, DE TACENDO, ET NON. I

ARcana tacere, ſilere, occultare, abſcõdere, tegere, reticere, ſeruare, cuſtodire, curare, cõticere, recondere, reſeruare, occulere, contegere. Et nomina, tacitus, taciturnus, cuſtodiens, mutus, linguæ potens, ſilens· Sed & participia ab omnibus. Et tacenda, ſilenda, occultanda, arcana, ſilentio digna, nefanda, nõ propalanda, latentia, contecta, ſeruata· tacite, ſilenter, ſeruatorie. Contrarium porro, effutire, eloqui, enunciare, propalare, efferre, diuulgare, in Vulgus ſpargere· effutita, propalata, & ſimilia. A quibus nomina nulla ſunt, præter garrulus· neq; aduerbium. Rei autem unicum uocabulum, nunciatio, uel reuelatio· Propalatio enim, durum eſt.

ii 3 CAPVT

### I CAPVT XXXVII, DE EO QVOD EST PRECARI.

PRecari, proponere, obteſtari, protendi, ſupplicare, rogare· Rei autem uocabulum nullum proprium eſt, quàm obteſtatio, & precatio. Neq; nomen aliud, neq; aduerbium· ſed participia, ut proponens, protenſus, precans, obteſtans, rogans, ſupplicans.

### I CAPVT XXXVIII, DE COLVMNARVM INSCRIPTIONIBVS.

DIces præterea, ſcripturæ in columnis, inſcripta, ſcripta, inſculpta, inciſa, ſculpta, ſignata, informata, inſita, inhærentia, cæſa, laborata, inexiſtētia, adſculpta· Tū et participia ſimiliter, cauās, inſcribens, inſculpens, exculpens, inſignans, incidens, imponens, laborans, inſerens, faciens, fingens, formās, informans, excauans, ſculpens. Et ſcripturæ prominētes, ſeu ſuperficiales· prominentia, præmanifeſta, clara, inſignita, uiſibilia, facilia uiſu· Bene

Subterranea porro ſignata autem, ſordidum eſt. * Sed quæ inciſa ſunt, obſcura, incerta· Vetuſta uero, antiqua, obſoleta, uetuſtiſsima, obſcura, uetera, non manifeſta, confuſa, tenebricoſa, muſcoſa, eluta, inuiſibilia, difficilia lectu, incognita, cognitu difficilia, ignota, incerta, uiſu difficilia, non perſpicua, defluxa, exoleta, male expreſſa, male ſignata.

### I CAPVT XXXIX, DE SATIETATE.

SAtiatus ſum, pro ſatur, præſatur, ad ſaturitatem ueni: perſatiatus ſum, ſaturatus· Ad ſatietatē perueni, plenus ſum· plenus, impletus, * repletus, re-

expletus, pletus ſum· Faſtidio, impletus ſum, ſatur ſum· ſatis

plus ſatis habeo, abundanter, * ſatiate· In ſaturitate ſum.

CAPVT



### CAPVT XL, DE DVBIO, ET NON DVBIO. I

REſtat mihi explicare, indubium, irrefragabile, irrefutabile, inconfutabile, firmum, non dubiū, inquiſitionis indigens, indiſputabile, certum· Et aduerbia, indubie, & huic ſimilia· haud dubie, irrefragabiliter, firmè, certo, irrefutabiliter, inconfutabiliter, & ſtabiliter. De hoc quoq; dicitur, noui, certò noui, ſcio, perſuadeor, perſuaſus ſum, conuictus ſum, credidi, fidem habeo, confirmatus ſum, corroboratus ſum, certus ſum, cognoui, diligenter eloquor. Ἀκειβάζω uero, ineptum eſt. E cōtrario uero, res quidem eſt· dubium, inſtabile, infirmum· Et Terminus refragabilis, apud Thucydidem: Et ſecundum aliū uſum, refragatio, dubitatio, diſquiſitio· non tamen ἀντίῤῥησις. Aduerbium autem ſolum, dubie. Verba autem, Ambigo, ſecundum Platonem· æquiuoco, fidem nego, ſuſpicor, utrumq; cognoſco, refragor, inquiro, dubito, coniJcio, coniecto, ſuſpectum habeo, dubius ſum, & ſimilia.

### CAPVT XLI, DE INTERPRETE. I

INterpres dices, & interpretans, linguam conferens, linguā exprimens, linguæ ſimulator, linguæ permutator, linguæ index, linguæ peregrinæ peritus, bilinguis, multilinguis, duarum aut multarum linguarum gnarus· linguā interpretans, efferens, nuncians, exponens, explicans, commutans, transferens, informans, Græca transferens, & ſimilia. Res uero, interpretatio, expoſitio, permutatio, explicatio, enarratio, tranſlatio, ſimulatio, uel repræſentatio.

### CAPVT XLII, DE EO QVOD EST VENIO, ET SVM. I

SVm, ueniam, perueniam, adero, præſto ero, obuiabo, adſum, adueniam. Sed Ἐλεύσομαι, Homerus ſaltem, nec alius quiſpiam probatorū Scriptorum dixit. Res

uero

uero, aduentus, & præſentia· Nullum autem aduerbium, nec nomen, ſed participia.

I CAPVT XLIII, DE FACTIS, ET FACIO.

DIces quoq;, facio, ago, diſpono, diſtribuo, perago, operor, elaboro, tranſpono, ordino, tracto, pertracto· Res uero, factum, diſpoſitio, opus, tractatio, pertractatio, ordinatio. Nomina autem, et aduerbia, etiam ad alia referri poſſunt.

I CAPVT XLIIII, DE AEQVALI.

AEquale dices, numeri eiuſdem, plenitudine æquũ, par, eiuſdem longitudinis exiſtens, magnitudine æquali præditum, commenſuratum, æquidiſtans, æqualiter diſpoſitum, æquilibriũ, æquiualens, æquiponderãs, et his ſimilia· Sed alterius formæ uidentur, ſimile, ueriſimile, æqualiter repugnans, æquipugnãs, ſimili robore præditum· pugna æqua, anceps, uel dubia· Ἀγχώμαλον uero, etiamſi eo Thucydides uſus ſit, durum tamen.

I CAPVT XLV, DE GLORIA, ET CONTRARIO.

GLoria, honor, fama, nomen, celebritas, nobilitas, ſplendor, honeſtas, exiſtimatio· & gloriæ uigor, gloriæ abundantia, æmulatio, bona fama, memoria. Tum & honeſtus dices, & glorioſus, nomine clarus, honoratus, celebris, æmulatione dignus, clarus, ſplendidus, cõſpicuus, eluceſcens, diuulgatus, diffamatus, famoſus, memorabilis, gloria florens, abundans, & nomine notus, & ſimilia. Et aduerbia, glorioſè, honeſtè, nominatim, famoſè, celebriter, æmule, ſplendide, clare, conſpicue, diuulgariter, note.

rectum eſſe

Tum & uerba, celebrẽ eſſe, honorari, clarere· gloria florere, * abundare, nominari, ſuſpici. Contraria ſunt, inglorius, infamis, famoſus, ignobilis, obſcurus, ignotus, incognitus, uilis, uitandus· tum & uulgaris, infamatus, & uituperatus. Et res ſunt, ignobilitas, infamia,



mia, dedecus, turpitudo, fama mala· & Κακηκβοὺ, ſecundum Thucydidem: Atq; aduerbia, ingloriè, ignobiliter, dedecoroſe, infamiter, obſcure, incognite, contemptim, ingeneroſe, diffamatim, diuulgate. Verbum uero unicum, infamia laborare, uel male audire· Reliqua uero, cum uerbo eſſe enuncianda ſunt· ut ignobilem eſſe, inglorium eſſe, & reliqua.

CAPVT XLVI, DE IOCOSO, ET GRATIOSO. I

DIces porro, iocorum amans, iocoſus, iocundus, iocabundus, riſus amans, riſibilis, ad riſum promptus· Et in alia ſignificatione, lepidus, gratioſus, facetus· Et aliter, ſcommatum amans, ſcommatis clarus, cauillator, mordax. Et aduerbia nota ſunt, ut iocoſè, ridiculè, lepide, grate, facete, iocunde, cauillatorie, mordaciter. Sed res ſunt, iocandi amor, ioci, lepor, riſus, gratia, facetiæ, ſcommatum ſtudium, ſcomma, mordacitas. Verba autem, ludere, mordere, garrire, cauillari, ridere, cachinnari, lepidum eſſe, et gratioſum.

CAPVT XLVII, DE IGNOBILI, ET FIRMO. I

SEd de aliquo homine nihili dices, uilis, nullus, nihili dignus, nullo dignus precio, nihili ualens· quorum quis multos pro nihili haberet· Subuẽtaneus, contemptus, deſpuendus, exſpuendus· non huius quidem dignus, ne flocci quidẽ faciendus, corruptus, quo nihil uilius, pernicioſus· Excrementũ, ſcoria, mancipium· cohabitantium dedecus, accedentiũ infamia, uilior auctione uenditis rebus: Mancipalis, abiectus, uiliſſimus, ignobilis, obſcurus, inglorius, non clarus, abominandus, incertus, dubius, cacodæmon, miſer, homo nihili, inhoneſtus, mulctatus, humilis, infœlix, domeſticorum infamia, uanus, uulgatus· triuialibus ſordibus abiectior, ſtercore infamior· Si more Heracliti dicendum eſt, * Furcis inhoneſtior. Non autem mirari oportet, ſi nonnulla nomina, res plures 6

ſignificantia ponimus. Quemadmodum enim plura ſunt, idem uolentia: ſic & nonnulla de multis rebus dicuntur. Vtpote ſi ſapientem dicas, hoc quidem de infinitis, qui ſapienter aliquid agunt, dicetur: adeò ut de Fabro, Homerus Sapientiam dixerit. Βίαιος uero ſignificabit idem, quod grauis, arrogans, odioſus: ſed & firmus, quemadmodum & imperterritus. Sed μαινόμενος, inſanum, & ægrotum ſignificat: Tum & multa alia, his ſimilia reperias.

I CAPVT XLVIII, DE EO QVOD EST VOLO.

VOlo, eligo, cupio, deſidero, ualde deſidero, concupio, appeto, percupio. Sed ἱμείρω, Poëticũ eſt. Concupiſco, uoluntarius ſum, cupidè habeo: nam hoc unicum habet aduerbiũ, et nomen, deſideratorem. à reliquis autem, participia. Res uero, uoluntas, inclinatio, cupido, appetitus, deſiderium. Sed θέλησις, Vulgare eſt. Sed & his coniungetur, amo hanc rem, quæro, perſcrutor, in ea uerſor, perſequor. Sed inquiſitio, contentio, & methodus, ad alia magis referuntur. Perſecutio autem, durum eſt. Vnde unum tamen dices aduerbium, amanter.

I CAPVT XLIX, DE DECRETIS SCRIPTIS.

DE legibus autem, decretisq́; iam ſcriptis dices, ſcriptum eſt, definitum eſt, ſuſceptũ eſt, determinatum eſt, ordinatum eſt, cõſtitutum eſt, ſuffragijs hoc determinatum eſt, ſuffragatum eſt, creditum eſt, celebratum eſt, compoſitum eſt, iudicatũ eſt, conſultum eſt, ratum eſt, ſancitum eſt, legibus cautum eſt, promulgatum eſt, diſcuſſum eſt, præiudicatum eſt, iam olim receptum eſt, olim obſeruatum eſt, iam olim cuſtoditum eſt, conſuetum ſic eſt, & ſimilia.





CAPVT L, DE EO QVOD EST MEDIOCRITER, HABERE, & non. I

MEdiocriter uero habere dices, mediocriter habere, modicè, ſatis, ſufficienter, modeſte. immediocriter uero, ſi quidem ſecundum abundantiã: immodicè, abundanter, ſuperfluè. & ſecundum minus, egenter, deficienter, parum.

CAPVT LI, DE CONTORQVENDO CORPORE, & contra. I

COrpus conuoluere, contorquere, contrahere, conducere, coaceruare, inuoluere, incuruare, inflectere. His & ſimile uidetur, in ſpiras torquere. Contrarium autem, extendere corpus, protendere membra, ſimplex facere, remittere, diffundere, intendere: extenſim. Sed cum oſcitatione ſeſe extendere, σκορδινᾶσθαι uocant.

CAPVT LII, DE QVIBVS PLATO DICAT, * TAYTON, ET θάτερον. I IDEM

DE eo quod Plato ταὐτὸν uocat, & θάτερον, dices ταὐτὸν quidem, perſtans, firmum, ſtabile, immutabile, conſtans, permutabile, ingenitum, indiuiduum, obſcurum, intangibile, immortale, doloris expers, irreprehenſibile, incorruptum, æternum, nõ periens, informe, nihilo egens, indeficiens, incorporeum, inuiſibile, incoloratum, perpetuò motum, ſeſe mouẽs, perpetuum, ſibi ſufficiens, inturbatũ, perſiſtens, Diuinum, uniforme & horũ coniugata. Sed θάτερον, infirmũ, mobile, motũ, incõſtans, errans, incongruũ, natum, diuiduum, paratum, compactũ, plenum turbarum, mutabile, conuerſum, latum, erraticũ, informatum, transformatũ, factum, tangibile, uiſibile, corruptibile, mixtũ, mortale, la-

*cerum, finiendum, periens, multiforme, multorum indigum, corporeum, uiſibile, amabile, ſenſibile, multijugum, multis egens, egenum, tumultuarium, diurnum.*

LIBRI QVINTI FINIS.

# IVLII POLLVCIS, DICTIONARII LIBER SEXTVS.

IVLIVS POLLVX, COMMODO CAESARI S.

NOmina quædam, ceu iudicans aſcripſi: alia uero, ne præteriјſſe uiderer, poſui. Nonnullis quoque dubijs Teſtes adnotaui, ut his utentes uideas. Nonnunquã & locum, in quo nomen inuenitur, notauimus: in nonnullis uero, & ipſam loquendi formulam. non tamen hoc in omnibus factum eſt, ubi opus non erat: ne Libris nimia, & ſuperflua magnitudo accederet.



CAPITA LIBRI SEXTI.


*De conuiuio, eius celebratione: & ſuper quæ conuiuandum ſit, et cum quibus. de conuiuiorum* Dominis, Conuiuis, *& famulitio.* Cap. I

*Vini uaſa, uini nomina, & quæ à bibendo dicuntur.* Cap. II

*Quæ de uino, & circa hoc.* Cap. III

De ſplendido Hoſpite, *& contra.* Cap. IIII

De Conuiua dextro, *& ſiniſtro.* Cap. V

De libaminibus, *& propinando.* Cap. VI

Cibi, *& hinc deducta nomina: à panibus, frumento, farina, obſonijs, edulijs, cibis, & ab edendo.* Cap. VII

De *inſatiabili.* Cap. VIII

*Eduliorum uariorum, & bellariorũ nomina.* Cap. IX

*Veterum edulia, memoratu digna.* Cap. X

*Panum ſpecies, molæ, bellariorum, placentarum, & ferculorum.* Cap. XI

*Menſarum uaſcula.* Cap. XII

*Coquinaria uaſa, coquorum opera, & inſtrumenta.* Cap. XIII

De *ijs, quæ manus ſunt.* Cap. XIIII

De *ijs, quæ purgantur à conuiuijs.* Cap. XV

*Poculorum nomina* Cap. XVI

De *prandio, & cœna.* Cap. XVII

De *lucerna, & candelabris.* Cap. XVIII

De *unguentis, coronis, floribus, ænigmatibus, chrijs, cantilenis ui nolentis, & iocis.* Cap. XIX

De *eo quod eſt ſoluere conuiuium.* Cap. XX

De *Vicinis.* Cap. XXI

De *naſci, & corrumpi.* Cap. XXII

De *pœnitentia.* Cap. XXIII

De *ſtabili* Cap. XXIIII

De *eo quod eſt conſentire, & contra.* Cap. XXV

De *garrulo* Cap. XXVI

De *ſurdo* Cap. XXVII

De adulatore. Cap. XXVIII
De iracundo. Cap. XXIX
De cinædo. Cap. XXX
Vitarum infamium nomina. Cap. XXXI
De turbante plebem. Cap. XXXII
De non imprudenter loquente, ubi etiam de imprudenter dicente. Cap. XXXIII
De dubio in ſermonibus. Cap. XXXIIII
De multa dicente, & multa cum efficacia· et de pauca quidem, ſed diſerta loquente. Cap. XXXV
Delictorum nomina. Cap. XXXVI
Compoſita ex ὁμοῦ, σὺν, ἡμι, πᾶν, πάλιν, τρίϕιλο, κακο, πολὺ, μισο, ἰσο, μεγαλο, & alia figurata nomina. Cap. XXXVII
De refugio. Cap. XXXVIII
De eo quod eſt deliciari. Cap. XXXIX
De muneribus. Cap. XL
De furibundo ad Venerem. Cap. XLI
De Rhetore corrupto, & incorrupto. Cap. XLII
De occidendo. Cap. XLIII
De repente. Cap. XLIIII
De cedendo. Cap. XLV
De exponendo. Cap. XLVI
De ſubſtantia. Cap. XLVII
De urbibus alienigenis. Cap. XLVIII
De ridendo & flendo. Cap. XLIX
De nominibus. Cap. L
De opportuno, & importuno. Cap. LI
De manifeſto & obſcuro. Cap. LII

CAPVT



## CAPVT PRIMVM, DE SYMPOSIO. I

QVoniam nec ſympoſiorũ nomina omittenda ſunt, domus quidem compotatoria, ſympoſium, collegium, & conuiuiũ dicenda eſt· Et domus triclina, quinqueclina, decaclina · & comeſtoria domus, à comedendo· & conciliabulum · Rem autem, potum, conuiuium, compotationem, congregationem ad uinum factam, Chorum ſacrum, * elapinin, eranũ, epulationem, prandium, 1
cœnam, cœnam communem, conuiuationem, hoſpitalitatem· Illud autẽ Thucydidis, ξένισις, durũ eſt· Conuenientes uero ipſos, compotores, comedones, Conuiuatores, Conſodales, Choricos, Conuiuas, epulatores. Proprie tamen Chororum domus, φωλευτήρια uocauerunt. Sed opus ipſum, congregare, conuiuiũ conſtituere, implere, inſtruere, apparare, conuocare· Et Ad cœnã inuitare, Parœmia dicit, Menander, & Demoſthenes· hi enim uocati ad Xenophronem Phædimi Filium. Conuiuia autẽ publica, euochiæ, thaliæ, uiſcerationes, epulæ populares, & *σιτίσεις dicuntur. Sed in cibationes
quibus accumbimus, uocabis clinas, lectulos ſcabella· dicuntur & ſcamna, & tori, ſemicirculi, recubatoria, humiſtrata. Quod autem alijs, ἀνάκλιντρον dicitur· Ariſtophanes, Ἐπίκλιντρον uocat· Torus uero ſpacioſus, ab eodem κλιντήριον dicitur · Deinde ſunt phyllades, alæ, poltyna, tyla. Ceruicalia, ſecundum Demoſthenem, et reliquos. Puluinar autem, Ceruical Comici uocant, * aut Mini-
Ὑπηρέσιον, aut * Ὑπαυχένιον. Amphitapetia, quæ utrinq; uilloſtratorium
ſa ſunt· tapetia, quæ ex una tantũ parte. Strata, cubitalia, periſtro- Subceruimata, ſubſtrata, ſtragulæ, ſagula, ueſtes, indumenta, tegumenta, ta cal.
petes, tapetia raſa, ueſtimenta· Auro intexta, ut Eubulus dicit, Veſtimentis aurum intertextum habentibus ſternebatur: Locus porro, cui ſtrata incumbunt, cubile, aut ſponda dicitur· Quæ autem in ſponda ſtrata inſunt, lectulos uocant. Sed quod & Plumis puluinaria præparabant, in Anchiſe docet Eubulus: Tum & pennata, & conſtricta puluinaria nominauerunt. Tum & Cannacarum

carum quarundam purpurearum Menander, de ſtratis loquens, meminit. Storeas quoq; in quibus dormiebant, uocabant χαμεύνιας. Conuiuium præterea conſtituens, Heſtiator, Cõuiuator, Hoſpes, Sympoſiarchus, conuiuij Princeps, congregationis Dux dicitur· οἰνοδαίμων enim, Tragicũ eſt. Aliter etiam Sympoſiarchus dicitur, qui in cõmuni quodam, et omniũ æquali ſumptu, inſtituto conuiuio, ſorte, aut omniũ ſententia electus, conuiuij Procurator eſt. Heſtiatorem uero, & Heſtiuchum nominabis, ſecundum Ariſtophanẽ: Vocati porro, Conuiuatores, Conuiuæ, inuitati, conuocati, uocati, compotores, comeſatores· Non uocati, quos Αντωαγγέλτους Cratinus uocat. * Latinis, umbræ dicuntur*. Aſymboli, à ſymbolis· A quibus Attici, Longa dare ſymbola, pro magnis, dixerunt. Sed & Proclites, conuiuij Princeps dicitur. Qui uero alicui accumbit, cõpotor, accumbens, proximus· quem Contoralem, Menander uocat. Communi menſa utens, commenſalis, comeſtor, conuiuator, ſimul cœnans. Qui autem omne curat miniſterium, * Tapezopius dicitur. Famulitium autem eſt, Pueri, Pincernæ, Menſarij, Sectores, Coqui, obſoniorum Paratores, Condi. Et culina, & coquina dicitur. Et condimenta, bellaria. Quò uero condimentorum uaſa reponuntur, arca· quo autem obſonia, ciſta conuiuatoria dicitur.

Trapezopœus, menſæ ſtructor

## CAPVT SECVNDVM, DE VASIS VINI, RECONDITORIIS, CRAteribus· & uinorum nomina.

Sed quò reponitur uinum, ſunt· lagena, oppa, utris, crater, trulla, cadus, urna, hydria, bicus· Cradiſus, iuxta Xenophontẽ· Vrceus, amphora, uas uinarium, uitreum, fictile, dolium· Hyperides *, et Doliolum dixit. Si uero & Ariſtophanes, Ὑρχὰς uini dixit, manifeſte dictio hæc arguit, cõueniens tum * uitæ fuiſſe uas fictile· eſt autem hoc nomen, Aeolicum: Vini autem recõditoria, Xenophon Vinaria uocauit· Eupolis autem, Pythones: Crateres porro, primus quidem, Iouis Olympij, et Olympiorum Deorum· ſecundus, Herοũ· tertius uero, Iouis Saluatoris, Perfecti· Vnde & ternarius primus, perfectus numerus uocatur. Et uinum quidem dicitur, potus, iucundum, illecebroſum, dulce, auſterum, acre, ſuaue, fragrans, Thaſium· Chiũ, & huius uini optimũ, Ariſteum, & Ariſtuſium· Mendæum, Mendeſium, Iſmaricum, Lesbium, Peparethum, Chalybonium, Pellæum, Pramneũ, Maronium· Nec tum Veteres, Italicum uinum adeò diligenter nouerant, quia nullũ quod huic antepoſuerint, extat. Sed et dulce uinum, & Pollæum, ex Syracuſis eſt. primus autem hoc, Polas Argiuus parauit, unde & nomen ſumpſit· uel à Syracuſarum Rege Polide, ut tradit Ariſtoteles: Siſæræum quoque uinum uocarunt, quod muſtum ad dulcedinem coctum eſt· & Theræum, Creticũ. Erat & uinum quoddam unguentarium, unguento mixtum· nõnulli tamen dulce uinum, ſic nominatũ uolunt. Mulſumq; dixerunt, quod nunc οἰνόμελι dicitur· uel forſitan, quod nunc hepſema uocant, quod uinum ad dulcedinem coctum eſt· Et hoc nimirum fuerit in Platonis Comici Symmachia, Tuo enim guſtato hepſemate, clam abſorbui: Vinum etiam protropũ erat, quod priuſquàm calcarentur uuæ, effluebat. Cæterum uinum uile, ſecundarium, deficiẽs, lorum, acre, acidum· Secundarium autem, & fecatum dicitur. Sed & uinum, τρύγα uocarũt· Vt in Horis dicit Cratinus, * Ἀλλ' ἦν ὅτ' ἐν φώσσωνι τῶν οἱ συνέχων, μετ' ἐμοῦ διῆγον, οἴναρον ἕλκων τῆς τρυγός: Vinũ uero * αὐτίτης patrium eſt. Sacias uero, * peregrinum· Et Sactus, apud Eupolidem: Trimma autem, apud Nouos Comicos uinũ erat, aromatibus conditum· Vinũ autẽ * bibebãt, tres partes habens, triplum ſcilicet aquæ. Homerus uero in Odyſſea, Poculum implens, et aquæ uiginti menſuras: Quo autem uinum hauritur, urceus, hydria, amphora, cotyle, cantharus, cyathus· ſed quo mundatur, fiſcella. Et Siphon dicitur, quo guſtatur· ut Hipponax inquit, Siphoni tenui operculum perforans: Siphonizare, Ariſtophanes dixit. A potando autem dicitur, potator, compotor, compotator, potatiſſimus, potus, compotationum ſtudioſiſſimus. Et Mulier Pota, apud Phrynichũ Comicũ: Propinare, perpotare potan-

autem uictui

Sed erat, quando in Phoſſone, hanc ipſi cohærens, mecum traduxiſti, pampinum trahens uini: in ipſa regione natum percolatum commendabant

do certare, epotare· ſuppotare, quod & pitiſſare uocãt. potandi amantem eſſe. *Combibere* ∗ Καταπίνειν, quod nonnulli etiã ad cibum referũt. Aeſchines uero dicit, Et ſubſtantiam omnem ebibit: Et Lychnum potum, uocat Ariſtophanes: Sed & potationum amans, & mero- Potus, aquæ potor· potatio, meri potatio, aquæ potio, pharmaci potio· A bibendo uero, combibere, ebibere, bibendo fallere, ſummos libare cyathos, aquam bibere. Dices uero, μετριοποτίστατος, id eſt bibendo moderatiſſimus· Poſitiuus enim μετριοπότης, Vulgaris eſt. Lactipotor, lactis potatio. Tum et uices potatorias dices· potatoriè, compotatorie.

## I CAPVT TERTIVM, QVAE A VINO, ET PER VINVM.

A Vino autem dices, uini ſtudioſus, et uini ſtudium· uinolentus, uinolentia, uinolenter, & uinolentum eſſe· Temulentus, non tamen temulentia, & temulenter· fortaſſis tamen, temulentum eſſe. Inebriatus uero, & Vino domitus, ſecundum Platonem· Et Ebriati, ſecundũ Cratinum: Vinum ægre ferens, ebrius, ebrietas, ebriari, et ebrietatis turba. A uino uero, uiniferæ uites· & pampini, ipſa folia dicuntur. Et œnoptiſtis, qui uinum obſeruat. Hic etiam lychnos, & lucernas præbebat, & æquam curabat potationem. Atq; Vinipotus, & Vinipota Mulier, ut Anacreon dixit· E Vinum bibens, ut Homerus· uinum potans: Et Vino abundantiſſima regio, ſecundũ Thucydidẽ: Tum & Vites ſuaue gerentes uinũ, ut *porro* Xenophon· & ∗ Bonum creantes uinũ. Sed Οἰνίζεσθαι, quod de uinum ementibus dicitur, Poëticũ eſt. Oeniſtria uero, eſt uini in Pueros per tribus diſtributio. Oenias uero, uel œnas, palumbes eſt. Et œnutta, maſſa uino rigata. Atq; Vinigerũ nauigiũ, apud Cratinũ· Famulusq; Vinarius, apud Anacreontem· Et Vinariũ, apud Cratinũ· ut, Ne acetariũ uero, aut uinariũ poſſedit· Et Aeſchylus, Neq; urceos, nec uinaria, neq; hydrias in opulentis relinquere domibus: Sed & dicere licet, adnauigat potus, & redit. Et uinum merũ, aqua *mixtum* non ∗ mixtus, intemperatus· merum libare· Temperatum, bene mi-





xtum, permixtũ, bene dilutum. Et per ſe mixtum uinum, quod nulla dilutione opus habet, dicitur· Et ſua ſponte temperatũ, & dilutum· & nuper mixtum, recenter temperatũ, quod modò eſt dilutũ. Et Meracius, Meraciſſimum, ſecundum Hyperidem: Cæterum & Ἀκρατίσασθαι, pro merum bibere, uel ientari, apud Veteres uſitatum fuit· & Ariſtophanem, Quid hoc malum, ∗ ſed aut pruna ientare: *an pruna ientabor?* Sed & diluere, miſcere, condiluere, temperare, & temperauit. Ἐκίρνα enim, & Κιρνάναι, magis Poëtica ſunt· quemadmodum et Κιρνάς: Poëtæ uero, & Dilutus dicũt. Et Herodotus, Meri potor. Et Mero inebriatus, dixit Hyperides, licet non probatum ſit. Et quod nunc gargariſare dicunt, ἀνακογχυλίσασθαι uocarunt, pro eo quod eſt guttur perluere. Plato autem Comicus, Gargariſmũ quendam hoſtilem adorna, dixit. Sine reſpiratione potare, cõtinuo bibere ſpiritu, hianter bibere· Thracia Propinatio, Potio Scythica, propinatio· Irrigatus eſt, incaluit, ebrietate cõmotus eſt· ebriari, inebriari, inebriatus. Mulier uero Ebria, & Inebriata, dicitur apud Theopompũ Comicũ· Ebrius enim, quod ad Viros refertur, Menandro relinquatur. De ebrijs uero, alam ∗ trahere dixerunt, *leuare* eo quod talis ebrijs mos erat· quapropter & Homerũ dicere, Manibus eleuatis, riſu emoriebãtur: Crapula· crapula laborare, crapula heſterna. ieiunare, ſobrie habere, ſobriũ eſſe· Nã νηφαλιεύειν, ſobria immolari ſignificat· quod eſt ſacra facere, uino carẽtia. quorum cõtraria ſacra, uini libationes uocarũt. Sed et biberũt, ut nunc dicitur· Combiberũt uero, et Potationes fecere, dixit Xenophon: Medi uero, Bibebant, et in tentorijs pernoctabant. Verũ Cratinus uinum, etiã Μάρωνα uocauit· Nec curaui tantũ, nec marona bibi:

## CAPVT QVARTVM, DE SPLENDIDO CONVIVATORE, ET CONTRA.

DIces uero, Cõuiuator ſeu Hoſpes, ſplendidus, magnificus, hoſpitalis, Hoſpitum amans, popularis, lautus, munditie gaudens· Mundus enim, Vulgare eſt. Sed & Munde, apud Xenophontem dicitur. Sedulus, opiparus, magnanimus, hilaritatis ple-

*nus, compoſitus, affabilis, feſtiuus moribus, delicatus, delicijs utens, & his ſimilia* Contrarios *autem, ſordidos, tenues, uiles, & illiberales nominauerunt.*

I CAPVT QVINTVM, DE DEXTRO, ET SINISTRO Compotatore.

compotorius

DE *compotore porro, dexter, * compotator, urbanus, decorus, compoſitus, ſyncerus, ſtudioſus, placabilis, commercij amans, ſodalitate dignus, communicans, cõueniens, ingenuus, diligens, hilaris, riſus amans, iocundus, & iocorum ſtudioſus, lætus, cõtentus, temperans, modeſtus, ſobrius, moderatus, temperatus, placidus, mitis.* Contrarius *uero, ſiniſter, negligens, agreſtis, aſper, cauillator, arrogans, ſuperbus* Contemptor, *moleſtus, oneroſus, grauis, mordax, obtrectator, curioſus, percurioſus, triſtis, fictus, fucatus.* Simulator, *ſcommatum ſtudioſus, irriſor, mordens, cauillatorius.* Cachinnator, *irreplebilis, uilis, mollis, uinolẽtus, temulentus, inconſtans, lubricus, iracundus, ebrius, crapula laborãs, incertus, garrulus, delirus, nugator, inter pocula concionans.*

II CAPVT SEXTVM, DE LIBATIONIBVS, ET PROpinando.

DE *uino inſuper dices, libatio, libare, delibare, libamina fundere, libaminum expers, libationis aut fœderis expers.* Fœderatus, *ſemilibatus, confœderatus, confœderatiſſimus, à fœdere alieniſſimus.* Simul *libans, libaminum & poculorum particeps, fœderum transgreſſor, fœdera tranſgredi, libationes diſſoluere, & his ſimilia.* Propinatio, *ad potandũ inuitatio.* Σπονδαρχεῖν, *quod eſt potandi inuitationes propinare, pocula circumagere, frequenter inſtillare.* Et *potus menſarum ſecundarum.* Et *calix tranſitorius, qui ad omnes peruenit: quem etiam* ἀπονιπτρίδα *uocaueris.* Inebriari *uero, pro immodice bibere, dixit* Critias: Et bibendi



*bendi cupidus, ſitibundus, ſitiens.* Et *res ipſa, ſitis.* Et *uerbum, ſitire.* Edendi *uero cupidus, famelicus.* Res *ipſa, fames.* Et *uerbum, eſurire.* Sed *Plato* Comicus, *etiam* V*aſorum inanitatem dixit.* Xenophon, *inediam.* Tum & Ariſtoteles, *Expertum nõ uaſorum inanitatem habere:*

CAPVT SEPTIMVM, CIBI, ET AB HIS DEDVCTA NOmina. I

CIbi *præterea, panes, carnes, farina, maſſa, obſonia, cibi, frumenta, edulia, uictus.* Et *à nutrimento quidem, nutrire, nutriri,* Nutritor, *bene nutritus, nutritus, cõnutritus.* Nutrix, Alumnus, *pnutrire, cõnutrire, nutrimẽta ſubducere, ſubnutrire.* A *pane uero,* Piſtor, *panem ſecans, caniſtrũ panariũ, panem pinſere, panes fermẽtati et* Azymi, *hoc enim nomine* Plato *utitur.* Panes *uernales, panes clibanarij, panes cãchrydij, panes intoſti.* Panis *uero buccellæ, boli dicũtur.* Vnde *et* ψωμίζειν, **id eſt nutrire, apud* Ariſtophanẽ. Hæc *quidẽ* Puerũ *reclinauit, hæc lauit, illa uero nutriuit.* A *carnibus uero, uel* Κρεαδιῶν, *ut* Xenophon *uocat, carniuorus dicitur, carnis comeſtio, carnis diſtributio, carnibus cibari, carnis uẽditores, carnes uendere, carnes cicures.* Carnes *ferinæ, ſuillæ, porcinæ, altiles, polypeæ, perdicum carnes, leporinæ, leporum pulpamenta, carnium fruſta, & quæ his ſimilia ſunt.* Carniſeca *uero, qui carnes diſcindit, quem & coquum nonnulli uocant.* Eſt & *apud* Lacedæmonios Magiſtratus *quidam,* Creodætes *dictus.* A *frumentis uero dicuntur, cibi, cibari, cibatus, annona, teſſera frumentaria, male cibatus, ieiunus, ciborum amans, non cibatus, bene cibatus, cibiuorus, frumentarius, edax, perparce comedens, modice edens.* Cõuiuator, *conuiuari, ſemper comedens, commeatum quærens, commeatus inquiſitio.* Paraſitare, & *apud* Neotericos, Paraſita. & *quæ his ſunt ſimilia.* Eſt & *apud* Veteres *nomen hoc, non autem de illo quo nunc, ſed de miniſterio quodam ſacro dicitur, utpote de illo qui ad ſacri frumenti collectionem conſtitutus*

ſtitutus eſt. Et prætorium quoddam Athenis, ut in Regis Decreto
A uidere licet, Paraſitiū uocatur. *Paraſitare autem, Paraſitam, gu-
loſitatis & adulationis cauſa, primus dixit Epicharmus · & poſt
hūc Alexis. eundē uero, Homerus Conuiuā uocat· Quoniā ei So
dalis erat charus, Conuiua: Frumenti penuria, carentia, egeſtas, ie
iunium· Conuiuia, uictus domeſticus· uictu egere, cōuiuium, domi
uiuens uel è ſuo, uictus ſuſceptio, cibare · Et Pueros cibatos, dixit
Nam Xenophon: Et à cibo depellere· * Sed frumenti menſor, & nauigia
frumentaria, & frumentantes, frumenti cuſtodes, & alia huiuſ-
cibarijs modi, non à * σιτίων, ſed à * σιτὸ dicta ſunt · quemadmodum &
frumento Frumentabantur, apud Thucydidem, & Teſſera frumentaria, &
Frumenti egeſtas: A farinis quidem, farina cibare, farinatio · Piſtri
na, ſecundum Hyperidem· Farinam rigare, maſſam ſubire, farinæ
tabernæ. Ab obſonijs uero, obſoniare, obſoniorum comeſtor, ob-
ſonia comedere, obſoniorum uoraciſsimus, obſonia deuorare, ob-
ſoniorum deuoratio· & Obſoniorum uictus, ut Aeſchines dixit.
Obſoniorum Condus, ut Hyperides: Obſoniorum confector, ſe-
cundum Demoſthenem· obſoniorum ſtructor. ſed horum uſus iam
Vide infrà exoleuit. Tum & locus quidam Athenis, de quo dicitur, Abierunt
Libro no- in Opſonium. Critias autem, & Penus dixit, & Obſonare· Obſo
no De Par nare uero, & Obſonia diſtribuere uocauit. Sed Thucydides ait, In
tibus urbis obſonium petijt tres obulos · Nam obſonatio, quo Menander uti-
tur, omnino inuſitatum eſt. Cæterum Alexis, Obſoniorum pro-
ſperitatem dixit. Ab edulijs uero, edere, edi, eſus, edimus, & ſimi-
Minutiſsi- lia· Sed & dentes hinc dicti ſunt, quaſi quidam ex his edant, * &
mè cōſum- minutiſsimum deterant· patrimonium deuorans. A cibis porro, ci-
pſit, abſu- bare, comedere, deuorare, edibile. Anſeres Semicomeſos, dixit Xe
mens pa- nophon: Et Hyperides, Subſtantiam comedit, pro abligurijt, di-
tria bona xit. Ἄβρωτος uerò, ieiunus dicitur apud Sophoclem & Ἀβρωσία,
pro ieiunio: Cōmune uero de omnibus eſt, edere, eſſe· comedens,
edens, uorans, deuorans. Et ἐπιφάγειν· ſic uero dixerunt, poſt pa
nem obſonia edere· Exedit. Metagenes autem alicubi, Clam come
dere dicit. Peſsimum uero eſt illud Myrtili Comici, Comeſtor· li-
cet &



cet & eodem, Aeſchylus uſus ſit· Ex horum etiam numero erit, Cradouorus· Ruſticum uero ſic uocauerūt. quoniam Cradæa, ficuum folia ſunt. Sed corijuorus, durum eſt. Lactiuori, anthropophagi· glandiuori, & glandiuorare. Tum eſt ingerere, uel deliciari, inſerere, fricus abligurire.

## CAPVT OCTAVVM, DE INSATIABILI, DE CIBO· SATVRARE, ET ſaturari· de cruditate, & ſatietate. I

QVi uero cibo repleri nequit, inſatiabilis· quēadmodum cito ſaturatus, ſatiabilis dicitur. Et κακόσιτος, atq; ἀπόσιτος, qui cibos faſtidit· ſicut et Ἀπιχθυς, apud Ariſtophanem, qui piſcium eſum abominatur· Hic uero ciborum faſtidium, etiam Ieiunium nominauit. Qui uero inſatiabiliter ad ſaturitatem comedit, helluo uocatur. Et mandere, uocarunt continenter edere · Multum eſſe, multum comedens, obſoniorum uorator, ad ſatietatem, ultra ſatietatē· Ventricoſus, uentroſus, uentri indulgere, uentriculū curare, guloſus, uorax, guloſitas· Auidus, auiditas, intemperās· gluto, gula. Edo, edacitas· edendo uæhemens, edendo fortis. Sed Comedonem Comici, pro inſatiabili, dixerunt· & huius uentrem, φαρμακίτην. Anaxandrides uero, etiam Paſcuam dixit, & Paſcere· Ariſtophanes, Conuenienter paſci: Tum & cabaſum uocauerūt, cibo inſatiabilem· quemadmodum bibonem, dolium dixere· Cabus enim frumenti menſura eſt. Buccella autem magna, Bolus dicitur Theſſalicus· Sed bibendi cupidum eſſe, ſitire· edendi uero, eſurire. Quæ uero ex cibi ſatietate propter concoctionis difficultatē oritur moleſtia, à multis cruditas dicta eſt· tu autē, acidam ructationem uocabis. Sed propter ſatietatem aliquid faſtidire, Nauſeam Xenophon uocat. Vmbra uero, tempus ad cœnam eundi conijciebant· quam στοιχεῖον uocabant· Et στοιχείου decem pedum exiſtente, libandum erat.

CAPVT

## I CAPVT NONVM, DE TEMPORIBVS PRANDIORVM, CIBIS VETETERVM · & uariorum eduliorum nomina.

CAeterū cibi, quos apud Veteres licuit inuenire, ſunt · Raphanus, drupæ, oliuæ · oliuæ, ſeu rapæ conditæ, & nycterides · Oleas porro oleaſtris inſitas, Trambelos nominauit Pherecrates · quæ eædem, et φαύλιαι dicebātur · Oleas, uero quas nunc contuſas, Comici γυεζίνας uocarunt . Oleas autem contuſas, in Niſis Ariſtophanicis inuenies. Sed Lupina, Alexis dixit · Lupina in * porticu comedens, cortices ibidem reliquit, aut pruna repoſitorum: Sycamina · * quæ & Mora Aeſchylus nominauit, illa quæ ex rubo colliguntur intelligens. Fortaſſe aliquis & ceraſa dicere poterit, cum arborem Ceraſum dictam, in Xenophontis de Natura Libro inueniat. Alica, nuclei, malua, lactuca · Cinara · eodem enim nomine à Doribus Poëtis Acanthum nominatum reperies. Cucumer · & cucumer pepon, quem & ſpermatiam nominauerunt.

ueſtibulis
hæc uero

## II DE CIBIS E MARI PETITIS, & ſalſamento.

TIlthæ, conchule, oſtrea, purpuræ, ceryces, carabus, aſtacus, hyatulæ, conchæ, pectines, loligines, carnes polypeæ aut flagella, ſepiæ, ſepidaria, echini marini. Nonnulli & patanges uocant, echinorum quoddam genus. Inſuper & alia conſuetudine nota, utpote ubera, ſalſamenta piſcium, porci, pedes · Mala Heſperidum, mala æſtiua · Mala Cydonia, ſecundum Ariſtophanem: Quædam etiam mala φαύλιαι dixerunt. Ficus recentes, caſei coloſtra, caſeus recens · Siccum uero, etiam macrum uocauerunt. Sed caſeus, Oxyrias à Comicis dicitur, & edulium eſt Siculum. Salſamenta marina, Salſamenta Phrygia, Salſamenta Aegyptiaca, Salſamenta Sardonia, Salſamenta Gandica · ſalſamenta æſtiua, ſcombrorum, mugilum, cuborum, thunnorū. Monedulæ, coracini, leſbiæ, placentæ. Ariſtophanes uero, alicubi Ταρίχιον dicit · & τὸ





Τάριχος, in neutro genere Attici · Iones autem, Dores · & nonnulli Atticorum, in maſculino. ut in Dionyſalexandro Cratinus, Hic uero Salſamenta Pontica: Et euulſile ſalſamentum, pro ſquammato dixerunt · ut Plato Comicus, Et ſimul circumiens ſquammata emebam, ſalſamenta Famulis: Ariſtophanes uero, Coracinū deſquammare oportet, abluere, eluere, & perluere: Licet quoq; dicere, epata condita, epata ſaginatorum porcorum, aut iecinora anſerina. Piſcis ex ſartagine · Piſcis è ſalo, ſic enim piſcium ius uocauerunt. Mulus, ſcarus, laurax, muræna, mugil, aurata, cōgrus, nigricauda, ſacer · Phyræna, quam et ceſtrā uocitāt. * Mugilibus uero, ieiuni * ueſcebātur. Trachurus, gladiolus, amia, callichthys · Orphus · aut quod magis Atticum eſt, ὁ ὄρφως. Phagrus, ſcorpius, fidicula, thatis, thunnus, glaucus dentatus, elops, ſturnus, limaca acipenſer, ſalpa, galeus · anguillæ, ſic enim plurali numero de his loquuntur · Veruntamen et anguillam, de una dicunt. Aphyæ, pſetæ, menides, urticæ, ſquillæ, membrades, gobij, torpedo, phycides. Aliorum uero piſcium nomina familiaria, & nota ſunt omnibus · utpote phagrus, delphin, & alia aquatilia. Et oſtreum coctile, cibus erat frugalis admodum, ſicuti & ſardina.

Mugiles
commenda
bant

## DE PISCIBVS TESTAS, ET ſquammas habentibus. III

DIces porro, oſtreorum, conchas · & caraborum, teſtas · piſcium, ſquammas, & lamas, cuticulas, ſpinas, branchias, inteſtina, & carnes. atque glauci cerebrum, quod lautum erat, & nobile.

## DE NOMINIBVS IN TERRA NVTRITARUM carnium, & animalium uolatilium. IIII

PErnæ coctæ, percocti armi. Et carnes, latera, coſtæ, porcelli, hœdi. Carnes leporis, uel leporinæ · & tibiæ, turdi, merulæ, paſſerculi, galli gallinacei, gallinæ, perdices, grues, anſeres, anates, columbæ, palumbes, turtures, pauones, attagenæ · Ampelides, quas nunc ampeliones uocant · Aues Phaſiani · Viſcera, adipes, abdomen porcelli, inteſtina, farcimina; ſumen, ſumina ſuilla, per-

*næ ſalitæ, tibiæ· Armi, qui et pernæ· Abomaſum. Eſt et uētriculus lautus, quem nonnulli Tacones dictum putant, apud ſolum Cratetem Comicum, ſemelq́; tantum illo utentem im Therijs· Nihil ſanè carnium eſt, ut uos dicitis· neq; quod edamus, neq; è foro· neq; tacones faciemus, nec farcimina: Alij porro tacones, carnes in ſartagine frixas intelligunt· aut adipis fruſta, ſale & aridis condimentis inciſa. Alia uero porcorum, et partium in alijs animalibus, nomina manifeſta ſunt.*

## V DE PYRIEPHTHO, ASPARAGO, ET herbis ſimilibus.

LAc concretum, coagulum· Philippides uero in Aulis, etiam Pyriephthon uocat. Aſparagus ſpinoſus, ormenus hortenſis, aſparagus. Et omne efflореſcens, quod cauleum uocant, * illi ormenum nominauerunt. Et aliquid præmaturum fieri, ἐξορμενίσαι. Raphanus, qui & Crambe, ſecundum Ariſtotelem quoque in Libro De Animalibus ſic dicentē· Raphanus, quē nonnulli Crambem uocant: Sed Antiphanes, Raphanum Crambidium uocat, in Agrico· Crambidium coctum, gratioſum, & plane urbanum; Rapæ, ſed et γογγύλας uocitant· bulbi, beta, colocyntæ. Et ipſæ quoque carnium partes, ideæ uocantur. Poſteriores autem porcorum fœtus; poſteri dicūtur. Et partes circumferre, Xenophon Circumlationem appellat. Porci uero cutim * illi phorinē uocant· carnem

Caroq; aſſata porro, ſuillam. quemadmodū et bubulam. * Carnesq; aſſatæ, phlogis dicuntur Mercurio autem, forte prima carnium pars tribuebatur. Carnes uero morticinas, νεύβια nominant. Dicere etiam lice

2. bit, iuris condimentū, condimenta, iura, * arbytacem· Paropſida, quod et iuris cuiuſdam genus eſt· uel ſecundū alios, maſſæ alicuius. aut aliqua obſonij additio. quod nunc, paropſimation diceremus· Paſtæ uero, brodium ex farinis ſunt· ut tradit Eupolis, Pultiū fari-

dicit næ menſuræ: Ariſtophanes autē * Inteſtina dicit, paſtæ, Lucanicæ, brodia, uiſcera: Μίμαρκυς uero, uentriculus, & inteſtina cum ſanguine parata, maxime autem leporum. Ius autem, quod Nigrū dicitur, Laconicum maxime fuit edulium· eſt & aliud, quod ſanguinarium



*rium uocant. Thrion uero, ſic apparabant. adipem ſuillum coctum accipiens, ſimul cum lacte, cartilagini pingui miſcebat· hæc eadem caſeo recenti, ouorum putaminibus, & cerebris commiſcens, & ficus folio circumdata in fragranti aliquo auium ſcilicet, aut hœdorum, iure coquebat. extracta deinde, dempto folio, in uas aliquod mellis feruentis inijciebat· et nomen quidem edulio huic, à folio inditum eſt. mixtio uero omnium æqualis fit, niſi quod putamina plura confarcinantur, conſtipanturq́;· Atq; hæc omnia, apud Pherecratem· Nec fortaſſe inutile fuerit, ipſius Pherecratis uerba aſſcribere· Fluuij quidem pultis, & iuris nigri ubiq; per compita ſtridentes fluebant· uiſcera uero & feruentia farciminum fruſta ſtridentia adhuc circa fluuios teſtularū loco effundebantur· Aderant inſuper fruſta aſſata, & omnijugis inſtructa bellarijs, et betarum folijs anguillæ implicitæ· tum & pernæ, uel armi conditi in lancibus, & percoctæ ſcapulæ ſuauiſſimè fragrantes, inteſtinum bouis, porcellorum coſtæ floridæ. friatilia uero alia, ipſis pulmentis inerant· Aderat & granum lacte mixtum patulis in peluibus, & placentarum partes. Turdellæ uero aſſatæ, conditæ in δαυαλβροις, ori bibentium obuerſabantur. Apparatus porro ſuperuacui, Onthyleuſes, et Monthyleuſes * nominauerunt· Sicuti & apud Menandrum,* nominabantur.

*Ὑποσύσεις dicuntur, puls denſa placentis conſtipata. E ciborum uero genere, etiam legumina ſunt, quæ et χέδροπα dixerunt· Brodium, lens· Piſum· Ariſtophanes etiā Piſa, in plurali numero dicit. Fabæ, quæ et πύαμοι dicuntur· Vnde et Pyanepſia feſta. Legumina trita, freſa· ormeni, ſeſama, panica, ordeum decorticatum. Cratinus uero, & Polentam parare dixit· Sed introi, & polentam parans à malis requieſce: Quoddam etiā, ἐπίπαστα λίχη uocarūt· erat autem brodium, quo farina tenui, et oleo aſperſa ueſcebantur. Polphi etiam dicuntur, globi paſtæ, quos leguminibus inijciebant· unde & hodie apud nonnullos, πολφοφάκη dicitur. Polphorum uero, & Ariſtophanes meminit. Polphos autem, non coquebant unà cum bullis. Erat etiam brodij ſpecies, chidra· Fiebat uero ex frumento nouo, quod Ariſtophanes χιδρίαν uocat· Hic idem ius*

quoddam, Pollen appellauit· Vt pollinem admiretur, & non tuſ-
pæpala ſiens bibat: Fortaßis autẽ ex ∗ παιπάλη conficiebatur, quod fari
næ eſt tenuißimum. Sed & puls, brodium frumenti eſt. Olera uero
conciſa, λυισὰ uocauerunt· ſicuti agreſtia, λιχόρεια. Et macilenta
olera, pro tenuibus. Comici autem fragmenta etiam, χναύματα
nominauerunt· quæ eadem & νωγαλίσματα dicuntur, ſed hoc
extremè Poëticum eſt.

## I CAPVT DECIMVM, EDVLIA VETERIBVS CELEBRIA.

SCiendũ uero Veteribus inclyta fuiſſe hæc, Muræ
na ex freto, & Muræna Tarteſia, Thunnus Ty-
rius· mugil è ſciatho, hœdus de grege· Et pelori-
næ conchæ· unde nimirum et eæ, quæ nunc pelo-
rides dicuntur, nomen deſumpſerunt. Beta ex A-
ſcra, Menides ex Lipara, Rapæ ex Mantinea, Methymnæi Pecti-
nes, Galeus piſcis è Rhodo, Pſetæ ex Eleuſine, Aphiæ Phalericæ,
3 Multi Ionici, Anguillæ ex Bœotia, Copaides· Quemadmodum∗
Plotæ ex Sicilia, & Salſamenta Thaſia· ſicut & Thaſij Raphani,
& Caſeus Cythnius, atq; Siculus. Et Haleces Tragaſæi· Sunt au-
tem Tragaſæ, palus Troiadis, aut campus Epiroticus, à Tragæo di
ctæ· in cuius gratiam, Neptunus Haleces induxit.

## III DE TORRENDO, ET EIVS INSTRVmentis· lebete, condimentis, & inclitis edulijs.

DIces præterea, torrere, torrens· & ſartago, inſtrumentum·
Hoc idem uero, & frigere dicitur. Frigens· quam frictricẽ
uocant. Et inſtrumentũ, frictorium· in quo frigebant, quod nimirũ
uas fuit fictile. Subigere· Et mactra, uas in quo ſubigebant· Et ſubi-
gens ipſe, ſubactor. Mactra uero, etiã magis, et ſcapha dicitur. Cõ
dimenta uero, oleum· Acetum· ut Eupolis, Vino præſente, acetũ bi
bere cupiuit: Aceti quoq; ſpeciem aliquam, garrũ uocarunt· ut So-
phocles, Neq; miſera dans ſalſi garri: Et Cratinus, Catinus nobis
plenus garri: Tenues haleces, ſecundum Ariſtophanẽ, aceto intin-
gens



gens, aut haleces tenues: Piper, ut Alexis in Lebete, cuius Iambis
utendum his, qui eduliorũ ſpecies inquirunt. huiuſmodi enim à Ve
teribus omnino ſumẽda ſunt. Primò itaq; ab his ſumes, ſeſama· ſed
hæc remotiora ſunt· Vuã paſſam inciſam, fœniculum, anethũ, ſina
pium, cauliculum, balſamũ, coriandrum, aurum, rhoum, cyminum,
capparim, origanũ, allium, aniſum, thymum, ſphacũ, defrutum, pi-
per, rutã, porrum. Inter condimenta, et malorum amuletum refer-
ri poteſt. Antiphanes in Leucade, Seſami, amuleti, cymini, rhoi,
mellis, origani, patellæ, aceti, olei, in abyrtacẽ graminis. Nonnulla
autem condimentorũ, à loco laudantur· ut Eubulus in Glauco in-
quit, Et ſinapiũ Cyprium, Coagulum Scammonium, Mileſiũ Na-
ſturtiũ, Cepæ Samothraciæ, cauliculus Carthaginenſis, et Balſa-
mũ Thymusq; Hymettiorũ: Balſami porro ſemen, mandaris· radix,
ſilphiũ· planta, caulus· foliumq;, daſpetũ dicitur. Eſt et aliud condi-
mentũ, balſamo ſimile, frutex uero minor, mandaris dictũ. Cõdi-
mentũ uero mitha, uel mentha dictũ, à Mintha dictũ eſſe ferunt,
quæ erat Plutonis pellex in hanc plantam transformata. Menthæ
autem, Cratinus in Legibus meminit· Caſeo, & mentha lucratus,
atque oleo: Sint etiam ex condimentorum ordine, palmulæ melle
conditæ· quas & catachyſmatia uocant. Et allium· Acrementum,
& Omphaciũ· ut Cratinus in Vlyßibus inquit, Frigens, coquens,
torrensq;, & aſſans, in muriam, & omphacium, atq; ∗in acremen- etiam
tum tepidum intingens, quod mihi intolerabilißimum fuerit, ô Mili
tes deuorabo: Ariſtophanes uero in Senecta dicit, Acida, balſame-
ta, bulbus, beta, ∗ circumciſum, thrium, cerebrum, & origanum: 4
Inter cõdimenta quoq; candylus referatur, ex amydo, caſeo, lacte
& melle confectus. Et Matylla, Macedonicum, & ſitim conciens
edulium· quo in media compotatione utebãtur. Atq; myttotus, com
mixtio ex alliorũ caulibus. Multa inſuper, quæ condimentorũ ap-
paratum attinent, ex Culinarijs Scriptoribus colligere liceret· ex
Pantaleonte ſcilicet, Myſthæco, Zopyrino, Sophone, Hegeſippo,
Paxamo, & Epæneto· Adnumeretur etiã illis, Heraclides Syracu
ſanus, Tyndarichus Sicyonius, Simonactides Chius, & Glaucus

Locrenſis Coquinariæ inſtitutionis Doctores: Tum & haleces, conditores, à condiendo dixerunt quod & ſalire dicitur. Phyllades autem, uocauerunt recentes melle conditas palmulas. Omnibus uero commune quoddam ferculum, Dores Tybarim appellauerunt erant autem aceto condita, apia.

1 CAPVT VNDECIMVM, PANVM SPECIES.

POſtquam eduliorum, quæ panis expertia ſunt, mentionem fecimus, & alia quæ cum pane ſimul comeduntur; ſe offerant nihil prohibet, quin & panum ſpecies colligamus. Et hi, partim clibanarij, partim uerales dicuntur. Collices, collabi, naſti, amydi, collyræ, fermentati, ſeſamitæ, chariſij, canchrydæ. Et qui uiliores ſunt, furfuracei. Panem etiam triticeum aliquis dicere poterit, ad hordeacei differentiā. Panes uero ſitanij, ex frumento horno ſunt, quod eſt quadrimeſtre. Hornum enim, quod huius anni eſt dicitur. Chariſium autem, placentam eſſe tradūt. Tum & auanus panis, placentæ ſimilior eſt. Cæterum Aegyptij, panes in acutum tendentes, Calliſtes uocarunt quemadmodum & Aethiopes panem quendā, Orindem ex orindio piſtum, quod ſemen eſt illis patrium, ſeſamo non abſimile. Sed orthoſtates, ſacri panis ſpecies eſt. Vas uero in quo farina perpurgatur, ſiquidem ex iuncis plicatū fuerit, coſcinum. Sed ſi coſcini circumferentiæ, iuncorum loco linteum Sindonium adiunctum fuerit, quo purius purgetur farina, aleuroteſis dicitur. Quod uero ex pilis complicatur, cribrum. In quo autē panes formabantur, plathanum & ſic etiam inſtrumentum, quo formabantur, dicitur. Cæterum et Semidalis dicitur, apud Lycurgum Rhetorem, & plurimos Comicos. Strattis
5 porro, etiā genitiuo Semidalidis uſus eſt. A * naſtis autem, Naſtiuorus, Naſtos uorare, & Naſtorū ſector dicitur, apud Platonem Comicū: Molæ uero, ſacræ quidē ſunt, Amphiphones quas in Dianæ Munychias inferebāt, continuis circūſtipatas facibus. Sed Verales panes, quos Obeliaphori in Bacchi feſtis portabant, ex medimno



dimno uno, duobus, tribus'ue ad ſummum, in uerubus nonnullis cocti, unde & nomen ſumpſerunt. Pelani autem, omnibus Dijs communes ſunt, & à forma nomen habent. Quemadmodum & Bos,
quæ placēta fuit cornuta, Apollini, Dianæ, * Hecati, et Lunæ ob- Hæcatæ
lata. Melittuta uero, Trophonio ſimiliter et Areſter, et * Hygiæa. 6
Nam et hygiæa, molæ ſpecies eſt. Sed quibus homines utūtur, molæ, * & harū nomina ſunt anthema, thridacine, phyſte, uinoſa, ephieros, dandalis, lolodiaconium, tripta, amemona, cardame. Et bereces, molæ ſunt ex cribratis farinis ſubactæ dandalides uero, ex toſtis hordeis. Atq; procona, proconiaq;, ex intoſti hordei farinis. Porro placentarū ſpecies ſunt, ama, amula, pyramus, ſeſamus, en-
chytus, enthrya, ſtrepta, neilata, * cotyliſcus, phtis, et phtida libato 7
ria, thrymātides. Erat et crepis, ex farina, et melle cui uuæ quædā, aut ficus toſtæ inerant quibus exeſis, crepida ipſam, auium brodio intritā comedebant. Vocabatur etiam quædam thrymmatis craſſa. Inclitæ etiā fuerūt, Placentæ Samiæ et Philoxeniæ, Leucadij Philoxeni inuentum. Naſti autem, & ſacti dicuntur. Apex quidam acutus, ex uuis & amygdalis, quæ contrita atq; commixta ſimul aſſantur. Sed echinus, placenta eſt inſularis, ameti ſimilis. Et Eſcharites Rhodia, inter panem & placentā media. His etiam adnumeranda ſunt, alphita, & fortaſſis itria quoq; & tageniæ, quæ etiam encrides ſunt. Tagenias autem, apponunt tepidas & ſtridentes, ut illis mel ſuperfundatur, ſecundum Cratetis uerba. Tageniæ autem ſartagini infuſæ, caſeus, oleum, mel & ſeſama infundebantur. Quædam etiam radij dicuntur, quæ placentis apponebantur radijs textorijs ſimiles, & colorem album referebant. Menſas porro ſecundas, Ariſtophanes Bellaria uocat. Vt nimirum menſas ſecundas facere, etiam bellarijs ueſci, dici poſſit. Erant autem bellaria, myrthides, caryæ. Neſpili, qui & oa dicuntur. et hoc nomen, apud Platonem eſt ueluti illud alterum, apud Archilochum. Et acini mali Punici, & ſic quidem fructus. Arbor uero, Malus Punica dicitur. Inſuper & Mali Punici grana decerpere, dices ſecundum Ariſtophanem. Acidi Mali Punici grana decerpis: hoc autem Iambo non

non ut proprio, ſed ceu Aeſchyli uſus eſt Ariſtophanes: Amygdalæ· Nuces Perſicæ, quæ nunc regiæ uocantur. Caricæ chelidoniæ, Atticæ· quæ et chelidones dicuntur. et aliæ Amphariſtei, Phibalei, regiæ, & Coronei: Et procrides, atq; oxali· Et Bagindariæ Rhodiæ. Et caricæ cōditæ, quas Cratinus Iſchadopten uocat. Cæterum ficus nondum maturæ, apud Lacones Oecades dicuntur· & Philices, ab Athenienſibus: Raphani ſylueſtres, mala, pyra, ſyluestria pyra, uuæ paſſæ· aliorum uero nomina, manifeſta ſunt. Vuæ, et harū nomina, elæoſammaxis, Punicea, Cretica, Melinea, * inebrians, Chærenea, Phthiſia, Creſſa, Syra, Rhodia, Libyca, ſylueſtris, Alopecea, Coronea, Lemnia, Biblia, Nicoſtratia, gratioſa, uiolenta, Pellæa, Pergæa, Pelmeris, petræa, Samia· Trita, aut etiam Aegyptia, Tornia.

Methyſea

## I CAPVT DVODECIMVM, DE MENSIS, ET MENSARVM uaſis.

ERant uero menſæ quædam, primæ, ſecundæ, & tertiæ· atq; tripodes, quibus incumbebant. quod nomen, apud Heſiodum inuenitur, & in Telmiſis Ariſtophanis: Tum & menſæ, quæ apponi tolliq; ſolebant· quas nunc magides uocant. Magidis autem uocabulum, apud Sophoclem uſitatū fuiſſe conſtat· ut, Centenas cœnarū magides· Harum uero inuentionē et Homerus demonſtrat hiſce uerbis. Extēdit mēſas: Menſas etiā, cibos iſtis impoſitos nominauerūt. Vaſa uero, quæ menſis imponuntur, cōmuniter quidem uasa uocabis argentea, & aurea. Singulatim uero, quos diſcos dicunt, orbes uocabis argenteos, aut lances argenteas, uel patinas· ſicuti & patinas communes, quæ labicles dictæ ſunt. & minores, patellas· atq; patinas carnium, & patellas piſcatorias. Condimentorum autem uaſa, acetabula quidem, quibus acetum ineſt· intinctoria uero, celaria, pelues, catini. Acetaria, in quibus condimenta, & cibi. Acetaria quoq; olim uocarunt, quæ iuſcula continent. Quas uero patellas uocant, lecanides uocare oportet, etiamſi argenteæ



gentea ſint· Theopompus enim Comicus, Lecanem auium dixit· Ariſtophanes autem, Lecaniſcam, & Lecanem alibi atq; alio in loco, Et mihi leporinarum carnium Lecanium: Cæterū quæcunque de phialis circumferuntur, et quæ caniſtra dicta ſunt, inuenire licet apud Nicophontem Comicum· ſicuti apud Cratinum, Palmularum abacum: Quod autem nunc caniſtrum, illi cophinum uocarunt· quemadmodum & uentilabrum, uannum. Paropſides porro, lances magnæ, & concauæ· in quibus molæ diſtribuebantur, erantq; ligneæ· Myſtila uero, eſt buccella excauata, brodium aut ius exhauriens· A qua & μυστιλάσθαι, id eſt excauato pane ſorbere, dicunt. Mihi etiam id, quod æglam uocant, myſtila dici poſſe uidetur. Atq; in Alexandri ad Matrem Epiſtola, inter alia uaſa me & Myſtrum inueniſſe memini. Cochleare uero, myſtilarium, aut cochlioryc hum uocabis.

## CAPVT XIII, COQVINARIA VASA, COQVORVM OFFICIA, & inſtrumenta. I

COqui præterea uaſa ſunt, ollæ, patinæ, plumbo compacti foculi, cultri piſcatorij, uerua, uerua maiora, ueruculа, ſartago· Fuſcina, quam & harpagem uocant, & lupulum. & extractorem· Vnde pro eximere, extrahere dicunt. Toryna, cochlear, quo olla uertitur· quod et euergam, & eorgā nominant· Et ἐοργῆσαι, pro uertere. Vas deſpumatoriū, cochlear, lebetes, uaſa ænea, clibani, fornaces, furni. et ignifera, ſunt autem uaſa, quibus carbones ardentes ferunt· Foci, lebes, furni, ahenus, olla, caminus, culter, enſis· Dorides, quibus excoriant, aut ſuper quæ. Fortaſsis eſt culter caſei, quem cybelum uocitant. Nunc etiam ſartagines uerſatiles, olim uero uentilabrum. Sed crateuterium, ferrum eſt, cui uerua immituntur ad carnium aſſationem: à quo nimirum et Homerus dixit, Acrateutis ſubleuans: Eſt etiam piſtillum, qui et cochlear dicitur· Abacus. Piſtilli uero in mortario circumuolutiones, Eupolis παραμ... appellat. Inſuper huc numerātur, mortaria,

quod Noua taria, arca panaria Truncus carniſeca, uel epixenum quem * Comœdia, Inciſoriū uocat. et à Veteribus, Eleum nominabatur. Abacus, abaculus, cacabus, patanium, patnum. aut patina ſic enim
itaq; Sophron dixit, Patina ab ipſo fabrefacta: * ut etiam patina * illi uocetur Et Epicharmus, Anguillam in patina coctam uocauit. Sit autem patina, lanx quædam lata qualis fortè nunc eſt, quam ab hac patellam nuncupant. Sed & echinus, ollæ ſpecies erat. Et Ariſtophanes quoque meminit libræ, qua carnes ponderantur. Cæterum coquorum opera ſunt, accendere, inflammare, purgare, ſcindere, ſecare, diſſecare, per ſpinam diuidere, coquere, aſſare, torrere, macerare, diſtillare, cribrare, decoquere, in mortarijs contere-re, extendere, condire, ſalire, præparare, abſtergere fortaſsis etiam Fumigare de illis dices, ſecundum Demoſthenem dicentem, Pueros coquentes fumigare: Euſtræ uero, foueæ ſunt, in quibus porcelli torrentur. Combuſtiones autem, euſana ſicuti & ligna, combuſtiua dicuntur.

8 I CAPVT XIIII, *DE EO QVOD PER MANVS FVNDITVR.

QVoniam autem & aqua manibus infuſa, ad ſympoſia refertur, ipſam quidem aquam, Manuum lotionem Homerus uocat: Gutturnium uero, uas illud aquiferum Lebetemq; hoc, quod aquam excipit. Tu uero gutturnium, etiam effuſorium uocabis & alterum, peluim et utrunq; ſimul, ut Eupolis, Lauacrum. atque ipſam infuſionem, λειτήειον & ἀπλχείσαι, pro infundere Et lauare quidem, ante cibum Abluere autem, poſt cibum Quo etiam abſtergere refertur, depurgare, & detergere. Pannum uero deterſorium, etiam mantile appellabis. Veteres autem, Apomagdalijs utebantur quæ ſunt molliſsima in pane pars, & farinoſa. qua cum abſterſi eſſent, canibus hanc proijciebant Vnde & Lacedæmonij caniculam, Apomagdaliam uocant Quod & Homerus arguit,

Velut



Veluti cum canes circa Regem à conuiuio euntem
Adulantur, ſemper enim illis *animi ſolatia affert:

CAPVT XV, DE HIS QVAE E SYMPOSIO PVRGANTVR. I

SPongijs quidem miniſtri omnes, cibi reliquias in ſolum proiectas expurgabant utpote phyllia, ſed lactucæ folia ſic uocantur. & conchularum conchas, oſtrearum teſtas, piſcium ſquammas, caraborum teſtulas, carnium oſſa pomorum putamina, quæ etiam coremata uocāda ſunt. Puer purget, expurget, mundet, ornet, uerrat ſcopis aut uerriculo Sarum enim uocarunt, imprimis ſalis uerriculum quemadmodum farinæ, mylecorum. Congreget uero, in uas quoddam uimineum, cophinum aut ſportam, caniſtrum aut naſſam, ſic autem ſporta piſcatoria nominatur.

CAPVT XVI, POCVLORVM NOMINA. I

PIncernæ uero pocula eluant, profundant, & mundent & phialas ſummis ſuſtineant digitis, compotoribus commode iſtas offerentes. Pocula uero, etiam potatoria uaſa dici poſſunt δέπας enim, & κύπελλον, Poëtica ſunt Horum autem ſpecies numerant, calicem, caliculum, phialam, ancylem, * calicem 9
maiorem, cymbium, ſemitoma, ænea labra habentia, maſtos, carcheſium Thericleium uero, & Cantharum, ab Authoribus Antigonides autē, Seleucidem, * Rhodiadum, aut * Rhodiacum ab u- Rhodiadē
tentibus uocarunt. Phialam uero ancipitem, & Aureum poculum Rhodiaca
utrinq; anſatum, Homerus à forma appellat Sed unicam anſam habens, cotyliſcus nominabatur. Et hedypotides ſplendidi, doni, rytæ, ſcyphi, * cotyli Condumq;, Cappadocium et Beſiacum, Per cotylus
ſicum poculum. ueluti Cothon, Laconicum. Cothonis uero utraque latera, quemadmodum & ollæ, ambones nominantur. Vocare autem licet phialas, Lycurgicas, bicornes aut bifidum rytum. Ciſſybium uero, hedera ambibat, à qua & nomen deſumpſit. Haleſum

leſum autem Homericum, magnum poculum erat, à copioſe aut ſuf
ficienter bibendo dictum. Sicut & amyſtis, hoc enim non modo ni
miam continuamq́; potionem, ſed etiam poculi figuram ſignificat.
Et aſaminthus, poculũ fortaſſe fuerit, ut Homerus oſtendit de Te
lemacho, dante Menelao Aſaminthos duos: Et Cratinus in Chiro
nibus, Ex aſaminthi calice libans: Caliſciũ autẽ, paruus calix. Sed
Cylichnus, pyxis eſt. Aurea porro, et argẽtea, utræq; phialæ ſunt,
et à materia nominantur. Meſomphali uerò, et balani omphali à for
ma nomen deſumpſerũt. chryſomphali autẽ, à materia. quemadmo
dum et Aurei Sapphonis aſtragali: Sed bombylius, anguſtum eſt po
culum inter potandũ bombylans, ut Antiſthenes in Exhortatoria
oratione dicit, Poculo uerò Ion nomen indidit: Eſt inſuper et Coty
lus, Bacchi proprium poculum, ſicuti & Cotyliſcus: Cæterũ pſy-
cter, Vulgaris eſt, quem et dinum nominauerũt, in quo merum con
tinebatur. Plurimi uero eum, meroferum nuncuparunt, neque fun-
dum habet planum, ſed aſtragalos. Sed Geuſterij meminit Ariſto
phanes. Mani autem, Nicon in Citharœdo, Patriũ præhende ma-
num fictilem, plenum, quinq; ferè cotylarũ capacem. Olcæi uero,
Antiochus. Verum olcæũ eſt, in quo pocula abluunt. Sed Aegine-
tas, ex ollis patrijs bibere, tradit Herodotus: Et Ariſtophanes in
quodam loco inquit, Bibebat hic quidem è poculis uitreis: Præte-
rea metaniptris, calix eſt, quem manibus iam ablotis ſumebant. no-
menq́; non à forma, ſed ſumendi ordine recepit. Erat & Hygiæa,
ſacra, ſicuti Iouis Saluatoris, Crater quoque ſacer erat. Sed boni
Dæmonis, uinum poſt cibos merum. Et Mercurij, potus ultimus.
Vnde & Homerus, Vltimo libabant, dixit.

## 1 CAPVT XVII, DE PRANDIO, COENA, ET VESPERTINIS EPVLIS.

Dragma, Comprandentes

TOtum uero in genere dicitur, prandium, prande-
re, prãſus ſum, cõpranſus ſum, prandiũ parantes.
Et Menandri *inuentũ, comprãdere. Et illud Xe
nophontis, prandium cõmune: Rurſus, cœna, cœ
nare, cœnã inſtruere, cœnaui, cõcœnaui. Et cœ-
na com-



na communis, apud Demoſthenem: Et cœna frugalior, atque cœ-
nam parare. Cœnægerulus, apud Lyſiam: Et Cœnæ geſtatio, apud
Iſæum: Sed Prandium cœnæ iunctum, dixit Menander. tum etiam
Incœnatum, idem in Orga: Nonnulli uero tertias epulas, δόρπα fa
ciũt, aut epulas ueſpertinas, aut Δόρπηστον, ſecundum Xenophon-
tem: Cœnare, poſtcœnium celebrare, & menſæ ſecundæ. Et dor-
pia, quæ eſt prima * Apaturiorum dies. His etiam conuenit, * conui 10
uium, & Conuiuator, qui conuiuium inſtruit. Et δαιτρὸς, pro co-
quo. Et Conuiuium adminiſtrare, apud Homerum: Atq; Conuiua-
bantur, apud Iſæum: Et publicum conuiuium.

## CAPVT XVIII, DE CANDELIS, ET CANDELABRIS. I

PRæterea candelæ dicuntur, & candelabra, ſic ue
ro candelarum receptacula dicuntur. Et candela-
brum, quod nunc φανὸς dicitur. Φάνος uero, et
lampadem, & candelabrum, atque tædas ſignifi-
cat. Candela autem dicitur, duo, aut tria ellych-
nia habens. Sed candelæ, duo ellychnia habentis, inter Comicos
Philelius meminit. Thryallides uero, ea quæ inſerta ſunt, dicũtur.
ellychnia, & herbaſca. Cæterum Obeliſcolychnium, apud Theo
pompum Comicum inuenitur. & inſtrumentum eſt militare, no-
men uero prædurum eſt. Sed uas, quo oleum infunditur, æneũ eſt,
& longum. quod Chalcium, Eupolis nominauit. Stilba autem, uas
quoddã erat fictile, quo ante candelarũ uſum utebãtur. ut apud Pla
tonẽ, Parcite accuratè oleo, in foro autẽ ſtilbam aliquã non ualde
potã mercabor: Candelam uero emungere, προβύσαι dixerunt.

## CAPVT XIX, DE VNGVENTO, ET RELIQVIS.

DEinde & unguentorum, in ſympoſijs mentio fa-
cienda eſt. Et notanda, Vnguentum Megaleſium,
à Megalo Syculo. Plangoniũ, à Plangone. Beren
thium, ex Lydia. Nardum Babylonicum, iuxta
Alexim. & Aegyptium, Vnguentum nigrum. Sa

gdas uero, unguentum Aegyptium erat. Vnguenta autem nota ha-
buerunt, baccarim, amaracum, & erim. Oleum uero roſaceum,
Roſeum Homerus uocat. Sed E liguſtro, & lilijs unguentum, miſit
Alexandro Abdelonymus Sicyonymus. Cæterum ualde celebra-
tum fuit, unguentum regium. Verum unguentorum uaſa ſunt, le-
cythus unguentaria, et alabaſtrum. Pherecrates uero in Lyricis, e-
tiam Cyathium argenteum dixit id, quò unguentum infundimus.
Res autem ipſa, unctio· Et ungere, uerbum. Sed & unguentaria di-
xerunt, unguentari, uel unguentis redolere. Vas uero, cui unguen-
tum inerat, phialæ non abſimile, alabaſtrum dicebatur. Cæterum
quæ in coronis habentur flores, ſunt hi· roſa, uiola, lilia, ſiſymbria,
anemonæ, ſerpylus, crocus, hyacinthus, helichryſus, elium, elei-
num, tryalis, anthriſcus, narciſſus, melilotum, anthemis, parthenis·
& alij quicunq; aut oculos delectant, aut naribus iucundum odo-
rem offerunt· Plurimorum uero & Cratinus in Malthacis memi-
nit, utpote & coſmoſandyli· & mili, qui eſt hederæ flos. Homerus
quidem flores omnes, Liria nominauit· Narciſſum uero, Theophra
ſtus Liriū dixit. Sed Anacreon, etiā Myrtis, et Coriandris corona
ri tradidit· tum & Naucratite corona, hæc autē amaracus erat. Et
Aniſo, ut Sappho, et Alcæus· hi ſane & apijs coronabantur. Ana-
creon uero, Coronam roſeam dixit. Compotatorum inſuper eſt,
12 ænigma, & *griphus. & illud quidem, iocum· hic uero, & ſoler-
tiam habet· Atq; huic quidem, qui ſoluebat, carnium aliquod fercu
lum dabatur præmio· ſed qui non poterat, ſalſuginis poculum ebi-
uocatus eſt bebat. *exoleuit uero, ob griphos piſcatorios. Quæſtiones autem,
calicea *cylicia dicebātur· Sed Theodectes Sophiſta inter hæc celebris,
quoniam memoria pollebat, Memoralia illa nominauit. Erant quoq;
uinolentæ cantilenæ, & ſcolia. Quidam uero myrinā dextra ge-
rentes, poculumq;, & lyram, cantare ſolebant. Pernoctantibus au
tem, brauia dabantur. Seſamus, & pyramus, placentæ in melle co-
ctæ. illa quidem, ex ſeſamo· hæc uero, ex toſtis frumentis. Perno-
ctare autem, perlucubrare quoq; uocaueris, & noctem ad orien-
tem Solem protrahere· Lucernam porro iſtis lucentem, pernoctur-
nam



nam nominabis. Quoniam uero & cottabizare ad ſympoſij par-
tes refertur, dicendum eſt, cottabi, cottabium, decottabizare· de
poculo excutere. Et cottabium quidem, à culmine ſuſpendebatur
ſupinum, et totum ex ære factum· quemadmodum candelabri oper
culum, quod candelam ſuſtinet. Erat deinde uirga quædam longa,
quam cottabicā appellabant· Et concaua quædam, & rotunda pel-
uis, quam & chalceum, & ſcapham uocarunt· poloq; horas indi-
canti erat perſimilis. Sed cottabo à culmine ſuſpenſo, cottabizan-
tem ſonū quendam edere oportebat, qui talax uocatur· quod idem
Ariſtophanes, Cottabium ruptile, aut Cottabū appellat, tubæ tin-
tinnabulo illud aſſimulās. Peluis porro aqua implebatur, cui globus
innatabat, lanx, Manes ſtatua, tres myrti, & tria acetabula· & qui
humida manu cottabum contingens aliquod horum adipiſcitur, lau
datur. ſed qui quàm plurima eorum, quæ innatant, ſubmergit, cot-
tabia pro præmio accipiebat· Non enim uaſa modo, ſed etiam bra-
uium ipſum, cottabia uocabatur· quod pyramus erat, & alia quæ-
dam huiuſmodi. Cottabizare uero, non dicendum eſt de eo, quod
nunc dicunt· ſed uomere, & inundare, niſi quis ludens ſic æſti-
mare uelit. id quod ab Ariſtophane in Gerytade dictum eſt, Tunc
qui cottabizabant, nunc uero euomunt. *Statim uero, ut uidetur, Forſan
& effundunt, dicetur.

## CAPVT XX, DE DISSOLVENDO CONVIVIVM.

Sed à conuiuio ceſſare, ſympoſium diſſoluere, com
potationem ſedare, potum relinquere, cœnam fi-
nire· Compotores aſſurgere, conſurgere, egredi,
dimitti, & ad lectum conuerti dicitur. Compota-
torijs uero iſtis, nihil prohibet cumulatim ſynony
ma alia addere, & aliàs inuicem his congruentia nomina.

CAPVT

I CAPVT XXI, DE VICINIS.

Vicinos VIcinos porro nominabis, urbi uicinos, conterminos, confines, proximos, adhabitatores, circumhabitatores· et urbes circumhabitãtes· *Vicinas, cohabitantes, adhabitantes, iuxta nos conſtitutos, ſimul habitantes, extra nos agentes, domeſticos, conterminales, commorantes ſimul, propè degentes, eoſdem fines habentes, terminis noſtris accedentes· Propetermini uero, Dithyrambicum eſt.

I CAPVT XXII, DE NASCI, ET CORRVMPI.

FIeri uero, naſcitur dices, & enaſcitur, generatur, ſeminatur, paritur, incipitur, conſtituitur, uiuit, nutritur, enutritur, ſaluatur, floret, et effloreſcit. Sed contrarium eſt, corrumpitur, finitur, perditur, deſinit, perit, obſcuratur, moritur, conſumitur, occiditur, tollitur, abſumitur, trucidatur, diſſoluitur, diffluit, liqueſcit, & his ſimilia.

I CAPVT XXIII, DE POENITENTIA.

POenitentiam uero, etiam curam præpoſteram uocabis, et cognitionem poſteram, recogitationem, conſiderationem, correctionem, emerſionem, receſsionem. Et infinitiui ſunt, pœnitere, pœnitentiam agere, alternare, poſt factũ cognoſcere, recogitare, conſiderare, ratiocinari, corrigere, emergere, recedere, pòſt conſultare, ſententiam repetere, decreta reſcindere, diuerſum decernere, retractare, regnoſcere, diuerſum ſtatuere, & ſimilia.

I CAPVT XXIIII, DE STABILI.

ID uero quod permanens eſt, etiam firmum dices, munitum, fixum, tutum, immutabile, irrecognoſcibile, inſolubile, impermutatum, imperuerſum, quod uerti nequit, pactum, perſtans, immotum, immobile, robuſtum, infractum, & ſimilia.

CAPVT



CAPVT XXV, DE CONSENTIRE, ET CONTRA. I

PRæterea conſentio, dices, et collaudo, ſuffragium addo, conteſtor, obedio, idem ſentio, aſſentio, aſtipulor, confero, idem decerno, annuo, ſuffragor, approbo, faueo· conſentiens, & aſſentiens· Ad idem tendo, adiuuo, calculum addo, idem contendo, & his ſimilia. Sed diuerſa ſunt, contrarior, ſubcontrarior, contradico, contendo, repugno, refragor, ſententia diſto, diſſentio, aliud ſentio, diuerſum ſtatuo, nego, abnego, renuo, recuſo, refragor, auerſor, litem inſtituo, concerto, reſiſto, diſſono, litigo, differo. * Statim uero ad illud quidem, concinere· ad hoc autem, diſſonare referendum eſt. Forſan

CAPVT XXVI, DE GARRVLO. I

GArrulus, nugator, iactabundus, turbulẽtus, indeſinenter loquens, blaterator, uaniloquus, linguæ impotens, lingua laborans, loquax, faſtidioſus, tædioſus, delirus. Garrulitas, nugacitas, immoderata loquacitas, linguæ impotentia· aures obtundens, iniucunditas. Longiloquus, multiloquus, grauis, moleſtus, nugans, lingua ebulliens, lubricus· uerborum inciſor, enecans, tædio aures obturbans· Aes Dodonæum, longiora Iliade loquens, Alcini apologus, lingua irrequietus, obicibus carens, fruſtra linguæ illius dentium ſeptum obiectum eſt· lingua proſiliens, prompta, lubrica, exerta, dentibus prominentior, labiorum tranſiens terminos· Arabica tibia, uanus. Et res ipſa, loquacitas, nugæ, & ſimilia.

CAPVT XXVII, DE LEVI. I

DIces porro, facilis, tranſmutabilis, uerſatilis, uerſu facilis, momentaneus, peruerſus, excidens, transfluens· non in eadem perſiſtens ſententia, uolucris, uentus, uanus, uilis, aura, ſpiritus· Inſtabilis, leuior fluctuum permutatione, fretum, Euripus·

oo infirmus,

*infirmus, inſtabilis, non firmatus, fluctuans, uento leui facilior inclinatu, & ſimilia.*

I **CAPVT XXVIII, DE ADVLATORE.**

*ADulator uero, etiam ſcurra uocetur, cauillator, ſubſannationis plenus, plenus irriſionis, ſubſannator, deceptor, ad placitum ſe præbens, ad decipiendum cohabitans, omnes ſupplantãs, circumueniens, aſſentator, aſſentans, ſeruus, ſeruiens, adulans, ſupra modum aſſentans, ſimulator, ridiculus, diriſor, riſum cõmouens, riſus author, ridẽs, irriſorius· guloſus, uorax, iactator, curioſus, uerſutus, fallens, inſipientiũ uenator, menſæ amicus, hominum imprudentiã expoſcens·* Mimus, *turpium cantilenarũ* Poëta, *turpiloquus, laſciuus, ſeruilis, contumelioſus, ſcommatum inuentor, mordens, mordax·* Et *ſecundum* Recentiores, Paraſitus: Dices *quoq; canis applaudens, adhærens, adiunctus, cibo intentus· helluo, iuuentutis corruptor, adoleſcentiam corrumpens, aſymbolus, ſymbola exhibens, ad riſum omnia dicens, omnia perpatiens.*

I **CAPVT XXIX, DE IRACVNDO.**

*CAeterum iracundus, etiã inſolens dicetur, moleſtus animo, ira immodicus, ad irã aſper, immoderatus, biloſus, iratus, bili præditus· melancholicus, acer, uehemens, amarulentus, difficilis, querulus, crudelis, refragator, terribilis, inexorabilis, immutabilis·* Iniquus *à quo & nomen ipſum,* Iniquitatem *ſcilicet, deriuauit* Demoſthenes: Immanſuetus, *durus, ad iram acer, minitabundus, minax, agreſtis, ferinus· ueneni plenus, ſcorpij morem referens, ſcorpius, quærens cui aculeum infigat, ueſpæ ſimilis, crudelis. Et illa* Platonis, Immitis, Cornupeta, Corniger, Ferreus· *Et illud* Homericum, Implacabilis· *Strictus enim, durum eſt. Sordidius autẽ illud* Herodoti, *Extremè inſaniens; Et illud* Ariſtophanis, Δαμάγροικος, *Comicum nimis eſt.*

CAPVT



**CAPVT XXX, DE CINAEDO.** I

*SEd cinædum uocabis, ſcortum, impurũ, prophanum, catapygonem· de eodem uerò, et muliebris, effœminatus, petulans, turpia committens, turpiloquus, intemperans, mollis, meretricius, ſcortatoria paſſus, cõtumelioſa paſſus, uitiatus, molliculus·* Formæ *uenditor, argento conductus, meretricum cõtribulis, ſcortorũ æmulator, iniuria affectus, excrementũ, uinolentus·* Vir *muliebria admittens, delicatus, animo molli præditus· effœminatus, aut emollitus·* Mulier, *redimitus, animum effœminatum habens, formam habens uendibiliorem promulgatis mercibus, iuuentutem proſtituens, ætatem uendens.* Laccoproctus *autem, durum eſt.* Formæ *propola, reuenditor formæ, pulcherrima proſtituens, & turpiſſima paſſus, corpus deturpans, corpus proſtituens ad turpitudinem·* Meretricibus *impudentior, prophanior, audacior· contumelioſus, accuſandus, uituperandus, & multa huiuſmodi.*

**CAPVT XXXI, VITARVM INFAMIVM NOMINA.** I

*VIuendi uero conditiones, quibus infamis quis reddi poteſt, ſunt· leno, caupo, fructuum propola, fructuum inſtitor, publicanus, decimator, decimarum collector, uigeſimas colligens uel quinquageſimas·* Exactor, *præco, nauta, tabernarius, portitor, leno, ſeruus, coriarius·* Licet *non per omnes artes infamia hæc ſequatur illos, qui meliorem uitæ rationem eligunt· hæ uero uitæ rationes infamiam pariunt, ſi quis forte ipſis inhæreat.*

**CAPVT XXXII, DE TVRBANTE REMPVBLICAM.** I

*CAeterum de turbante rempublicam hæc dici poſſunt, miſcens, commiſcens, turbans, euertens, confundens, cõturbans,* Populi *inſidiator, audax, omnes propellens, agitans, cuncta cõmiſcens, tranſſiliens, inſurgens, irruens, impetuoſus· turbo, uen-*

tus, procella, torrens, inſtabilis, omnes inter ſeſe committens, Populum exuſcitans, irritans, incendens, inflammans, exaſperans, ad factiones impellens, omnes mutuò collidens, turbulentus, turbator· Verſipellis uero, Comicum eſt. Omnia immutans, & tranſponens, ſurſum & deorſum rempublicam commouens, indecorus, effrenis, uerbero, incōſtans. Verum licet Demoſthenes dixerit, Hic uero intus machinatur· neutiquam tamen machinandi uerbum, ego recipio. Dicere præterea aliquis poterit, huiuſmodi urbs non capit, quis hunc ſuſtineret? quis ferret? quis huius ſe uiolentiæ opponeret? Cui ſimile eſt, homo intolerabilis, quid huic infectum? quid quod non audeat? Homo omnia audens, omnia faciens, quiduis dicens, animo uerſutus, ad omnia propenſus, honeſta à turpibus non diſcernens, honeſtum turpi commiſcens, eiuſdem ualoris uirtutem uitiumq; æſtimans· qui turpibus ornatur, ſicut alius honeſtis· Qui iniuſte agēdo honoratur magis, quàm pudefiat· qui auaritia comitur, qui ornamentū ſibi putat auaritiam· Qui facinora ſecundū poſſe metiri, infirmitatē eſſe ducit· cui ſolū quod cupit, pulchrum uidetur· Qui ſolam deceptionē prudentiæ loco habet· qui uſq; parum hoc, quod fecit, æſtimat, reſpectu illius, quod cupit· Cui quod fecit, minus, quàm quod facturus eſt, uidetur· qui ad nullum ſcelus pigreſcit· Qui audere, fortuna contingere opinatur· qui audendo peccans, & ſimile nanciſcens, nihil triſtatur· Cui nihil, propter inexplebilem ſatietatē, ſufficit· qui turpiū rerum facultatem, honeſtam ducit· Qui turpis lucri cauſſa undique arripit, ſed propter pecuniæ ſtudium nihil erogat· cui nihil turpe, quod lucrum parit, uidetur· Qui etiam minima concupiſcit, propter ſorditiem· & ne maximis quidē ſaturatur, propter inſatiabilitatem· Qui omne iam præhenſum, minus illo, quod præhenſurus eſt, æſtimat· qui probitatem quidem, ſtultitiam· rerum uacationem, ignauiam· honoris ſtudium, furorem· prudentiam, puſillanimitatem· & continentiam, mollitiem eſſe ducit· Cui nihil patrare, infirmum eſſe uidetur· qui tanquam nil mali patrans poſtulat, rem uero adeptus peccat· Qui non dantem, hoſtem· dantem uero, ſtupidum eſſe arbitra-





tur· qui ſolos ignotos non offendit. Qui hoſtes damnat, cauſſa timoris· Amicos uero, propter diffidentiam. Qui in amicitia fidem aſſumens, hac ad ſcelerum licentiam abutitur· qui uitiorū gloriam, ceu lucrum, diligit· Qui infamiæ loco ducit, ſi malus exiſtens ignotus ſit· qui ſingulis adulatur, ueluti beneuolus· odit uero, ceu ſceleſtus· Qui aliorum bonis dolet, gaudet uero ſuorū malis· qui inferre iniuriam, & non pati, perinde æſtimat· Qui maximè curat, ut nihil æquale ijs, quæ fecit, ipſe patiatur· quem omnes noti odiunt, & non odientes ignorant· Quem nemo non ignorans, odit· qui cauentes ſibi, timiditatis· credulos uero, ſtultitiæ arguit· Qui danti adulatur, ſed non dantem debito * eum teneri putat· qui ea quæ facit, ferre nequit· & quem ea facere pudet, quæ ferre poſſit· Cuius inſatiabilitatem nō impleuerit is, qui dat· eius uero cōcupiſcentiam is, qui largitur, ignorat· Qui ne maximum quidem ſperare, & ne minimum quidem accipere inhoneſtum ducit· quem nec minimorum pudet, nec maximis ſaturatur· Qui ſic Viros iuramentis, ut Pueros aſtragalis decipiendos eſſe arbitratur· cui hi ſoli, quos nondum læſit, ſapientiores uidentur· Qui nec pati ueretur, nec quicquam facere piget· qui malis uirtutis honorē iuxta ſuum exceſſum proponit, * quapropter prædones, tanq̄ iuſtos celebrari contingit· Propter quem
qui malis ijs, qui ante eum fuerunt, nec cōparationem ullam concedit, à poſteris uero ſuperari nequit. Qui audaciæ delinquendi, non errandi confidentiam coniungit· qui non facinus adgredi, ſed in eo errare turpe ducit· Cui ſolum id, quod non poteſt, turpe uidetur.

## CAPVT XXXIII, DE NON IMPRVDENTER LOQVENTE, & contra. 1

DE eo qui nō imprudenter loqui uidetur, dices hæc· perſpectus, conſultus, conſcriptus, prudens, prouidus, curioſus, compoſitus, operans, adoperans, fatigatus, curator, ſtudioſus, conans, defatigatus, diſpoſitus, apparatus, elaboratus· Orationum ſcriptor, ſurſum & deorſum tranſponens, tranſcribens, poliens, diſpo-

nens, aptans, excolens, ſæpius repetēs, recognoſcens, perpoliens, permundans, emundās, perſcribens, corrigens, eligens, emendans, examinans, iudicans, dijudicans. Et aduerbia, perſpectè, conſulte, curioſe, conſcriptè, curioſe, prouidenter, præmeditate, cōpoſite, elaborate, accurate, difficulter, oratorie. Diſpoſita, cōiuncta, parata, emendata, expolita, aptata, exculta, fabrefacta, emundata, accurata, elaborata, perpolita, electa, correcta, caſtigata, examinata, iudicata. Non ſine cura, nō ſine prouidentia, non ſine cōſyderatione, nō ſine perpenſione· Cum conſonantia, cū examinatione, cum ordine, cū iudicio· cum labore, diligētia, difficultate, emendatione, methodo· & ſimilia. In eum uero, qui ſine cura loqui audet, promptus, facilis, impræmeditatus· Et ut Xenophon inquit in Laconum Republica, Extemporarius· Sed illud nomē Extemporaneū, in Longa nocte Platonis, ſordidum eſt. Inconſyderatus, inemendatus, remiſſus, incurius, indiligens, improuidus, patulus, negligēs, ocioſus, facilis, leuis· ex tempore loquens, ex re uel uſu, utcunq; inciderit, paruo tempore· Omne in buccā ueniens eblaterans, loquax, nugator, garrulus· ex promptu loquens, omne quod incidit. Inconſultus, incircumſpectus, inemēdatus, imparatus, nō paratus· imparata mēte. Et Ἀπαρασκεύως, in Libris De Veritate dixit Xenophon· Impræparatum uero, in Arte Rhetorica: ſed hæc non legitima uidentur. In Proemijs quidem deliberatiuis, apud Demoſthenem, Impræparatius ſcriptum eſt. Inconcinna, indiſcreta, laxa, inelaborata, diſſoluta, diſtātia, impolita, incurioſe ſcripta, impræmeditata· * Mox uero & impræſcriptum dicetur· Hyperides enim hoc alicubi utitur, Impræmeditata dicens· & Impræſcripta, & hoc ſane hic locū habuerit. Et cumulatim, fuſim, temere· omnem uenuſtatem omittens· Prompte, facile, inelaborate· orationes inelaboratas. Sine labore, improuide, negligenter, indiligenter, incurie, inconſyderate, leuiter, nugaciter, inconſulte, incircumſpecte, imprudenter, inemendate, imparatò, illaboratè, indiſcrete, incōcinne. Cum negligentia, ocio, promptitudine, facilitate, leuitate, garrulitate, incōcinnitate· Sed illud in Platonis Legibus, Inconſultatio, mihi non probatur.

Fortaſſe

CAPVT



## CAPVT XXXIIII, DE PAVCA OB IMPOTENTIAM DICENTE. I

SEd in pauca loquentem propter impotentiam, perplexus, ſermone carens, mutus, imparatus, puſillus, breuis, paruus· ramis, pſecas, piſcis, piſce magis mutus, ore afflictus, ore priuatus, lingua contortus, elinguis, difficilis, impotens, infirmus. Et res ipſæ, perplexitas, ſermonis carentia, infantia, puſillanimitas, breuitas, paruitas, linguæ carentia, difficultas, impotentia, infirmitas, & ſimilia his. Atq; aduerbia, perplexim, mutè, infanter, difficulter, impotenter, infirmiter, & ſimilia.

## CAPVT XXXV, DE MVLTA DICENTE, ET INDISCRETA. I

MVltiloquus, pauci loquus, longus, immodice loquens, faſtidioſus, tædioſus, circulator, torrens, lacuna, fex, immoderatus, immoderate loquens, turbulentus, nugax, ore effrenis, linguæ impotens, lubricus, turbator, turbidus, limoſus, os effrene, lingua impotens, longas nugas prædicans, nugator, cauillator· loqui ignorans, & tacere non potens, & his ſimilia.

## DE MVLTA DICENTE CVM efficacia. II

SEd de eo qui cum efficacia, multitudinem uerborum promit, multus, copioſus, fluens, expeditus, cordatus, liber, uiolentus, uehemens, attrahens, compellens, transferens· fontes quoſdam emittens, imber, nix, fluuius, denſus, continuus, * immunis, latus, profundè fluens, expeditus· Poſtquam os ſoluerit, ubi ſermones effuderit, ut linguam dimiſerit, poſtquam effuderit uocem· quis ferat uerborum ſuorum impetum? conſilium, fluxum, & uocis fluctum? ſpiritum, tonum, frequentiam, inundationem, uehementiam, uim, robur, clamorem, copiam, uerborum multitudinem, magnanimitatem, claritatem uocis, animi celſitudinem, ſplendorem, uerborum magnificentiam, uocis uenuſtatem, ſermonū fluctus,

ſacer

ctus, turbam uocis? Quis hic tam copioſe fluens fluuius? quis hic
impetus? Pamiſus, Achelous, Oceanus, Nilus, Iſter.

## III DE PAVCA DICENTE, ET diſcrete.

IN pauca uero cum iudicio quodam dicentem, breuis, breuilo-
quus, conciſus, ſufficiens, diſtincte dicens, manifeſtus, aptus, i-
doneus, continuus, perfecte loquens· mente magis, quàm uerbis a-
bundans· Purus, excultus, diligens, accuratus, cõſtrictus, emenda-
tus, examinatus, iudicatus · breuibus uerbis multum ſenſus com-
præhendens· Non tam loqui, quàm clare docere peritus· non aures
tantum demulcens · Prudentiæ magis, quàm uerborum copia gau-
dens. Et res ipſæ, celeritas dictionis, conciſio, ſufficientia, breuilo-
quium, claritas, uocis diſtinctio, ſermonis concinnitas, dicendi ar-
ticulatim facultas· prudentiæ magis, quàm uerborũ copia· Diligen
tia, examen, iudicium. Et aduerbia, celeriter, conciſim, ſufficien-
ter, breuiter, clare, conſtrictim, articulate, prudenter, diligenter,
pure, emendate, correcte, exculte, diſcrete· pauca quidem, ſed ar-
gute admodum.

## I CAPVT XXXVI, NOMINA CRIMINVM, DE QVIBVS IVDICIA habentur, & accuſationes.

FVr, murorum effractor, ſepulchrorum effoſſor,
ſaccularius, adulter, homicida, graſſator, ſacrile-
armorum gus, proditor. *rhipſaſpis· de hoc autem Plato di-
abiector cit, quod Rhipſaſpis, nõ de omnibus proprie dica-
tur, ſed arma proijciens· Ariſtophanes tamen Ri-
pſaſpẽ uocat. Transfuga, ocioſus, ingratus, impius, timidus, imbel-
lis, militiæ deſertor, tyrãnus, plagiarius, ueneficus, uenefica· Mune
ra accipiẽs, prædo, pirata, ſcortator, parricida, matricida, uiolen-
tus, iniurioſus, obtrectator, ſycophanta & alia his ſimilia, quæ no
tiſsima ſunt. Quæ uero non nominibus, ſed participijs effari poſſu
mus· tyrannidem affectãs, rempublicã laxans, ut Populũ diſſoluat
conãs, Iudicia corrumpens, Populũ decipiens, Senatũ, aut Iudicia.





teſtimonia falſa enuncians· Nam Teſtes mendaces, à Critia dicti
ſunt, et Teſtis falſus· Neſcio tamen, nũ idem et Falſa teſtari dicat.
Et Demoſthenes, Falſa teſtor, dixit. Liberũ uendens, delinquẽs, na
uim relinquẽs, fœdera tranſgrediens, & ſimilia. Tum & alia crimi
na ſunt, quorũ Reos nominare nõ poſſumus· uitij, iniuriarum, repu
dij, diſsidij, derelictionis, male obitæ legationis. deiectionis fru-
menti, aut fructuum· deſerti teſtimonij, ordinis derelicti, nauis de-
relictæ, belli, probibitionis, malæ conſuetudinis, uitæ malè actæ,
uerberum, contumeliæ, delationis, inſidiarum, popularitatis diſſo-
lutionis, publicarum iniuriarum, munerum corruptelæ, iniuſtè uſæ
ciuitatis, falſæ ſubſcriptionis, falſi patrocinij, defectionis, contra
legis uſi iuris ciuilis. Deſerti uadimonij iudicium ſubire, quod depo
ſitum eſt occupare, auferre, deſciſcere, uulnerare· et in his partici
pijs uti, neceſſe nõ eſt· & ſimilia. * Alia porro, eiuſdẽ formæ ſunt·
obiectio delicti, conſtitutio actionis, congreſſus copiarum, calum
nia peccati, intentio facinoris, intenſio mulctæ, illatio actionis, im
miſsio uirium, effuſio argumentorũ, adaptatio cauſæ, Reorum in-
troductio, dilatio ſumptuum, tranſmutatio ſcelerum · Similiter &
hæc, coronarum promulgatio· proclamatio pœnarum, & præco-
niorum· Conſtitutiones ſtatuarum, athletarũ promulgatio, decre-
torum recitatio, cõſilium Virorum, inuentio oraculorum, uitæ in-
ſtitutio, Iudicij prouocatio, conſtitutio actionis· deſertio Iudicij, ex
poſtulatio pœnæ, retributio cauſæ, obteſtatio Legatorum· Vadimo
nium debitoris, inquiſitio orphani, locatio domus, interceſsio Viri,
perſolutio Iudicij· transfugium militiæ, diſceſsio è nauibus· Verbo-
rum compoſitio, criminum narratio, malorum requies, demonſtra-
tio criminis· abdicatio Liberorum, medela morborũ, promiſsio gra-
tiæ, furor animi, ſtudium ſapientiæ, defectio ſubditorum, confuſio
reipublicæ, inuentio rerum, conſideratio defenſionum, aggreſsio
audaciæ, mixtio temporum, delectatio auditus, deliberatio populi·
Habitus, & ſpecies cõtrectationis habitus armorum, conſiliũ cæ-
dis, cura negociorum, indicatio ſcelerum · Compræhenſio facto-
rum, indiſpoſitio tributorum, appræhenſio fortunæ, repræhenſio

animi, delectus præſidij, transfugium defectionis, et multa alia huius generis. Tum & illa eiuſdem formæ ſunt, ſignum, exemplum, conſilium, intentio, cogitatio, æmulatio, conſideratio, inceſſus, ſagittatio, paradigma· temeritas, conſultatio, motus, damnatio, mulcta, taxatio, error, lapſus, ſtupor, carcer, fluctus, unda· Sententia, caſtigatio· lucrum, confuſio, uenatura, conſilium, ſycophãtia, dedecus, obſtinatia, quæſtus, defectus, inſcitia, præconium, uulnus, iaculum, infortunium, morbus, infirmitas, pactum, ſtudium, deſiderium, iniquitas, ſupplementum, maleficium, præda, mendacium, fallacia, ſtatua, impietas, murorum effoßio, impudentia, aggreßio, impetus, conuitium, defenſio, uaticinium, officium, inſtitutio, fremitus, iactantia, arrogantia, facinus inſolentiæ plenum, concentus, paßio, labor, combuſtio, figura, cinctura, coniugatio, ſtudium, uultus, aſpectus, anhelitus, ſpiritus, nouarum rerum ſtudium, facinus audax, infamia, oppugnatio, machinatio, depoſitum, exornatio, coronatio, cupediæ, certamen, generatio, diſciplina, nutrimentum, doctrina, memoraculum, memoriale, agricolatio, textura, crimen, auditio, ſcoria, ædificium, ruptura, impetus, aggreßio, luxatio, anathema, periculum, beneficium, communicatio, quæſtio, dolus, conſcriptio, munimentũ, eduliũ, cibus, potus, potio, condimentũ, delectamentũ, toreuma, malitia, cantio, lamentationes, perluſtrationes, flagra, lapſus, errores, uaſa argentea, edulia, ſuffimenta, coniurationes, nocumenta· rabulæ. Verſutiæ, callis, gradus, obſtacula, refugia· Et ut Demoſthenes, Quæſtiones, Controuerſiæ· Et plenus huiuſmodi uerborũ, uſus quotidianus eſt. Aeſtimationem uero, Plato dixit, & Reiectamentum· Antiphon autem, Deſiderium, Iudicium, Munimentum, Salſamentum: Sed comma, morbus cum capitis grauedine ſomnus obrepit, non mihi probatur· ſicuti nec curſitatio, nec ploratio, neq; illud apud Hyperidem, Impudentia:

CAPVT



## CAPVT XXXVII, COMPOSITA EX ὉΜΟ. I

QVæ autem à particula ὁμο compoſita dicuntur, hæc ſunt· Confœderatus, Cõuictor, Conſodalis, eoſdem mores habens, conſeruus, concors, conſonans, eadem lingua loquens, commenſalis· Contribulis, popularis, domeſticus, cohonoratus, eiuſdem artis operarius, contubernalis, conuiuens, conſentiens, eadem Matre natus, Frater germanus, cognominatus, concolor, ſuffragator, eiuſdem religionis cultor, Frater uterinus, eodem Patre genitus, Conſanguineus, cogenitus, cõformis· unanimiter, conſenſus· Conſentiens uero, & durum eſt, & ſordidum. Sed connutritum, Dinarchus dixit· & Plato, Conueniens, et Coniugem· Et Thucydides, Simili armorum genere inſtructum· Tum & cõſonantem dices, Platone dicente Conſonantiã: Collactanei uero, Atticorum proprium eſt. Contentũ iiſdem limitibus, apud Solonem· quod durum eſt. Euripide uero eos, qui pilos ſimiles habent, ὁμοπτέρους nominante· Strattis eo nomine Coætaneos appellauit.

## COMPOSITA EX ΣΥΝ. II

SEd à particula σὺν, hæc compoſita deriuantur· collegium, compoſitus, congreſſus, conuocatus, * eiuſdem cœtus exiſtens, Conſiliarius, Conuiua, cõuiuia, cõpotor, collector, Commilito, conſeſſor, Contubernalis, Coimperator, conſentiens, connutritus, commenſalis, riualis, connauigans, cooperarius, Cognatus, concertator, conferens, ſimul curioſus, collibans, coniuratus· Collegæ, conſcij· coniurans, conſpectator, conterminus, conniuens, coimperans, ſimul uenans, unà equitans, biga, ſimul terram colens, ſimul canes agens, furta cõmunicans, aßiſtens, comes, Conuictor, conſpirator, Coniunx, particeps, & ſimilia. Et conſpiratio, commenſuratio, conſonantia, cõcentus, fœderũ confuſio· Spectationem uero communem, & Prædationem, et Concubitum, dixit Ariſtophanes· dixit etiam Vites ſimul ſtantes, Comitem, & Compoſitionem: Inter hæc & caſus referri poterit. Platon uero, e-

[Margin: * ſimul concionans]

pp 2 tiam

tiam Condiſcipulos uocauit, & Compendium, uel Taxationem familiaritatis: Sed Eupolis, Cōuictores, Cohabitatores, et Coæta nei. Dinarchus uero, Corriualem, Conſenatorem, & Conſiliarium. Comici autem, συγκηδεστὴν: * Sed Συγκηδεσταὶ ſunt Matris, & Vxoris Parentes. * Cæterum uerba, rerum nomina, et aduerbia ex his deducta, cuiuis uolenti facile erit pronunciare.

III COMPOSITA EX ΗΜΙ.

EX ἡμι porro hæc componuntur, ſemifurioſus, ſemidoctus, ſemiplenum, ſemirepletum, ſemiimpletum, ſemiuacuum, ſemimedimnus, ſemimalus, ſemiſectū, ſemicomeſum, ſemidrachma, ſemiobulus, ſemiſextarius. Et Semiſextarium, apud Ariſtophanem: Semichœnix, ſemibarbatum, mulus, ſemifactum, ſemiperfectum, ſemifractum, ſemidictum, ſemimunitū, ſemiuſtum. ſemiaſſata, ſemicocta, ſemiperfecta, ſemicomeſa. Semicrania, ſemipars, ſemimortuus, ſemiebrius, ſemitenſus, ſemitalentum, ſeminudus, ſemideus, ſemiſors. ἡμίλωτοι uero, dixit Cratinus, & Philelius: Semiplicatum. Et Crates, ſemipiſtum. Et Semiphoſorium, Ariſtophanes. Et Tibiam imperfectā, Aeſchylus. Atq; Semimalum, Euclides dicit, & Sophocles. Ariſtophanes uero, etiam Semimale: Et Dinarchus, Semipes. Semiauratus uero, Anaxandrides. Tum & illa Menandri, Seminatum, & Semiſcriptum, tolerabilia ſunt. Sed Semimoleſtum, omnino malum eſt.

IIII COMPOSITA A ΠΑΝ.

EX πὰν porro compoſita ſunt, perpulcher, permalus, uerſutus, uulgaris. atq; perpulchrè, & permale. Et ut Platon dixit, Perpulchra: Perpulchrum, perantiquum, permagnum, ingens, repletum, permultum, perlongum, omnino uarium, miſcellaneum, uarium, concinnum, plenilunium, totum inquinatum. pernicioſus, temerarius. Perpollutum, permalum, ſapientiſſimum, perfectum, pergraue, præclarum. Et illa Thucydidis, Omnium perditio, Publicè, Omni cum impetu. Sed & πανσυδὶ ſcribitur. Tota domus, omnis conatus, omnium conuiuium. Et hæc Platonis, Prædiues, Perparuus, Perexiguus, Nundinæ: Dices quoq; omniiugum, omni cum



ni cum exercitu, perturpe, omnium conſitio. Antiphon etiam, Tota familia expelli dixit. Publicum conuiuium, fructuum omnium confuſio, panoplia, tota die permanens. Pernoctans. quem Cratinus, * πανδύσφρονα uocauit. Caupo, cauponaria. Et ſecundum 13 Cratinum, Optima: Et Ariſtophanes, Tota gibboſa olea: Tum etiam Panathenæa feſta, Panolia, Panætolia, Pambiotia, Pandia, * Panionia, & ſimilia hiſce. Panonia

COMPOSITA EX ΠΑΛΙΝ. V

CAeterum ex πάλιν ſunt, uerſutus, reuenditus, reuenditor, inuerſus, tetricus. Sicuti uero Retrofugus, Poëticum eſt. ſic reflexū, & retenſum, durum eſt. Dinarchus autem, reproditor dixit. παλίμπηγα uero Comici uocarunt ueteres ſoleas. & Corio reſarcita. & Repetitum Reum, qui ſæpius in iudicium citatus eſt. & παλίγγλωσσον, pro male loquente.

COMPOSITA EX ΤΡΙ. VI

EX τρι uero componuntur, triplex, tridrachma, trium librarum, trium talentorum, chlamys tres ſtateres æquiualens, triens, præceps, Satelles regius in Choro, ex tertia generatione ſeruus, tertius aſſiſtens, ter honoratum, hiſtrio tertias Fabulæ partes agens, triremis, ter arata terra. Sed Ter inundatus, dixit Ariſtophanes: Deſpuendus, Trittyorum feſtorum Præſes. Iam olim. Τριπέρυσιν enim, aliquanto durius eſt. Ter infœlix, & alia huiuſmodi.

COMPOSITA EX ΦΙΛΟ. VII

EX φιλο præterea hæc compoſita extant, ciuitatis amator, popularis, militiæ deditus, affabilis, contentioſus, Philoſophus, honeſti indagator, ſociorum amans, Barbarorum ſtudioſus, Græciæ amator, loquendi ſtudioſus, audiendi cupidus, Athenarū amans, auarus, auri ſtudioſus, argenti amans, uinolentus, potandi cupidus, controuerſus, Dei amator, uerax, operoſus, bellicoſus, querulus, periculorum amplexator, laborioſus, prodigus, tyranni amans, conuicijs ſtudens, riſus amator, humanus, lucri ſtudioſus, munerum amans, Puerorum amator, Liberorum cupidus, indulgens

gens, Muſas proſequens, corpulentus, animæ amans, hoſpites fouens, diuitijs ſtudens, ſomnolentus, prædæ auidus, uenaticus, agriculturæ amator· loci amans, loci amor, fortaſsis & loci amator· Artis ſtudium, artis ſtudioſus. Ariſtophanes uero, Officioſum ſermonem dixit. Sed Ariſtomenes Comicus, Audiendi ſtudioſus, primus dixit. Ambitio, & ex hac ambitioſus. Poëtæ autem φιλόσροφον uocarunt, inconſtantem· & Dinarchus, Nequam· aut ut Philonides, Faſtidioſum: Cæterum in fine, Amandi uerbum, habet nomen Theophilus: Sed & Mulierum amator, in Generationibus Muſarum Polyzeli, non omnino intolerandum eſt. Peregrinandi ſtudioſus, ſcommatum amans, delator, litigioſus· Sed Alexis, etiam Litigatorem uocauit. Venationum amator, mulieroſus, inimicitiarum amans· Spectaculorum cupidus· quem & Contemplatiuum Alexis nominauit. Miſericors, aleator, equorum amans· beneuolentia, & ab hac beneuolus.

VIII COMPOSITA EX KAKO.

TVm ex κακῶ compoſita ſunt, infœlix, maleficus, maledicus, conuiciator· Iniquus, ut Hyperides: Male uiuens, malus conſultor· Malignus, ſecundum Antiphontem: Maleuolẽtia, & ex hoc deriuetur maleuolus, malus, & male pereat.

IX COMPOSITA CVM ΠΟΛΥ.

EX πολὺ componuntur hæc, curioſus, multiloquus, multa audiẽs, multa uidẽs, ſonorus, prædiligẽs, multimanus, multilinguis, multas linguas doctus, famoſus, uerſutus, laborioſus, multum * erratus, multũ peregrinatus, animoſus, uarias facies habẽs, pecunioſus, auro abundans, copioſus, corpulentus, multiſcius, multa poßidens, argento multo præditus, ære abundans, locuples, uinoſus, edax, potor, hominum frequentia ſtipatus, pecoroſus, ouibus ditatus, ſeruos plures habẽs, multos Viros poßidẽs, Mulieribus abundans, Pueros habens multos, multipes, Fratribus multis præditus, peruius, arboribus cõſitus, uaria materia cõſtitutus, aquoſus, ligno abundans, ſcommatis plenus, opiparus, precioſus, multiformis, multiiugus, uarius, uarijs floribus ornatus, uaria ſpecie præditus.

* uagatus

COM-



COMPOSITA CVM ΜΙΣΟ. X

SEd à μισο componuntur, Populi oſor, oſor ciuitatis, ſermonis oſor, malorum exoſor, opera odiens, hominum oſor, Deorum oſor, Mulierum contemptor, Liberorum exoſor, equos inuiſos habens, uenationis fugiens· Philippi oſor, Alexandri inimicus, Athenienſium exoſor, Tyranni oſor, Amicorum oſor, incomis, inhoſpitalis, Barbarorum contemptor, Græciæ abominator, peregrinandi oſor. Et Oſor Perſarũ, ſecundum Xenophontem· et his ſimilia.

COMPOSITA CVM ΜΕΓΑΛΟ. XI

CAeterum ex μεγαλο, magnificus, iactabundus, magna operans, magna mercede conductus, magna prudentia præditus, magnanimus, animum excelſum habens, audacior, clamoſus, Ciuis ſplendidus, opulentus, munificus, iactator, magna meditans, & ſimilia.

COMPOSITA AB ΙΣΟ. XII

AB ισο autem cõpoſita, æqualiter diſtributus, æquali Ciuiũ iure fruens, eiuſdem honoris, æqualis Ciuis· ciuitatis æquale ius, ex æquo loquens. Loquendi æqualitas, æquilibrium, commenſuratum, æquiplenum, æque longum, æque magnũ, labra æquans, planum, numeri eiuſdem exiſtens, æqualis diuiſio, æqualis partitio, æquiualentia. Aequales luctatores, æquiualentes, conſentientes, æqualiter currentes, Coniuges. Sed Archippus Comicus etiã, Ex æquo auratum dixit. Sed Aequaliter mortuum, quo Sophocles in Creuſa uſus eſt, non omnino durum.

DE HIS QVAE FORMAM EANdem habent. XIII

SVnt porro forma dictionis ſimilia, nõ idem quid ſignificantia, ſed quæ ſpecie idem uidentur· ut, proſa oratione loqui, collectim aceruare, de optimis eligere, copioſe recenſere, pedibus ſublimibus cõſidere, intenſe currere, compræhenſim dicere, erecte pugnare, multũ edere, reuerenter mulcere, ſparſim conſiſtere, impetuoſe ferre, temere admonere, profuſim cõſumere, propè impellere propinquè nubere. Sed inaniter, et fuſim, neſcio, nũ recipiẽda ſint.

CAPVT

I CAPVT XXXVIII, DE REFVGIO.

IDem ſunt, refugium, aufugium, diſceſſus, receſſio, diceſſio. Aufugere, refugere, auferre, recedere, diſcedere· ſed etiam recurrere, de eodem dicitur.

CAPVT XXXIX, DE DELICIARI.

I

SImiliter idem ſunt, deliciari, ſuauiter uiuere, Genio indulgere, enutriri, intemperantē eſſe et guloſum, uoluptuari. Foueri porro, & Coturniſſare, Comica licet ſint, mihi tamen non pro optimis probantur· Tum & ſub umbraculis reſidere, durum eſt· uſitatum autem fuerit, ſi quis deflectat. Et res ipſæ, deliciæ, lautitiæ· ſuauitas, intēperantia, uoluptas, uita umbratilis. Qui uero in umbraculis nutriuntur, umbranutriti nominantur. Et participia quidem extant ab omnibus, nomina uero à nullo, niſi uoluptuarius· fortaſſis tamen & delicatus. Aduerbium autem delicatè, & intemperanter· Sed uoluptuarie, durum.

I CAPVT XL, DE LARGITIONE.

DE eodem quoq; dicetur, largitio, præmium, brauium, munus, merces, preciū. Proprie tamen Medici ſunt, ſaluatoria, ſalutaria, & medicinalia· Et Puerorum Inſtitutoris, doctrinalia, inſtitutoria. Militis, opima, uictorialia, triumphalia· Quemadmodum Athletæ forſitan, ſunt brauia. Et Manuarij Artificis, precia. Et Nuncij, euangelia. Portantis aliquid, portatoria. Benefactoris, retributoria. Indicis, indicialia. Nutritoris, nutritoria. Dices porro, largiri, ſoluere, donare· Xenophon uero, etiam Condonare dixit· De his autem, reſpondere, uel retribuere dicetur. Sed retributio, ambiguum eſt· extat tamen hoc, apud Archilochum, & Euripidem in Oreſte: Cæterum Homericum illud, Tuum uero retributione dignum eſt· & illud Platonis in Sympoſio, quodammodo incertum eſt.

CAPVT



CAPVT XLI, DE FVRENTE AD VENEREM.

SEd qui in Venerem furit, laſciuus dicatur, & petulans, ſalax, et laſciuiens, præ Venere ægrotās, intemperans, immoderatus, leno, lenonibus cohabitans· Scortator, ſic enim Comici cum ſcortis cōmorantes uocauerūt. Ad uoluptates effuſus, in Mulieres inſaniēs, meretricibus cōuiuens, meretricius, circa meretricum fores aſſiduus, intemperans, effrenis· in lupanari uiuens, in proſtibulis, in popinationibus· In fornicibus, niſi Poëticum nimis fuerit. Vocatur etiam, uehementer amans, deperiens, amore laborans, amore inſaniēs, et amando furens· Tum et miſerè amans, impudice amans· quem Comici, Stupratorē uocarunt· & Coëuntem eam, quæ ſalax eſt· Hanc uero, non meretricem modò· ſed & ſcortum, humi iacentem, laſciuam, intemperantem, impudicā, facilem, promptam, paratam, & adulteram nuncuparunt· Sed rem ipſam, laſciuiam, petulantiam, intemperantiam, facilitatem, promptitudinem, ſalacitatem, ſcortationem, fornicationem, & coitum.

CAPVT XLII, DE RHETORE CORRVPTO, ET MVMERIBVS.

RHetor munerū ſuſceptor, muneribus corruptus, uiolatus, perditus· pro mercede orans, pro argento· Pecuniarum cauſa in republica uerſans, accipiendi uoluntatem habens, ad largientem propenſus, omni danti mercede addictus, mercenarius, mercedem auferens, mercedis ſuſceptor, mercede conductus, mercede ſeruiens, ad argentum attentior, ad opes inclinatus, manum prædæ ſupponens, uenditus, reuenditus, conductus, uocem uendens, elocans, uendens, proſtituens, promulgans, mercedi addicens, lucro fœlicitatem metiens, lucricupidus, turpis lucri ſtudioſus. Et res ipſæ ſunt manifeſtæ, utpote munerum acceptio, Iudicis uiolatio, corruptela, mercimonia, mercenaria, uenditio, locatio, mercedis ſolutio, proſtitutio, lucri amor, turpis lucri ſtudium

dium. Cæterum contrarius dicitur, muneribus carens, munerum contemptor, incorruptus, non mercenarius, corrumpi neſciens, argenti ſpretor, inuendibilis, liber, lucro ſuperior, argentum negligens· lucro non diſtractus, nec aggrauatus.

I CAPVT XLIII, DE OCCIDENDO.

IDem porro ſunt, occidere, cædere, interficere, perimere, ſuſtollere, trucidare, mactare, obtruncare, dolo perimere, cæde contaminare· Thucydides uero, & Mactauit, dixit. Leto dare, mortē inferre· & ſimilia. Nomina autem, homicida, cæſor, occiſor, mactator, cæde pollutus· et ſimilia· Sed ab his, & participia deriuantur. Mactator uero, apud Sophoclem, etiam pro enſe ponitur. Cæterum res ſunt, peremptio, cædes, mactatio, cædis pollutio, homicidium. Et aduerbium unum, occiſorie.

I CAPVT XLIIII, DE REPENTE.

IDem præterea ſunt, repente, de repente, improuiſò, repentinum, repentine· In eadem uero ſignificatione & expectatè utendum eſt· Tum etiam inſperatò, & ex inopinato, & ex inſperato.

I CAPVT XLV, DE EO QVOD EST EXCEDERE.

IDem quoq; ſunt, ſuccedere, excedere, abire, ſolum mutare, clam diſcedere, deſiſtere, deſciſcere, furto aut clam ſe ſubducere, clancularie aufugere· Tum & huc fortaſſe referri poterunt, ſpargi, diſpargi, diſsipari· aut ut Xenophon inquit, Diſijci· aut Differri, ſecundum Critiam:

I CAPVT XLVI, DE CLAM DEPONENDO.

ATque deponere clam ſeipſum, aut quæ ſua ſunt, et illorum partem, quantū in illis eſt, quod iuxta ipſa eſt, quod ad hos pertinet, quod in ipſis. Critias uero alicubi dicit, Propter hoc, * In debito teneri,
Ad
& his ſimilia.

CAPVT



CAPVT XLVII, DE SVBSTANTIA. I

DIces inſuper, ſubſtantia, ſors, poſſeſsio, res, diuitiæ, uictus, opes, opulentia, copia, bonorum poſſeſsio, multorum poſſeſsio, poſſeſsiones fructiferæ, exiſtentia, ſubſtantiæ. Diues, opulentus, locuples, opulentus, magnarum opum Dominus, argento abundans· Bene uiuens, ut Antiphon inquit, & Splendide uictitans. Plato uero, diuitem eſſe, etiam εὐχρημονεῖν uocauit, et Pecunijs abundare· &, Pauperem eſſe: hoc uero, etiam Egere, Mendicare, Mercede ſeruire, Mercenariū eſſe, Corrogare undiq;, Rogare: Sed & idem ſunt, pauper, indigus, pecunijs carens, nihil poſsidens, ſortem non habens, egenter uictitans, in egeſtate uiuens, in paupertate conſtitutus, egens· Ex quibus ſunt, paupertas, ſortis carentia, indigentia, pecuniarum defectus, pauperies, egeſtas, deficientia, defectus, deceſſus. Proprie autem diuites, pingues, honorificos, Optimates, pauciores, optimos, et Equites nominauerūt· pauperes uero, uulgus, * populares, Populum. Nonnulli quoq; paupe- plebeios
rem, mendicum· et mendicitatem, pro pauperie dixerunt: Alij uero ſic agentem, nudum, & * λείριον nuncupauerunt. lilium

CAPVT XLVIII, DE CIVITATIBVS EXTERIS.

EXteros uero nominabis, extraneos, ultra terminos conſtitutos. Peregrinus, alienus, tranſmarinus, * colonus
ἐπισολιμαῖος, & alienigena· Et iuxta accuſatiuum pluralem eodem modo dicimus, alienigenas Viros, uires, bella, & ſimilia.

CAPVT XLIX, DE RISV, ET FLENDO.

RIſus dices, & μειδιασμὸς, & cætera· oculorum hilaritas, faciei remiſsio, cachinnus· Et in alia ſignificatione, ſubſannatio, ſanna, deriſio· Ridere, ſubridere, arridere, uultum remittere, oculos exhilarare, cachinnari, ſannare, ſubſannare, naſo ſu

 ſpendere,

ſpendere, explodere, deridere, inſultare, arridere. Riſus ingens, riſus Sardonius, riſus effuſus. Apud Platonem, Riſibilis· Sic enim hominem definiunt, quod ſolus ex omnibus animalibus rideat. Subſannator, ſubſannatus· Deriſorie, ſubſannatoriè· aduerbia enim ab alijs deducta, non recipio. *Statim uero, eiuſdem uſurpationis fuerint, deludere, cauillari, carpere, ſuggillare, mordere· cauillator, ſuggillator, mordax· Ridiculus enim, riſum mouere, & ridiculè, aliud ſignificant· quemadmodum & deriſus· Et apud Poëtas, Maris arriſio: Cæterũ flere dices, & deflere, deplorare· et alia infinita, utpote lachrymare, lachrymas fundere, eiulare, lugere, plangere, lamentari, animo moleſtari, eiulatum concitare, triſtari, ſingultire, lachrymando obteſtari, miſeria affligi. Et ploratus, lachryma, planctus, lamentationes, luctus, deploratio, fletus, ſingultus, & eiulatus. Obteſtatio uero, durum eſt· & animi moleſtia, ſordidum· Sed ad lachrymas pronus, lachrymabilis, lugubris, lamentator, threnorum cantor, threnorũ Author· Et Threnodus, quem & Threnum uocarunt. Aduerbia autem, nõ ab omnibus deriuantur, ſed lugubriter. Dices inſuper, muliebre genus, eſt lugubre, lachrymabile, lamentatorium, & deploratum. Forſan.

## CAPVT L, DE NOMINE.

DIces autem, nomen, uocabulum, appellatio, adnominatio, cognominatio, uocatio· cognomentò, nuncupatio, nominatio. Et uerba infinitiua, nominare, cognominare, uocare, appellare.

## CAPVT LI, DE OPPORTVNO, ET IMPORTVNO.

OPportunum uero uocabis, & idem commodum· in tempore exiſtens, in occaſione, in tempore, iuxta occaſionem, opportunè, cum occaſione, cõmodè, cum opportunitate. Et Opportunitas, ſecundũ Platonem: Et contraria nota ſunt, importunum, præter tempus, importunitas, importunè· Hinc uero, occaſionẽ obſeruare, & occaſionem dixerunt. Dicere quoq; licet, coniecturale,





perſpicuum, accidens, contingens, fortunatum, certum, tutum· tum etiam indeflexum· Sicuti huius contrariũ, incertum, indepræhenſibile, infortunatũ, infœlix, erratile, lubricum. Tum etiam depræhendendi ſolertiã dices, & accidentiam, & ſucceſsionem, incertitudinem, malũ ſucceſſum, errorẽ, infortunium· nõ tamen contemplationem· Atq; coniecturaliter, certò, accidenter, contingenter, certò, conſtanter, indeflexe, indepræhenſibiliter, incertò, incontingenter, infœliciter, erratice, incõſtanter, lubrice, et ſimilia.

## *CAPVT LII, DE MANIFESTO, ET OBSCVRO. I

DIces præterea, clarum, præclarum, manifeſtum, propatulum, præmanifeſtũ, apparens, eluceſcens, proſpicuum, circumſpicuum, conſpicuum, apertum, notum, prædicatum, peruulgatum, euulgatum, uulgatum· Sæpius dictum, ſecundum Xenophontem: & his ſimilia. Sed Αειδήλον, Poëticum eſt. Huc autem conuenient, propalatum, effutitum, elatum, diuulgatum, proclamatum, enunciatum, promulgatum. Et uerba infinitiua, manifeſtare, effutire, declarare, notum facere, uulgare, prædicare, promulgare, eloqui, proclamare, euulgare, enunciare, propalare, indicare· *ſtatim etiam detegere, promere, & retegere. Et manifeſte, clare, propatulò, præmanifeſte· Καταδήλως enim, et δήλως, ſordida ſunt. Sed præclare, apparenter, cõſpicue, circumſpicue, note, aperte, effutitim, detecte, incuſtodite, peruulgate, uulgate· Ἐκλελεγμένως enim, durum eſt. Sed & enunciatè, proclamate, promulgate, et ſimilia· Propalatim enim, inuſitatum eſt. Ab alijs uero *ſiunt, detectim. Tum etiam manifeſtatio, indicatio, apparẽtia, cognitio, claritas, rumor, indicium· Exclamatio enim, durum eſt· Ab alijs uero rerum uocabula, aut nulla ſunt, aut omnino diuerſum ſignificant. Sed his quoq; coniunges, diuulgatim, propalatim, & confeſſo. Cæterum contraria ſunt, immanifeſtum, inapparens, incertum, incognitum, non indicatum, non effutitum, clauſum, non prædicatum, tacitum, obumbratum, non elatum, contectum, occultum, occulta-

forſan

fit

*tum, abſconditum, ignotum, latens, abſconſum, ſub uelo exiſtens. Sed non manifeſtare, dices occulere, occultare, occultari, contegi, conticere, obtegere, latere, ignorare, obumbrare, contegere, abſcondere, reprimere, obuelare, & his ſimilia. Et aduerbia quoque, immanifeſte, inclare, inapparenter, incognitò, non indicatò, non promulgatim, occulte, latenter, clam, cuſtodioſè. Sed ſi lenter, eſt durum. Et quæ ab alijs deriuantur, ea aut dura, aut ſordida ſunt.*

LIBRI SEXTI FINIS.

IVLII



# IVLII POLLVCIS, DICTIONARII LIBER SEPTIMVS.

## IVLIVS POLLVX, COMMODO CAESARI S.

HViuſmodi cōponentem Librū, non modò multis proſis, & carmine ſcriptis Sermonibus frequenter conuerſari oportet, ut Plato in Poëmatis, & alibi copioſe tradit. ſed & diſpoſitionis aliquem habitum induere, & diſſimilibus ſimilitudinem inducere. inſuper & ingenij ſolertiam ad examinandi iudicium adhibere, neceſſe eſt. Quapropter collaboratorem huic Operi adhibere potui neminem, nullum enim cui reuera confidam, habeo. & huic meum omnino adeſſe iudicium oporteret.

CAPITA LIBRI SEPTIMI.


| | | |
|---|---|---|
| *IN ſunt huic Libro, de artibus forenſibus.* | Cap. | I |
| *De nominibus à uendendo ductis.* | Cap. | II |
| *De rerum ſingularum uenditoribus* | Cap. | III |
| *De ciborum artibus, eorum uaſis, & operibus.* | Cap. | IIII |
| *De Piſtoribus* | Cap. | V |
| *De carniuendis.* | Cap. | VI |
| *De piſcium uenditoribus* | Cap. | VII |
| *De ſalſamentarijs* | Cap. | VIII |


De la-

De lanarum uenditoribus Cap. IX
Quæcunq; circa lanificium, & texturam ſunt nomina, & inſtrumenta Cap. X
Omnia quæ à ueſtium lotione nomina dicuntur, & inſtrumenta Cap. XI
Nomina à ueſtibus Cap. XII
Veſtium ſpecies Cap. XIII
Veſtium partes Cap XIIII
De coriaceis ueſtibus Cap. XV
De ueſtibus lineis, & amorginis Cap. XVI
De byſsinis ueſtibus, & his ſimilibus Cap. XVII
De ueſtium uenditoribus Cap. XVIII
Vaſa ueſtium Cap. XIX
De corij apparatoribus. Cap. XX
Coriariorum opera, & inſtrumenta Cap. XXI
Calceorum ſpecies, & formæ Cap. XXII
De metallis, metalli foſſoribus, & horum inſtrumentis. Cap. XXIII
Quæcunque ab auro, argento, ære, & ferro deducuntur nomina Cap. XXIIII
De ligniſecis, ligni uectoribus, et carbonarijs Cap. XXV
Fabrorum opera, & inſtrumenta Cap. XXVI
De ædificatorum operibus, & inſtrumentis. Cap. XXVII
Pictorum opera, & inſtrumenta. Cap. XXVIII
Mercenariorum nomina, & opera Cap. XXIX
Aucupes Cap. XXX
In mari operantes Cap. XXXI
Agricolæ Cap. XXXII
De fictilibus artibus, figulis, balneatoribus, tinctoribus, pileorum factoribus, plicatoribus, myropolis, candelarijs · & alijs artibus tam à faciendo dictis, quàm ab ingenioſe operando, & ijs quæ à uendendo · Et artes turpes, & quæ apud Platonem artibus conuenientia nomina extant. Cap. XXXIII

CAPVT



## CAPVT PRIMVM, DE ARTIBVS FORENSIBVS.

DE artibus hiſce ſequentibus dices, artes mechanicæ, uel caminariæ · artes forenſes, illiberales, ſordidæ, ſedentariæ, manuariæ, manibus adminiſtratæ · & ut Xenophon dixit, Βαναυσικαί. Secundum Platonem autem, artes uocabis, Reſarctorias: Manuaria ars, manuum labor, mechanica, mechanicum opus. Manuariã artem exercere, manu operari, mechanicã artẽ tractare. Artifex manuarius, manu laborans, mechanicus, mechanicam exercens, ſedentarius · Nam manu uictitans, * manuum præſes, manuũ uſu excellens manuum labore uiuens & nutritus, & mechanicam manuariam tractans, minus fortaſſe recipiuntur. Et eiuſdem artis Artifices, & Coartifices · Ariſtophanes enim in Gyrtade hoc utitur. Et artis æmulos uocabis · Sed Artis æmulatio, apud Thucydidẽ ad aliud refertur. Mechanicos uero, etiam Operarios, ſecundum Xenophontem nominabis. Et indiligentes Artifices, Viles iuxta Ariſtophanẽ uocato. Sed quod manu cõfectum eſt, manuariũ artificium, manuum opus, artificium, artis ſpecimen, opificium, factum, opus, fictile, apparatusq; dicitur. Artes autem aliæ, ignis adiumẽto: aliæ, ſine igne abſoluuntur.

## CAPVT SECVNDVM, DE NOMINIBVS A VENDENDO DICTIS. I

ALiæ uero à uendendo dicuntur, uendere, elocare, negociari, permutare, cõmutare, mercari, promulgare, proſtituere · Et hæc nomina deducunt, uenditores, mercatores, propolas, inſtitores · nam quæ ab alijs deriuantur, dura ſunt · Iſæus tamen, & Hyperides in Comœdia, πράτηρ dixerunt · Vnde uenditor, πράτης dicitur. Res uero ipſæ uendendæ; merces, uenalia, uecturæ precium · Mercimonia uero, Iſæus dixit · quemadmodum Xenophon, Vectigal, Venditio, Pigmentaria: Sed & per participia di-

 cuntur,

cuntur, uendenda, ueneunda, negocianda, promulganda· elocanda, ſed hoc ambiguum eſt. Et res ipſæ, uenditio, mercatura, inſtitoria, promulgatio, negociatio, permutatio, locatio· Et πώλησις, dixit Xenophon: Tum & promulgatum eſt, dices, addictũ eſt, permutatum eſt. Dices etiam, uendita, uenerunt, diuendita ſunt. Plato autem in Politico inquit, Antea uenditas res et alienas aſſumentes, uendunt denuo. Et digne quidem uendit uilia, & uiliter· & uendibilia, & æquo precio compenſata, & pro nihili. Cariora uero, precioſa, magni æſtimata. Dices quoq;, horum precia aucta ſunt, & uenditor adiecit precio, & pluris æſtimauit. Sed quæ nondum addicta ſunt, inuendita dicuntur· ſimiliter & quæ uendenda non ſunt, utpote Vir inuenditus, qui ſe non precio addicit. Locus porro in quo uendunt, forum dicetur· Et ut apud Herodotũ eſt, Venditorium: Et Circi in Comœdia dicũtur, ubi mancipia uenduntur· fortaſſis & reliqua, quæ uenalia ſunt. Sed partem quam ſerui conſcendentes uenduntur, *hanc Ariſtophanes Menſam uocat. Monopolium uero, Hyperides cõtra Ariſtophontem appellauit· alij autem, monopoliam. Cæterum qui uendentibus uſuram prætendit, Proxeneta, ſecundum Dinarchum, & Iſæum dicitur· hunc autem, Ariſtophanes Propolam uocauit & Præuenditorem, Plato· Lyſias uero hos quidẽ, Antiuenditores· eos uero qui cum alijs uendunt, Mercimoniarũ Collegas uocat. Aliquid autẽ uendere ſecundò, reuendere uocabis, et reæſtimare: Et ipſum opus, reuẽditio· Et hoc faciẽtes, reuendẽtes, et reuenditores dicuntur. Tum quæ uendita denuo ſunt, reuẽdita, ſecũdò æſtimata, rurſum addicta, denuo permutata· Et qui hoc facit, Reuenditor dicetur. Quod uero poſt uenditionẽ additur, Corollarium aliquis dicere poterit, ſecundũ Thucydidem dicentem· Ne platæa corollario careat: Porro quæ publicando uenduntur, publicata. Et cum alio uendi, conuendi dicitur. Quod autem nunc dicũt, Famulos uenditionem petere, in Ariſtophanis Horis inuenire licet· Mihi optimum uidetur in Theſei templum confugere, ibidem, uſq; dum uenditionem inuenimus, permanere· Et rurſum in Eupolidis Vrbibus, Hæc mala patiuntur, uenditionem tamen non





non poſtulo. Vendita uero, etiam addicata * dicũtur · tum uenditũ, dicum
*etiam addictum, * & qui uenditum emit, ſeu addictum. Aeſtimare &
re porro licitando, & plus dare uolenti addicere, auctione uende- quicunq;
re nuncupatur· ut Iſæus in Libro Ad Andocidem dicens, Neq; conſtituto uendunt precio, ſed quomodocunque auctionem facientes poſſunt, quàm plurimi uendunt. Sed ſale empti, dicebantur nullius precij ſerui· quoniam Thraciæ in habitatores, pro ſale ſeruos permutant. Porro quæ ob uenditas res tributa penduntur, telonia uocant· Sed Ἐισωνίας, dixit Lyſias in Libro De Fœdifrago· ſed in Atticis Decretis, quas magno precio peregrinis cõſcripſit, inuenire licet, ei etiam Emptionẽ eſſe domeſticam. Sed multa ementem, forenſem nominare licet, etiamſi nomen ſit ſordidum· ſed propter Pherecratem, qui in Perſis illo uſus eſt· Puerum forenſem, & à multis Solibus: Horum quoq; ſunt Dij proprij, Mercatorius Mercurius, et Forenſis. Et Mercatorij, Caſtor & Pollux, in Heroibus Ariſtophanes: I

## CAPVT TERTIVM, DE OMNIVM RERVM VENDITORIBVS.

OMnia autem uendentes, uocentur cauponarij, cauponariæ· Et locus ipſe, caupona, uel taberna. Et res ipſa, cauponari, & cauponatio. Qui uero in cauponas deducuntur, deductitij nominantur. Magis tamen proprie omnium rerum uenditores, omniuendæ dicentur· Et locus, forum cõmune. Panis uero uenditionem, & Omnium rerum uenditionẽ, dixit Archippus in Piſcibus: Sed qui mancipia uendunt, mancipiorum negociatores dicuntur· Manubiarum enim mercatores, commune nomen, etiam ad inanimata refertur. Tum & Mancipiorum proſtitutor dicitur, in Heroibus Ariſtophanis: Famulam autem, Seruam nominauerit, quiſquis Pherecratem ſequi uoluerit, in Myrmicanthropis ſic dicentem· Mammam ſeruam: eſt & idem nomen, apud Lyſiam ad Pithodemum De Defectione: Artes porro quæ ad homines referũtur, Puerorum Inſtitutores, Exercitatores· Et corpus excercentes. dicitur

tur quidem hoc de illis, qui exercentur nihil tamen uetat, quin & ad exercentes referri poſſit. Sed ἀλείπτα uoce nondum uſitata exiſtente, Vnctorem Medij Comici dixerunt. Et Lyſias quoque in * Libro De Diophanti circa Amphidis locum, Fabula dicit, inunctrix eſt.

Oratione Pro Diophante, de regione Amphidis.

## CAPVT QVARTVM, DE ARTIBVS CIBORVM.

CAeterum quæ circa cibos uerſantur artes, Frumentarij, frumenti uectores, frumenti uenditores, tritici negociatores, frumenti mercatores, frumentariam mercaturam tractare: frumentatio, tritici uenditio, frumenti uenditio: Triticum uendere, frumentum proſtituere, tritici negociationem adminiſtrare. Frumenti menſuratores, ut Hyperides: Vnde frumentum metiri, metiri triticum, tritici menſuratores. Farinæ autem confectio, farinatio dici poteſt: & qui in hoc operantur, farinatores. Sed farina uendens, farinuenda dicetur. Ipſa autem operis officina, farinarium, mola, molendinũ, piſtrinũ, alicæ mola uocatur. Et inſtrumenta ipſa, aſinus molens. Et ipſa menſa, mola. Tum qui operi præeſt, Molitor, & Molendinarius. Vermiculus autẽ interius naſcens, mylethris, & mylacris dicitur: Nonnulli tamen mylacrida, uocarunt molitricem: & eius uelum, mylecorum. Quem autem nunc μυλόκοπον uocant, Alexis Aſini ſtimulatorem dixit in Amphotide: Aſini ſtimulator gallinas, ſed ſcindentium aſinos: Quod uero ſeruis intus laborantibus, ne farinam deuorent, circumponitur, pauſicape nominatur: & inſtrumentum erat rotæ in morem factum, collo adaptatum, ne ori manus admouere poſſent.

## CAPVT QVINTVM DE PANIS PISTORIBVS.

PAniuendæ, panis fora, panis uenditrices, panes uendere, panis forum, frumenta operantes, panis formatores, Piſtores: Xenophon autẽ, Ἀρτοκόπους uocat. Ipſum autem uerbũ Ἀρτοκοπεῖν, pro



pinſere, in Phrynichi Monotropo habetur. Sed in Ariſtophanis Heroibus, Panis confectio, Tabula panaria: Sed panis uenditrici conueniũt, farinæ tritici, hordei farinæ, ſiligines, ſpeltæ, ſimilagines, granum, cremor: pale, unde & pollen dicitur: Paſta, maſſa. Et ipſa inſtrumenta, clibanus, furnus: plathanũ, in quo panis formatur: Mactra, uerua. Et inſtrumentum, ſpalethrum, quod nunc ſcalethrum uocãt. Opera uero, rigare, fermentare, terere, cribrare: Et Panes fouere, dixit Ariſtophanes: Formare, pinſere, torrere, extorrere, extrahere. Sed qui farinas macerat, macerator, & macerans: Et uas ipſum, magis, molicorum, mactra, & ſcapha: atq; apud Menandrum, Linter dicitur. Eupolis uero, panis maſſam nuper inciſam, Νεόκοπον nominauit. Sed et Panes triticeos dices, ut in * Poaſtrijs Phrynichus dixit. Alcæus uero in Ganymede, Panum dipyrorum meminit: Sed panes dipyri, delicatiores ſunt. Panis itaq; pars ſuperior, ferè puſula dicitur, & beta. inferiores uero, contoſtæ: quæ nimirũ pinſendo, clibano adhærere ſolent. Sed panum partes, cruſtæ dicuntur. Superimpleri uero, et ſaturitatis modum excedere, à maſſa Veteres Ὑπερμαζᾶν uocarunt. Recentiores autem, Hordeatione laborare, à iumentis dixerũt: Aeſchylus etenim dixit, Catenatum, & hordeatione laborantem equũ: Sophocles uero, Vſq; dum uino ueluti hordeatione implearis: Quæ uero panis tractationem ſpectant, plurima in Ariſtophanis Fabulis, aut Centauris inuenire licet. Oblino, ebullio, ſubigo, rigo, macero, concoquo: Alicubi & aſſare extat. His etiam, furfur ſeu triticum decorticatum adnumerari poteſt. Et illud Ariſtophanis in Acharnenſibus, Decorticati, ab hoc nimirum dictum eſt: Cæterum nunc decorticati ſumus. Molere uero, etiam decorticare uocarũt. Vnde & hordeum ſeu triticum, decorticatum dicitur: Inſuper & frigere, & torrere, hiſce conuenient.

Herbarijs

I CAPVT SEXTVM, DE CARNI-
VENDIS, COQVIS· OPERE,
& inſtrumento.

CArnium fora, carniuendæ, carnes uendere· eoſdẽ & uero, & coquos uocant, * carniũ ſectores. ſed et carnifices, eoſdem nominabis. Et ipſum opus, carnificare, carnem diuidere, & carnis diuiſio · Inſtrumenta autem, ſecuris, runca, carnis libra· tum & fuſcini, & excoriatorius culter.

I CAPVT SEPTIMVM, DE PI-
SCIVM VENDITORIBVS.

PIſcium uenditores, piſces uendere· piſces, piſciculi, obſonium· Obſonij inſtructor, aut cõditor· obſoniare, obſonij confectio, condire, ius apparare. Et Ariſtophanes ollam, in qua carnes coquuntur, Iuſculentam uocat · obſoniatorem uero, etiam Coquum.

I CAPVT OCTAVVM, DE SAL-
SAMENTARIIS.

SAlſamentarij, ſalſamenta uendere, ſalſamentum· ſalſamentũ tempeſtiuum, & tempeſtiua fruſta piſcium, maturũ ſalſamentũ· Sargane, ſalſamẽta, medietates, media, uerna, ſalſamentũ ſalubre, ſalſamentũ noxium· ſarganæ tempeſtiuæ, et marcidæ.

I CAPVT NONVM, DE LANAE
VENDITORIBVS.

LAnæ uenditores, lanã uendere. Lanæ ſordidæ, Ariſtophanes: Et Lanarum horridarum uellus, Cranus: Atq; Archippus in Piſcibus, Vellera uellicantem dixit. Et nomen ipſum, Vellerũ euulſor, li et Rapta eo Philemon in * Harpazomene utatur, non omnino durum eſſet, niſi uſus eius eſſet uetuſtior. Et Cratinus ſanè in Dionyſalexandro inquit, Veluti Nacotiltus ſecundũ caput apparebam



parebam. Lanificiũ, lanificare. Et Opificiũ telarum, in Olympiadis Epiſtola· & ideo hoc nomen recipio, quod rei uocabulũ ab hoc deductũ, tum uerbũ quoq;, apud antiquiſſimos Authores licet inuenire· Melius uero dicitur, texẽs. Plato uero dixit, In indumẽto laneo.

CAPVT DECIMVM, DE LANI- I
FICII, ET TEXTVRAE
nominibus.

LAnificium, lanæ opus, lanificare· calathus, et alio nomine calathiſcus, Eupolide dicente in Vrbibus, Sine calathiſco: Pera, fuſum ducere, deducere· Deductio, quod idem & trama dicitur. Quidam uero Recentiorum Comicorum Epigenes in Pontico dixit, Tres ſolummodo uermes reſtant, hos uero mihi fila deducere ſinas: Sed Phillylus ipſum trama, Crocodilem uocauit· Ipſam crocodiſſantem inuenerũt, quod eſt aſpera eligentem: Sed Lanas diuiſit, inquit Ariſtophanes · Et Detrahere, Platon Comicus: Philoſophus porro Plato, Artem deductricem· Sophocles uero, Eductionem: Cæterũ lanificio manus deſatigare, * illi ξαν᾽ᾶν, & ξάνησιν uocauerũt. Nere, uoluere, uertere· ſtamẽ, trama ſtamineum, & netritorium. Sed Plato, Trama quoque pubeſcens appellat· ſtamenq́; ipſum, Filum. & fili opus, Netionem uocauit· ut, Fuſi netionem. Porro Plato Comicus inquit, Non circumuerſa ſtamina: Tum & laqueos, Fila uocauit Herodotus: Sed illud Critiæ in Atalanta, Laqueumq́;, & telæ ſolutionem, Tragicum magis eſt. Fuſus; uertebra. Vertibulum· Sic uero & Lini circumactionẽ Euripides nominauit, Lini circumactionem præhendens circumfert: Fuſus· Glomus· Vnde & prouerbium, Glomi bonorum, quo plurimũ Comici utuntur. Dices quoq; licium· Et licium deducere, pro filare. Et Varijs filis contextus, ut Cratinus inquit. Et à fuſo, Fuſum agere, quo Phillylius uſus eſt. Faſcias uero Sophocles, Stamine integro conſtantia lanificia nominauit. Super quo uerò nent, aut νῶσιν nam Attici nere, etiam νῆν uocant· epinetrum uocatur, & aſellus. Dices porro, fuſum uertere, lanam trahere, tendere, filum deducere,

deducere, attenuare. Filum porro, Politum, Tenue, et Planum, Ariſtophanes appellat. Stamina coniungere & Diſtendere, ſic enim Attici diſiungere uocant. Sed & diſiungere, eodem ſenſu intelligendũ eſt: Hic quidem texebat telas, ille uero diſiungebat: Eſt & alibi apud Nicophontẽ in Pandora: Stamina uero colligare, etiam καιρῶσαι dices et καίρωσιν, pro colligatione. Textor, textorius, texere, textoriè, textus, contextus, textrix. Sed & ὑφάνιν eam uocabis, magis torto uocabulo quando Plato dixit, Regia * contextrice: Et χλαμυδουργίαν, atq; χλαμυδοποιΐαν, tanquam idem utrunq; ſignificent, Xenophon in Cõmentarijs dixit. Fortaßis autem uidetur χλαμυδουργία, ad lanificium referri: χλαμυδοποιΐα autem, ad texturam. Similiter & chlenæ opificium, & chlenæ confectio dicetur: & exomidis confectio. Variegatoriam uero, Aeſchines Timarchum accuſans dixit: eſt uero hæc texturæ ſpecies. Et ars quidem, uariegatoria: Vir autẽ, uariegatorius. Atq; res ipſa, uariegatio: Verbum, uariegare. Et aduerbiũ, uariegatorie: quemadmodũ & lanifice, textorie, & lanificatorie: Variegatorius porro, ab Alexide ποικιλεὺς dicitur. Dices præterea, trama perducere, transferre, inijcere, texere, ferire, premere, cõdenſare. Tela autẽ eſt, tenuis, bene texta, exilis, textilis, bene plicata. Textile uero, Aeſchylus de retiũ opificijs, & non de ueſtitu ſic dixit: Retis uero textilia: Radius, uiuerra, tela, textura, texere, textorius, textorie: & regula ad hoc parata, quam antium uocant. Cubitus: Pes telæ, ut Eubulus inquit. Sed telæ baſes pedes'ue, etiam celontes uocantur. Agnythes porro, & Læa, lapides ſunt, qui ſecundum Veterum texendi rationem à ſtamine dependebãt. Spatha, inſtrumentum, cuius ictibus ſubtegmen cõdenſatur: Vnde Σπαθᾶν, * pro texere: & Tunica texta, apud Sophoclem, Et textis ſpatha telis: Tum & ſpathida, uocarunt ſpatha contextam ueſtem.

contextura

CAPVT



## CAPVT VNDECIMVM, DE EO QVOD EST VESTES lauare.

LOtores, lotorij, lauandi uaſa, lotrices, mundatores, mundatorij, mundare: Fullonarium uas, fullonarij, tingere, fullo, fullones, nondum à fullone mundata. Tum & Fullonariam exercere, inquit Ariſtophanes: Et Emundare, Lyſippus Comicus: Cardo autem, dicitur herba carduos illis proferens. Κνάπτειν porro, etiam cõculcare ſignificauerit, ut Cratinus indicat iocans, Flagello demulcere quam ſedulò, aut conculcare: Siq; hos lotores appellare oportet, à quibus lotrices dicuntur: eoſdem, et elutores nominabis: & locum ipſum, labra: Vnde et conuiciari, lauare. Et Lotum me reddis, Comici dicunt, pro calumniaris, aut dehoneſtas. Et nihili precij rem eijcere, Eluere dixit Rhetor Aeſchines: Preciũ autem illis datum, lotorium uocatur. Sed lauare, etiam perluere, eluere, emundare, tergere, tingere, extergereq; uocabis. Et aqua à labro fluens, πλῦμα. Tum & tritum & exhauſtum ſcortum, ſcraptia, et lotium uocatur. Quo autem eluebant, non nitrum modò, et nitrum chalaſtræum: ſed & Rypus, iuxta Cratinum nominatur. Ariſtophanes uero, Ad lotionem quoq;, lixiuium, & albam cretam pertinere, * dicit in Lyſiſtrate, dicens: Falſi nitri, et lixiuij: Et alba creta utens. Sed & Plato Philoſophus, Lixiuium inter lotoria recenſet: eſt autẽ cinere confecta aqua. Smicrida autem, * pro cimolia Cephiſodorus dixit in Trophonio: Et Piſcium lotionem, in Victorijs dixit Plato Comicus: Lotio uero, apud Nicocharem dicitur in Hercule nupto: Pedum autem lotionem, Νίπτρα quidem Aeſchylus: Ariſtophanes uero, Ἀπονίπτρον uocat. Sed & emundare, eluere, & perluere, ad lauandum pertinent. Et apud Aeſchylum, Infantis linteaminorum lotrix: Videtur porro & premere, premi, abſtergere, torquere, & tingere, ad fullones referendum eſſe: non proprie quidem de illis dictum, eiuſdem tamen cum illis ſignificationis. Dabis mihi pulchrum indicium preſſus calamitati-

ait

bus, quodam in loco Cratinus inquit & Hipum, etiam in Cleobulina: Et Archilochus dicit, Iacet in hipo: Eſt autem hipus, fullonum inſtrumentum. Tum & muſcipula ſic dicta, nunc uero fullonum inſtrumento in primis competere uidetur. Sed & ſulphur, fulloni confert· Vnde Lyſippus dicit, Emundans, & ſulfure aliorum expurgans ſententias:

## CAPVT DVODECIMVM, DE SARCTORE, ACV· ET A VESTIBUS deducta nomina.

SArctores, ſarctrices· ſarcire, ſuere, conſuere. Acus, aciculæ, fibula, fibulæ. Sed nomina à ueſtibus ſunt, ueſtis, ueſtimenta, amiculū, ſtola, indumentum, ueſtimentū. Lyſias uero, et Indumenta dixit. Lopa uero, Saga, Palliū, Amicula, Velum, et Paludamentum, Poëtica ſunt. Tum & gelopodytes, & ſylopia, à lopo dicta ſunt. Verba autem, ueſtiri, amiciri, ornari, indui. Sed & participia, ueſtitus, amictus, ornatus, Indutus· Induam enim, & indutus, in proſa oratione uſitata non ſunt. Fortaßis & Expeditus, & apud Cratinum Ευϖώνης, pro ſordido. His etiam expedite, aduerbium adnumerandum erit: Denudari uero, & exui· & denudatus, & exutus, his contraria ſunt. Et exuere, Deueſtiri ſecundum Sophoclem: Et circumindui, quod Hyperides Amiciri uocauit. Cæterum ueſtitum mutare, & commutare dices· & tranſponere, reindui, aliter ueſtiri, denuo amiciri. Xenophon autem in Inſtitutione, Veſtitum alium aſſumere dixit. Lyſias uero contra Autocratem, Tunicam permutata. Sed & tunica dices, tunicella, tunicula, indumentum. Tum et amiculum apud multos uſitatū eſt, quicunq; huic
Lotricibus nomini ſordido exiſtēti ſuccurrere uellet, ex Sophoclis *Plyntrijs ſumendum eſt· Peplos tendere, & amicula linea· Et Theſpes alicubi in Pentheo dicit, Putauit neruos habere amiculum· Contrarium autem uidetur huic, quod eſt in Nicocharis Chorago Hercule· Fer nunc tunicam illico, & amiculum ad ſubueniendum huic rei:

CAPVT



## CAPVT XIII, VESTIVM SPECIES.

SPecies autem ueſtium uirilium quidem, chlamys· & hæc quidem tota alba, ut Philetærus Comicus nomin at. illa uer o intertexta, & purpura inſignis· aut ut noua Comœdia inquit, Bene intertexta: Chlamydes uero Theſſalicas, Alas Theſſalicas nuncupauerunt. Et Theſſalicamus, dixerunt, pro chlamydibus ueſtimur. Penula, indumentū tunicam tegens· Induebam tunicam, penulamq;, ueſtes pulchras: eſtq; nonnunq̄ ſtragula lecti. Sunt autē penulæ. hæ quidem ſimplices, ut Homerus ait, Penulasq; imponere uilloſas ſuperne ad induendum· illæ uero duplices, ut Duplicem extenſam· Has autem Attici, Aplegides, Duplicatas, & Dibolas nominauerunt. Cæterum tunica. hæc quidem utrinq; manicata, & liberorum habitus· illa uero unicam manicam habens, ſeruorum. Sed
Variegata, *Bacchi tunica erat Bacchica: Sed exomis, amiculum Dionyſi
erat, & tunica quoq; unicam manicam habens. Purpuromixta autem, ueſtis aut chlamys, non purpuræ contexta ſimul fuit· ſed hac è fuſca lana compoſita, ipſis fimbrijs purpura admiſcebatur. Sed agnaptum, craſſum eſt, et ruſticum indumentum. Chlanis uero, ueſtis tenuis· quàm et chlanidia, et chlaniſcia nominauerunt. Tum et glaunus, tunicæ ſpecies eſt. Et Theræum indumentum, aut ab inſula· aut quod feram intextam habet, dicitur. Porro Viris & Mulieribus, communia ſunt· ledus, ledium, ledarium, pallium· tunica conſiſtens, quæ nō accingitur. huiuſmodi uero tunicas, Ariſtophanes ὀρθοστάδιας uocat. Meſſoria ueſtis, theriſtrium, xyſtum· xyſtis, quæ & indumentum eſt, & amiculum, & tunica. Toga, ut Sappho, Cimbaricum. Eſt autem cimbaricum, tunica perſpicua. Palliolum, paruum amiculum. Et Mulieribus propria ſunt, humeralis, diploidium, ſemidiploidium, tunica belluata, fimbria, paludamentum, tunica, peplus, et his ſimilia. Pepli autem uſus duplex eſt, ad induendum ſcilicet, & inſternendum. et quod inſtratum ſit, ex Mineruæ peplis conijci poteſt· quod autem tunica, ex illo Xenophontis probatur· Circumrupit ſuperius peplum, detexit enim tunc et pectus·

 Idem

Idem uero Xenophon, Peplum, ueſtem uirilem eſſe arbitratur· Ar-
menium enim, Peplos diſcindere dicit· niſi forte dicat eo, quod Bar
bari fuerant, et muliebri ueſtitu delectabantur. Eanus autẽ, contra
amiculum eſt· uidetur autem cum peplo idem eſſe · Peplum quidem
eanum ſuper Patris ſolum ſtrauit: Nonnulli tamen tradunt uarie-
gationibus carentes ueſtes, eanos· uariegatas autem, peplos uoca-
ri. Zoma porro, indumentum commodum eſt, & limbos habet· ut
Aeſchylus teſtatur, Limbifera ζomata uocans· Quod uero ad in-
Verberata duendum idonea ſint, ex Menandri * Rapiζomene quiſpiam proba
uerit, Nonne Nutricem ζomate indutam uidetis? plerunque enim
uetularum erat habitus. Alicubi autem Antiphanes, Perineſſorum,
Perileucorũ, et Pentectenum meminit. Pentectenes autẽ, tunicel-
læ ſunt, iuxta oram purpura ornatæ, quinq; intextæ radijs · Perileu
ca autem, contrarium hiſce erit· tela è purpura texta, aut colore a-
lio in fimbria album colorem intextum habens. Perineſſa uero, fim
briatus eſt habitus, fila dependentia habens · aut purpura circum-
quaq; oris contexta eſt, coloris huius circuitione inſulæ ſpeciem *
exhibens exhibet· Et hunc nimirũ habitum, Anaxilas Inſulam uocat· niſi for
te aliam quandam ueſtem intelligat, cum inquit· Et forte Mulier,
ceu mare inſulam, ueſtem induit: atque talis nimirum, & circularis
ueſtis fuerit. Cubitale autem, ueſtis alba erat, cubitũ purpureum
contextum habens. Intertexta uero, & paralurges, quæ utrinq; in-
tertextam habet purpuram· quam Iones, Pechyales uocitant. Lim-
bi autem ueſtiũ purpurei, πάρυφοι uocantur. Symmetria uero, ue
ſtis talaris eſt, ad talos uſq; demiſſa. Sit & quædam plicata tunica·
Plicæ autem, ſunt tunicarum complicationes, quæ in harum fim-
brijs de induſtria colligando formantur, maxime in tunicis lineis.
Cum autem Homerus dicat, Statim uero albis uelata amiculis · al-
bum ueſtitum, tenuemq; è lana, non lino confectum intelligit. Sed
tunica diſſoluta, fibulis circa humeros connectebatur, quàm fibula
circa pectora claudebat · Sic autem Virginum tunica uocabatur,
quàm diſſoluentes uſque ad alas quaſdam, iuxta inferiorem fim-
briam crura exerebant· maximè Spartanæ, quas ob hoc φαινομη-
ρίδας



ρίδας nominauerunt. Sed * belluata tunica, eſt animalia, aut flo- diſtincta
res intertextos habens · & belluata tunica dicitur, aut animalibus
interſtincta. Veſtes autem à coloribus denominatæ ſunt, uiolacea,
purpurea, Phœnicea, et Tunica Phœnicea, florida, & hæ quidem
Virorum ſunt· Mulierũ uero, crocea, crocotiũ, paralurgis· ompha-
cia, quo colore & Alexandrum delectatum fuiſſe aiunt. Aquatilis
uero, ueſtis nimirum fuerit, quam nunc pſychrobaphem uocant.
Eſt cilium ueſtitus color, quem nunc aſininum uocitant· Aſinum e-
nim, Dores κίλλον· et pagaſonem, κιλλακτῆρα appellant. Fuſcus
uero, & niger, ſibi mutuò affines ſunt. Sed & coccinea, à colore
denominabitur. Veſtimentum uero ὕφανδρον, penulam denſam,
uel ſiſam appellare conuenit· Quemadmodum et uillutam tunicam,
uilloſam, & tunicam uillis hiſpidam, aut undiq; filis refertam, no-
minamus. Plato autem in Sacris, etiam Villoſas chlamydes dixit a-
deò· ut nihil referat, uilloſam quoq;, tunicam appellare. Eſt et tuni-
ca Amorginos, * ex tenuiſsimo lini flore et lanugine cõtexta. Anti
phanes uero in Medea inquit, Erat autẽ tunica Amorgina: Alia au
tem, prætexta eſt· Et ſic prætexta, tunicæ eſt ſpecies. Sed in Secũ
di Cratini Omphala dictum eſt, Vos uero ſi hipiſcum habetis, &
trimitum· ut & hæc quoq; tunicarum ſpecies uideantur. Perſarum
autem propria ſunt, Candys· Subligaculum· quam et cyrbaſiam, ci
darim, & pileum uocant. Candys uero, Regis, totus purpureus· a-
liorum autem, purpura, ornatus erat. nonnunquam etiam ex pelli-
bus conſtat. Fuit etiam tunica manicata, ſecundum humeros appen
ſa. Sed Capyris, Perſica tunica, manicata fuit. Imo & Candyces,
Perſarum eſt· Ariſtophanes enim in Sphingibus inquit, Hi quidem
Perſidem uocant· illi uero Candycem: Subligacula autem, & tibia
lia nominant· hoc autem nomen, apud Critiam in * Politicis extat· Rebuſpub licis
Antiphanesq; idem contrà praue interpretatur, His ipſis ſtolis tra-
gicis, tibialibus, et tiaris: Sed in Scythis Antiphanes inquit, Sarba-
ra, & omnes tunicas induti· Huiuſmodi uero nomina me citare, nõ
iudicare conuenit. Lydus, tunicæ ſpecies. Baſara, Bacchica, tala-
ris. Cipaſis porro, linea fiebat, tunica parua ad medium cruris de-

miſſa·ut Ion inquit, Breuis linea cypaſſis, in medium crus contra-
cta: Armeniorum præterea, Mycitus fuit·aut ex muribus ipſorum
Maſalio- contextus, aut murium ſpecie uariegatus. ∗ Maſaliotorum uero,
tarum Chortæus·ueluti Riza, Thracum. ſiue amiculum, ſiue zona ſit.
∗Chorta uero ſeruos, ueluti forenſi ueſte ueſtiri tradit Ariſtopha
nes: Babyloniorum autem, Caunacis eſt. Sed Mandya, ſimile quid-
piam eſt huic, quod ſagulum uocant. Quædam autem uel apud Per
ſas, aut Cretenſes ſunt, quibus non ueſtimur, ut Aeſchylus tradit.
Liburnicæ Mandyæ æmulatio, eſt tunica. Sed et Sagulum, in Rhin
thonis Iphigenia extat·In Taurica nouum habenti ſagulum: Cæte
rum Sarages, Medorum amictus eſt purpureus, & medio albo colo
re diſtincta tunica. Eam uero quam Tibænam uocant, aut Cleobi-
nicum, in Argo uſitatā eſſe tradunt· & eandem, Temenidem uoca
ri putant. Sagula autē, palliaq;, paludamenta ſunt. Veſtem autē hye
malem, hybernā nominabis·et penulam denſam, quā Frigus arcere
Syriam dicit Aeſchylus·& Homerus, Propulſantē uocauit. Quam autem
à ſe labora pleriq; ∗ Surlam· hanc Comici ueſtem∗ ʼΑυλόκωπον nuncupant.
tam ∗ CAPVT XIIII, VESTIVM PARTES.

PArtes uero ueſtium, alæ, & ala, medium tunicæ.
Manicæ autem, quæ circa manus ſunt. Ora, extre
uero ma utrinq; tunicæ pars. Ligna ∗, utrinq; exiſten-
tes ueſtis partes, non tamen eo in loco, ubi ora eſt.
Oram uero, & ὄαρ uocarunt·quod et ouinam pel
lem, lanigerā adhuc ſignificat. Sed quæ circa oras ſunt contextu-
ræ, fimbriæ uocantur, et limbi·Et fimbriata dicuntur, quæ ita cōte
xta ſunt. Atq; fimbriatæ tunicæ dicuntur, quæ fimbrias habent,
aut limbos. Xenophon, Candym totam purpuream nominat. Cra-
tes uero in Samijs, de ueſtibus purpureis, purpura tinctas ueſtes,
etiam καλλίφιλον nominare uidetur· ut et Eupolis alicubi inquit,
conſecra- Purpureæ ueſtes∗ſplendidæ Dei: Cæterum Archippus in Pluto,
tæ Deæ Veſtimenta latam purpuram habentia uocauit. Sed & crocys,
ueſtis pars·Herodotus enim ait, Crocym ueſtis arripiens· Ariſto-
phanes uero, Si crocym excuſſam induero: Fibulas autem nouas,
ueterum



ueterum ueſtibus oris ablatis apponere tradunt. Thucydides præ-
terea, Veſtium laqueos uocat, qui circa oras ſunt· & contrahun-
tur, ut ipſe inquit, ueluti ualidi ad ſtrangulationem exiſtentes. Fim
briæ autem, et limbi dicuntur·Vnde Fimbriata, dicta ſunt apud Xe
nophontem: Fimbrias porro, Poëtæ & σύλλιβα uocant· & hæ
ipſæ nimirum, & Limbi dici uidentur, ∗Arato in Cæneo dicente·
Cæterum Virgo uidetur, limbifera geſtans, & muliebrem ſtolam:
ſic enim nonnulli, pro λεροκωτὸς ſcribunt. Sed margines, ſunt oræ
extremæ. Bous autem appellari tradunt, ſutelarum in ueſtibus com
miſſuras. Porro mammillarum muliebrium cingulum, faſciam, uel
faſciolam uocarunt·ſed cincturam uentris, cingulum, aut zonam.
Id uero quod circa pudenda eſt, non Mulierum modò, ſed & Viro-
rum·cum Mulieribus diſſoluuntur, Theopompus Comicus ubiq; ∗
ὤαρ λωτρίδα nominare uidetur, dicens· Hanc cingens ὤᾳ λω- oram loto-
τρίδι uinculo pubis latiſſimo·Contrariam autem, quod nunc à Mu riam
lieribus faſcia pectoralis dicitur. Nomen porro hoc, in Theſmo-
phoriazuſis Ariſtophanis reperies· Alam tunicæ ſoluentē, & faſ-
ciam, cui mammillæ inſunt: Pharium uero, uittam laneam uocaue-
runt. Sed Syrma, ueſtis Tragica, contracta eſt. Et aduerbium Co-
micum eſt, Redimite: latitudo quidem, ueluti ſpithamæ· longitudo
uero, ceu orgyæ. Penulæ uero Pellenicæ, celebres erāt adeo, ut et
Victoribus athletis darentur. Zonam porro muliebrem dictam, &
ſtrophium uocauerunt, uel cingulum·ut Ariſtophanes, Sed cingu-
lo ſoluto, nuces mihi exciderunt·Huiuſmodi cingula uero, et στρογ
γύλας appellauerunt, quod & his zonis conueniat·Sic enim Ho-
merus nominauit, Soluit uero zonam uirgineam· Vnde & zonæ
ſolutores dixerūt·Sed Amazonæ baltheus, in Sophoclis Baltheis,
Cingulum quoq; dicitur·dicit enim, Bene cinctæ ſtabant haben-
tes ueſtium cingula·Pellis autem inferior, ex lana ueſtis erat denſa,
ipſamq; pellem iuxta fimbriam aſſuebant. in Sicyonijs quidem, Ty
rannis·Athenis uero, Piſiſtratidibus, ut per urbem ire ipſos pude-
ret. Caſſas porro equeſtres, dixit Xenophon in Inſtitutione, quæ
ueſtes erant conuolutæ. Syri autem ueſtimenti, Cratinus in Hœdis
meminit·

meminit·In Syriam autem ſub aura uenit ſublimis, ueſtem odioſam cum ſpirat Boreas: Sed Orthapi mentionẽ facit Dinarchus in Sacrorum cenſura: Eſt autem è lanis cõtextus pileus Phœniceus, quo Deorum ſtatuas exornant. Veſtes uero nigras, orphinas nominauerunt. Veſtem autem rudem, Veſtimentum montanum uocarunt Medij Comici, ueluti in monte confectum, aut expolitum.

## I CAPVT XV, DE CORIACEIS VESTIBVS.

ERant & ueſtes coriaceæ, & tunica ex pelle. Et diphthera, tunica ſtricta, habens ceruical. Bæta, tunica prælonga eſt· ſic uero Sophocles, ſcenas Barbarorum uocat. Syſira autem, tunica coriacea, piloſa, manicata, & habitus Scythicus: Sed ſiſyra, amiculum diphtheræ forſitan fuerit· Quinq; inuolutus ſiſyris, dicit Ariſtophanes: Spolas uero, thorax è pelle confecta, circa humeros conſtricta· ut dicit Xenophon, Et Spolas loco thoracis: hanc autem, Sophocles Libyſſam eſſe putat· Spolas Libyſſas, pardaleam pellem:

## I CAPVT XVI, DE LINEIS VESTIBVS, ET AMORGINIS.

EX lino, linea tunica eſt· qua Talari utebantur Athenienſes, * & Iones: Calaſſaris, tunica fimbriata, Aegyptiaca. Eſt & Phoſon, Aegyptiaca, è lino denſo· & fortaßis Semiphaſonium quoque. Sed & Semitymbium, Aegyptiacum· fueritq; nimirum, quod in Media Comœdia Capſidrotium uocatum, nunc ſudarium dicitur· Talis enim ſententia Ariſtophani in Pluto eſſe uidetur, Deinde mundum præbendens ſemitymbium, palpebras deterſit: Sindon quidem, eſt Aegyptiaca· Amiculum uero eſt, quod nunc utrinq; fimbriatum uocant. Nonnunquam & Sindonites, baltheus dicitur. Porro linum operantem, Linariam uocabis, iuxta Alexidem dicentem in Ara·Mulier linaria circa muros abſtulit: Et lini opificium. Tum & canabus, lino ſimilis eſt·huius autem Herodotus

[margin: atq; etiam]



dotus meminit dicens, Lini canabei: Hinc uero & ſtuppæ ſunt. Et ipſe Artifex, ſtupparum uenditor, & ſtupparius. Cæterum inſtrumentum, cui ſtuppas circumuoluunt ſuſpendentes, uocatur ſeniculus·Eratq; lignea columella, manus Mercurij Tetragoni habens, cui Senis facies inerat, unde & nomen ſumpſit. Sed Pherecrates in Myrmicanthropis inquit, Sed quàm primum ſeniculum malum facit, à quo linum ſuſpendebat· In quinto autem Sapphonis Carmine inuenire licet, Labris uilloſis bene condenſauit: & hæc quidem, cõtorta Sindonia eſſe aiunt. Sed in Vlyßibus Theopompus dicit, Miniſtro laßium inijciens. Laßia porro, uocarunt uillos habentes mappulas, ueluti à piloſitate dicta adeo ut nihil referat ea, quæ nunc mantilia dicuntur, ſic nominare. Præterea Amorgina, optima quidem in Amorgo fiunt, ſed & hæc è lino eſſe aſſerunt. Tunica autem Amorgina, etiam Amorgis nuncupatur.

## CAPVT XVII, DE BYSSINIS. I

POrro byßina quoq;· Et byſſus, lini quædam ſpecies, apud Indos. Nunc uero apud Aegyptios, Ex arbore lana quædam fit, ex qua ueſtem confectã, lino maximè ſimilem eſſe quiſpiam dixerit, ſola denſitate excepta· Denſior enim arbori fructus enaſcitur, nuci ſimilis, triplici munitus cortice·qua dirempta, poſtquàm inſtar nucis floruerit, interius hoc quod lanam refert eximitur, unde ſubtegmen cõficitur. ſtamen autem illi ſubtendunt lineũ. * Quæ autem ex bombycibus colliguntur· Bombyces, uermiculi ſunt, à quibus fila ducuntur·quemadmodum & * araneæ. Sunt etiam nonnulli, qui Seres, ab alijs quibuſdam animalibus telas ſuas colligere tradant. Et ueſtem, Philinen dixit Herodotus: Præterea Tarentinidium, perſpicua ueſtis eſt·à Tarentinorum uſu, & luxuria denominata. Clauata quoque dicebatur Athenis, qua Rex utebatur. Tunica porro quædam, Sardonica uocabatur, & Sicula, & * Theræa uariegata, atq; Phrygia muliebris. * ab illis quorum frequentißimus uſus eſt, * denominatæ. Bis operatã autem tunicã appellauerunt, quã nunc interſtinctam uocitãt·& deuterurgos eos,

[margin: Quædam araneus belluata quædam à quorundã frequentiore uſu iſtarum ſingulæ]

qui huiuſmodi conficiũt. quod et Lyſippus in Bacchidibus oſtẽdit.

I CAPVT XVIII, DE VESTIVM VENDITORIBVS.

VEſtes autem uendentes, Veſtiarij dicuntur Critia hoc nomine utente. Vocabatur etiam Athenis quoddam Veſtiarium forum, quod etiam Spiropolis dicebatur Σπεῖρα enim, non uiles modò, laceraſq; ueſtes, ſed et præſtantiores ſignificare nonnulli æſtimant. Eos uero qui ueſtes Choragis elocant, Neoterici ἱματιομίσθας Veteres autem, ἱματιομισθώτας appellauerunt. Quod autem & Trimita conficiebant, Aeſchylus docet Tu uero textilibus trimitinis telis:

I CAPVT XIX, VESTIVM VASORVM NOMINA.

IN quæ uero huiuſmodi ueſtes reponebant, Repoſitoria quidem, ſecundum Homerum dicuntur Luſtra, & Arcæ, Ciſtæ, Zygaſtria apud Recentiores uero, & Rhiſce, & Candytanes: Fortaſſis & Aortæ, ſecundum Menandrum in Miſogyne dicente Chlamydem, haſtamq; Myſiam, aortam: Quæ autem Veteres, Veſtimenta ſtratilia Recentiores, Culcitras uocauerunt. & in quibus, ut nomen indicat, ſtrata illa deponebantur certum tamen, quod & ueſtes aliæ. Tum & Vaſcula Veteres uocarunt, ueſtimentorum uaſa et, Thylacos: Xenophon uero, Veſtiũ marſupia dixit.

I CAPVT XX, DE CORIVM OPERANTIBVS.

VEſtium porro artes ſequetur nimirum, & calceorum ars, propter corporis uſum et ab his quidem, calceamenta dicuntur, calceari, calceatus, diſcalceatus Artes uero circa hæc uerſantes, coriũ tingere, pelles macerare corij uenditores, pellium negociatores, corij ſectores, ſutores, ſutrina, aſſuentes, aſſuti. Calceamentorum uero partes, linguæ, ſcorta, ſoleæ Et iuga quidem, pars



pars concaui calcei, aut ſandalij, digitos ambiens. Dices autem, ſuere calceos & Sutela, ſecundum Herodotum: Et ſuere, conſuere, corium ſecare, corium tingere, pelles diuidere, pelles macerare, lora ſecare. Sed Xenophon dicit, Eſt uero hic calceus. hic quidem conſuens modò *, ille uero diſſecans nutritur: nutritur

CAPVT XXI, OPERA, ET INSTRVMENTA SVTORVM. I

SEd calceorum ſutores, nonnulli Comicorum, Calceatores et illorum opera, Calceamenta uocant. Vetera autem ſcorta, παλίμπηγα appellant Et qui uetera conſuunt, ueterum reſartores. Quæ uero reſuuntur, reſarcita dicuntur de quibus reſuere, aut aſſuere dicitur. Inſtrumenta autem ipſorum, ſcalpellum unde Ramenta dicuntur, in Ranis Ariſtophanis: Et circumſector unde circumſecare, & lora ſecare. Subulæ, & aciculæ quæ Poëtæ, et χηλεύματα uocauerunt. maxime autem ſic appellauerunt reſtiariorum ſubulas Vt etiam Galeas χηλεύτας, pro plicatis dicit Herodotus: Et Eupolis, Coriacea complicant: Subulas autem, in* Cretenſibus
Creſſis uocat Nicocharis: Coriarijs uero, et corij ſectoribus, Κατεβύρσωσαν, quo Thucydides utitur, cõuenit. Nominabis autem calceos, cauos, profundos ad mediam tibiam aſcendentes, hæc autem non ſatis noui, num per abuſionem modò calcei uocandi ſint. Circum quæ uero conſuuntur, & fiunt calcei caui, Calopodes nõ modo hodie, ſed & iuxta Veterum ſermonem dicuntur.* Pedibus Circumpeda
autem reſpondentia, calceamenta quadrantia ſunt.

CAPVT XXII, CALCEORVM SPECIES. I

SEd calceorum ſpecies ſunt Regij, quos Rex Athenis geſtabat. Crepidæ, habitus militaris quas nõnulli Poëtarum, Harpides uocarunt. Embades, calcei uulgares, à Thracibus inuenti, & forma cothurnos humiliores referentes. Feneſtrati, precioſi calcei, & perforati quos etiam λεπτοσχιδεῖς nominauerunt.

Aſceræ, calcei uilloſi, hyemi conuenientes. Erat et calceamentum quoddam, arbyla, non operoſum admodum. Sed ſicchas, crepidæ perſimile eſt, & à pedem continendo dicitur. Conipedes autem, calcei ſunt tenues, ſeniles· Solea autem, leuis, ut pes puluerem tantumnon contingat. Sandalium uero, nō Menander modò dixit, et Herodotus· quemadmodū Sandalum, Eupolis in Aurea ætate, & omnes ferè Comici· ſed & Cratinus in Legibus, Sandalia Tyrrhenica: Et Cephiſodorus in Trophonio, Sandalia uero tenuiter diuiſorum, quibus aurei flores inſunt· nunc uero inſtar Famulæ, peribarides habeo. Menander in Miſogyne, Inauratas ſandalothecas dicit. Blauſta, ſandalij quædam ſpecies· Et * templum Athenis, * quod ad blauſtam erat· quidē enim ſutor, blauſtæ lapideā formam dedicarat. Crupezia autem, calceamentum eſt ligneum, ad chori auſpicationem factum. Crupeziphori autem, Bœotes exiſtunt. Sed Cratinus, Tibicinalia Crepitacula dicit. Cæterum à Gentibus, urbibusq; alia dicuntur· Carbatina, calceamentū ruſticum, à Caribus dictum. Amyclaides, calcei liberaliores· ipſo uero nomine, locum ſignificāt. Argiæ autem omnino ut patet, Argiuorum inuentum ſunt· ut & Scythicæ, Scytharum· & Rhodiorum, Rhodiacæ: Laconici porro, colore rubrino non uero ipſum, inuentionis locum notat. Et Theſſalis, calceamentum Inuentores ſuos repræſentās· Eius uero Lyſippus in Bacchadibus meminit, Blauta, et Theſſalico cothurno: Calceū autē rudē, Sine artificio confectū, uocauit Hermippus in Popularibus: Ab urentibus autē dicūtur, Iphicratides, Deniades, Alcibiadij, Smindyridij· Menacij, à Menaco: Erant & calcei quidā, Populares Sed Hypichbli, precioſi, & uiriles, quorū Hermippus in Morphophoris meminit· ſicut et Carcinorū, Pherecrates, Cōſuo carcinos: Meminit & Phæcaſij, in Mercurio Eratoſthenes, Soleā olim ſuebat tenuis phæcaſij· ſed Orinthorū, Colophonij, Oneiq; mentionē facit in Iphigenia in Aulide: Cæterū Eumaris, Viris cū Mulieribus cōmunis eſt, inuentū Barbaricū, è ceruis confectū. Tum et diabathra, Viris, Mulieribusq; communia ſunt. Cothurnus autē, utriq; pedi cōuenit· Vnde & theramenem co-

Heros in blauſta

nem co-



nē, cothurnū uocarūt· propter eam, qua in republica utebatur, alteratione. Embatæ uero, ſimiles ſunt Comicis calceis: Hypoſchiſma, calcei uiriles, ualde uulgares· proſchema autem, ſeniles. Erat & calceamentum, opiſthocrepis· * quas Critias, Dipodia uocat. ſiue pilos æſtimare uelimus, aut pedum faſcias· quæ Pelyntra, in Phœniſſis uocat Aeſchylus, Pelyntra habent in arbylis: Pelyntra autem, calceorum ſpecies ſunt· ſicuti & autapodia, idem exiſtentes, quòd anaxyres· quas nōnulli, ocreas uocant. Sed Crates in Ferijs, Dipodia trimitina dicit. Proprij autē Mulieribus calcei, erāt Perſici: Albi calcei, maxime meretricij. Peribaris, imprimis Famulabus proprium calceamentum. Tyrrhenici, quorum ſolea lignea, quatuor digitorum latitudinis· lora autem, inaurata. erat enim ſandalium· hoc Mineruam induit Phidias. & hos quidem, Tyrrhenicos uocabant· ſicuti et embathros, * rhicnoergos dixerūt. Tyrrhenicorū autem lorum, Sappho Lorum uarium dixit, Lydium malum opus: Endromides, Dianæ proprij calcei: Sicyonij autem, nomine, quorum inuentū ſint, indicant. * Plœaria uero, etiam * Acontia uocat Ariſtophanes· quæ calceorum muliebrium ſpecies fuerunt. * Rhadij, uarij erant, et conuolubiles calcei. Baucides, precioſi erant calcei, crocei, & muliebres. Mulierum etiam erant, aphracta, opiſthocrepidæ, canabia, nudipedia, peribara, nyctipedes, meſoperſicæ, phittacides, Seleucides, noſides, Ambracides, amphiſphyra, acroſphyria· Nec forſitan abſurdum fuerit, hiſce Ariſtophanis locum ex Theſmophoriazuſis ſubiungere· quoniā multæ in eo muliebris ueſtitus ſpecies continentur, quæ & ornamentis * adnumerari poſſunt· ut nouaculam, ſpeculum, forfices, cerotam, nitrum, antias, limbos, connexus, mitras, redimicula, anchuſas, mundumq; infinitum, ceruſam, unguentū, pumicem, ſtrophium, fundam, tegmentum, fucum, monilia, picturationes, ueſtem luxurioſam, gryphoma, laſirim, helleborum, uittam, zonam, mitram, fimbriam, xyſtidem, tunicam, barathrum, circularem ueſtem, pectinem. * et alia, quorum nullus recenſens meminerit· inaures, gemmatum, trigaſtrem, plaſtra, mundum, botryculum, chlidona, fibulas, redimicula, torques

quæ

altè factos

Naniculas lacula Rhadia, uarium

adnumerare aliquis poßit talia

la, torques, faſcias, ſigilla, catenas, anulos, uela, ampullas, mitras, mortariola, ſardia, monilia, inaures. & alia, quæ enumerari non poſſunt.

## CAPVT XXIII, DE METALLIS, ET HORVM FOSSORIBVS.

RECenſeamus nunc artes, quæ reliquis materiam
ſubminiſtrant· metalli ſcrutatio, metalla, metalli
foſſor· Metalla fodere, metalla ſcrutari, fodere·
effodere terrã, ſuffodere, perfodere. Sed auri foſ
ſores, Auri fabri, aurũ operantes, aurũ effodien-
tes· terram auratam, deauratam, aurifodinas, auream arenã, pulue-
rem auratũ, terram auratã fodientes, abſtergentes, tranſcolantes,
diſcernentes, coquentes, mundantes, igne examinantes. Aurum ex
coctum, purum, purum, ſincerum, integrum, mundum· Daricus,
Gygades, & his ſimilia. Argenta, argentea tellus, ſubargentea, ar
gentum proferens, argenti metalla, metallorum effoſsiones· Inter-
mediæ columnæ, quæ in metallifodinis erectæ cauernas ſuſtinẽt.
Argentum purum, perſpicuum, Aryandicum, nõ ſubæratum· Non
enim æneum, nec ænea metalla· quemadmodum ferri metalla di-
Et citur, *& terra ſubferrea· Huius uero excrementũ, ſcoriam nomi
nauerunt· ſicuti auri, florem, adamantem· & argenti, puluerem, ra
mentum. Scoriam autem, & adulterinum appellarunt· Vnde & me
talli foſſores, adulterini dicuntur. Cæterũ uas in quo ferrum tem-
perarunt, Periodus uocatur in Libro De Metallis· ſiue is Ariſtote-
lis, ſeu Theophraſti fuerit. Præterea & multa metalla ſunt, utpote
ea quæ in Samo * et Terrena nominãtur, de quibus Dinarchus diſ
ſulphuris ſerit· & ea quæ in Iſyro, * Deo ſacra ſunt. Tum & Terrã argillo-
ſam, dixit Ariſtophanes: Sed Terra cumulata apud Xenophontẽ,
ad ipſas fodinas, non metalla referenda eſt. Metalli uero foſſores,
Ariſtophanes Culeis amiciri dixit. Et lapidum effoſsiones, lapidum
operationes, & lapicidia dicuntur. Multæ autem lapidum ſunt ſpe-
Lacon cies Phrygius, * Lacænus, Libyſſus, Euboicus, Theſſalus, Aegy-
ptius· atq; horum, ſpecies quàm plures. Et gemma Conchylias, in
Dædalo



Dædalo Ariſtophanis· Et Conchyliates, apud Xenophontem: Ly
chnites uero, apud Platonem in Sophiſtis: Sed aurichalci metal-
lum, ne nunc quidem admodum receptum eſt. Cæterum Amepſio
in * Mychis, Minij effoſsionem dicente, poterit inter metalli inqui Receſsibus
ſitores, & minij effoſſor numerari. Tum & mecon, arenæ quædã
ſpecies eſt.

## CAPVT XXIIII, DE NOMINIBVS I MATERIAS APPARANTIVM.

QVi autem in metallis, ligna, materiamq; parant, hi
ſunt, Lignarij, Plantatores, Agricolæ, ligniſecæ,
ligni uectores, ligni operatores, picatores, ceræ
operarij. Et ipſum opus, ligni operatio, ligni ſucci
ſio, ligni uectura, picatio, ceræ illinitio, hortula-
na adminiſtratio.

## *NOMINA AB AVRO, ARGENTO, ære, & ferro deducta. II

ET ab auro quidem, Aurifabri, aurifabrica· Aurare, deaurare,
inaurare, aurum fundere. Et ars ipſa, aurifuſoria. Aureæq;
phialæ, & aureum numiſma· adnumeretur & ſtater. Siq; quiſ-
piam Daricum dixerit, aureum ſubintelligetur. Domus, auratum
culmen habens· et aurea, Venus. Et aurum examinans lapis, index,
aut Lydius. Aurea quoq; alicubi à Comicis dicta ſunt, de muliebri
mundo. Et Res aureæ, apud Lyſiã in Tractatu De Tripode àureo:
Ab argento uero, argentũ fabricare· Argentifaber, ut Phrynichus
in Iphialte: Argentifabrica, ut Aeſchines in Rhinone: Argentifa-
bros autem orationum, iocando uocat in Trophonio Cratinus: Ar
gentarius, campſor, argentilegus, argentum colligere. Atq; argen-
tum, pro pecunia· Sed & Argenta, in Ariſtophanis Neſsis dictum
eſt. Argentangina, ut Demades Demoſthenem ſcommate eluſit,
Angina ſe teneri dicentem. Argentum captare· Argenteæ phialæ,
& uas argenteum· Et Res argenteæ ſimiliter, apud Lyſiam: Subar-
genteum uero, aurum adulterinum, Ab ære autem, ſubæneum nu-
miſma. Et æneus, numiſmatis ſpecies. Et galea ænea, fabrilis, æra-
rius,

rius, æris fabrica· & Faber, & fabricare. Et Chalcea, feſtum Vulcani, in Attica: Et Aenea ſacra, Ariſtophanes in Pelargis, et Sphingibus dixit. In Cyclopibus autem Callias, Fabricare ∗ nunc ueſperam: Et æs rotile, ∗ et fuſile appellare conuenit· ductile uero, quod nunc minus uſitatum habetur. Chalcizare autem, ludi ſpecies eſt, in quo numiſmata ſuſpendebant. Faber ferrarius, ferrum inducere, ferrum, ferri opus, uerua ferrea. Numus ferreus, Lacedæmoniorum, & Byſantiorum: Fabricare autem, σιδηρεύειν dixerunt· & Fabros eos, qui ferrum operantur. Et ferraria ars· Ferrariam autem artem, Eupolis in Taxiarchis dixit· Xanthi Fabri, in cuius imagine, Ferro genitus, inſcriptum eſt· Cæterum horum, inſtrumenta ſunt· folliculi, folles, fuſoriæ formæ, forcipes, incudes, mallei, ſphyræ, foculi, cotes, repulſoria. Sphyræ autem, mallei ſunt ferrei, ab altera parte acuti. Sed opus ipſum, humectare, ſoluere, fundere, impellere, ferire, expellere, acuere, exacuere, affigere, transfigere, adaptare. Aciē inducere, clauos facere· acies· Nam Cratinus, Chalybeam aciem dicit. clauos, canthos, modiolos, claues, reſeratoria, catenas, obices, piſtilla ferrea, uectes, ginglimos, anulos, feras, iuga. Ante camina uero, Fabri ſolebant ridicula quædam ſuſpendere, aut formare, ad inuidiæ auerſionem· quæ Baſcania appellabantur, ut et Ariſtophanes inquit, Præterquàm quis emat indigens baſcamo Fabri: Plumbum uero operari, plumbū fundere uocatur. His etiam conuenient fortaſſis, ſtatuas formare, & & ſtatuaria ars, & imagines effingere, & ſculptoria. Aurifabrorum uero, & ſculptorum anulorū nomina, apud Critiam extant, & Platonem: Phyllidius uero in Vrbibus, Anularium uocauit.

iam ue-ſperi

## CAPVT XXV, DE LIGNISECIS, LIGNI VECTORIBVS, ET carbonarijs.

LIgnearum autē materiarū operarij ſunt, ligniſecæ, calones, & ligni uectores· Et inſtrumenta, ſecuris. Verba autē, ligna ſecare, ligna uehere, et lignare. Lignorum autem alia, fabrilia uocabis· alia, combuſtiua. Inſuper et ſuber dices, cortex, et faſciculi· Vnde et faſciculigeri, iſini dicuntur· & Viri, faſciculos geſtantes. Combuſtiuorū autem ſunt, ſarmenta, trunci, & titiones· Truncum quidem radicitus excindens, ferro poliui: Et Euripides dicit, Truncis abiegnis· Huiuſmodi autem truncos, Poëtæ & Stipites nominant. Sophocles in Hercule Satyrico, Ligna inſtar ſtipitū colligebam: Atq; carbones, & marila· Et Artifices ipſi, carbonarij, & marileutæ· Et uerbum, carbonari. Carbonum uero uas, cophinus, & ſporta. Sed carbonum caminus, furnus dicitur. Sed carbones ſemiuſti, prunæ· et radij ipſi, ſcintillæ uocantur. Sed carbones uendens, ∗ carbonipola. Phillylius autem in Vrbibus, Cribrarij quoque meminit, Hortulani, & Tonſoris: Phodes uero ſunt, ex ignis contagio orientes puſtulæ, tumores, & maculæ· in primis in Fabrorum tibijs.

carbonum uenditor



## CAPVT XXVI, FABRORVM OPERA, ET INSTRVMENTA.

OPerariorum porro ſunt, nauium Fabri, nauium cō pactio· Fabri, & fabrica, lectifici. Quæ ad nauium compactores attinent, ſuprà dicta ſunt de nauibus. Et ∗ quæ de lectificis, in Conuiuatorijs traduntur· Et quæ ianuarum compactorum ſunt, in Tractatu Domuum. Quibus addendum eſt, quod Homerus anulum oſtij, Coronam uocat· quem alij, Coraca dixerunt· et Poſidippus in Galata dicens, Coraca clauditur oſtium· Non eſt autē probata Neotericis uox, nonnunquam tamen ∗ ijs utendum, quæ tamen ipſis recepta nō ſunt. Sed quæ Fabros ſpectant, eadem in Cō potatorijs tractata ſunt· ubi & menſa, & tripodes, hæc enim illorum ſunt opera. Tum & ſellæ, ſedilia, & throni, lignariæ fabricæ ſunt· Fori, ſcabella. Pulcherrimæ autem ſellæ, ſunt Theſſalicæ· Quare & Pythia inquit, Theſſala uaria ſella: Scala, ſcalæ: Et ſcalarū aſcenſiones, gradus. Fabrile etiam eſt, Compingere fores, in Ariſtophanis Lyſiſtrate: Cæterum inſtrumenta horum ſunt; aſcia, ſecuris· Bipennis, ut Xenophon inquit. Terebrum, terebra, terebri theca. Aris· Callias enim in ∗ Pedetis dicit, Patriæ aridis:

raris

Vinctis

Serra· Sectrix, quam limam uocant. Et Lima quoq; à Xenophonte dicta eſt. Inter opera autē ipſa, & ea quæ apud Alexidem ſunt, numerabis. Et uerba ipſa, extirpare, ſecare, ſecuri ſcindere· Fortaßis & polire, aptare, pangere, compingere, calleſcere. Secare autem, & ſcindere dicitur. Et Exciderunt, dicit Thucydides: Sectores uero, cæſores dicuntur. Faber porro, & muſcipulas cōficiat. quarum pars conſiſtens, & ſoluta, πατάνιον· ſed quod funiculo appenſum eſt, ſcandalethrū dicitur. Maior autem ille in maioribus muſcipulis clauus, malleus, ueluti feram quoque contundens. Sed Curruum compactor, ſecundum Homerum fabrilibus adnumerabitur. Et plauſtri compactor dices, & plauſtra compingere, & currus compingere· Et Currus cōficere, uel iuga, ut Ariſtophanes in Pluto: Alia uero omnia de curribus, plauſtriſq; dicta ſunt. Radios autem, non ſic modò, ſed & radiolos nominarunt· Lyſias enim dicit, Currus radium arripere: Notandum quoque quod nō in curribus flagella depoſuerunt, ſed ferè theca quædam appellatur. Sed biga dicitur, quæ duos recipere poteſt. Rotarum uero ueſtigia, quæ Homerus Orbitas· Callias in Cyclopibus, Ἁμαξοτροχίας uocat. Et quod ſuper currum eſt circumſeptū, quod laqueis continetur, mormū uocatur· et μορμογδύφρ, eſt onera huic inferre. Præterea Aedificatores, Homerus Fabros appellat. Et Architecton, apud Platonem dictū eſt. Muſa enim Tectonarchus, apud Sophoclē in Dædalo, durum eſt. Sed Architectum eſſe, dixit Ariſtophanes: Dices præterea, ædificatio, ædificatoria· Aedificatio enim, apud Thucydidem eſt. Aedificium, ædificare, ædificatorie, ædificatorius, ædificator. Ariſtophanes uero in Gerytade, Aedificatores dixit· & Plato, in Secundo Reipublicæ· Eundem uero, & murum extruere dices, & murum ſtatuere, lapides legere, lapidibus operari. & Murarium eſſe, & murificum, et uectiarium· niſi forte hoc, fabrilis artis miniſterium quoddam eſſe putes. Lapides geſtare, dixit Thucydides: Cæterum Xenophon in Oeconomico, Aedificandi ſtudioſos inquit. Latomos autem, alicubi Sophocles· & Latomorum inſtrumenta, uocat Limas, & Scalpella: Lapicidā porro, Xenophon in Tertio



in Tertio Inſtitutionis dixit· quemadmodū Demoſthenes Contra Euergum, & Mneſiodulum, Lapidiſecam. cui & lithonius adnumerandum eſt. Lapicidarum autem malleus, cœlum nominatur.

## CAPVT XXVI, AEDIFICATORVM OPERA, ET INSTRVmenta.

SEd Aedificatorum opus, ædificare, ſuperædificare, ædificia diſponere, lapides aptare, coaptare· diligenter, cohærenter. Adæquare, dirigere, extendere, inflectere, circumducere, exaltare. Et Domus ad uiam conſtituere, Lateres proportionaliter immittere· hæc enim Hyperides * ad Epicleum dixit. Cum in Libro autem Poëtæ dicunt, Ἐρέψομαι πρὸς αὐτὸν στεγάσομαι, ad pinnaculum exſtruere ſignificant. Murum erigere, turrim ſtatuere· Interturria, propugnacula, depulſoria. Proædificare, circumſtruere, uertices, ambitus· Et uertices eleuare, uerbum. Fornices, portulas, grundas, imbricamenta, grundarum baſes, imbricamentorum fulcra· grundas fulcire, tegere, *. Teges, tectum, culmen· Vertex· Vnde & ſerpens, domeſticus dicitur. Tum & Fundamentum, domus pars eſt, ſecundum Lyſiam dicentem in Typo· Tecto confecto ſimul, & fundamento: Huius etiam farinæ fuerint, lapideum pauimentum, lapidum ſtrues, & lapidatum. Et ἐπίκρανα, columnarum capita. Et Στυλοβάτης, Doricæ columnæ baſis· Σπεῖρα uero, Ionicæ: Aedificiorum autem partes ſunt, muri· Sed Hyperides, Muri uiatici dixit. Cubicula, pinnæ, pinnacula. Sed Baſim, de domo dixit Plato Comicus in Feſtis· Culminibus autem, et foribus, Thucydides: Tum & cancelli, ianuarum ſpecies ſunt. Cæterum ianuæ ligna, nominantur quaterna. Et intra fores fieri, intra quaterna fieri dicitur. Superliminaria autem, ſupertenſa. Sed Cratinus in Dionyſalexandro, Peſtes, & porticus uult uarios: Porticus uero Xenophon, quos nunc conſeſſus uocant. Tum & Lesbium, Laquearia, & Cynema, partes operum ſunt in Aeſchyli * Thalamopijs· Sed hic quiſpiam Lesbium, laqueare quoddam, at-

[margin: educere]

[margin: Thalamopœis]

que cynema triplicibus laudet rhythmis: Fortaßis uero & thalamorum factores, artis nomen erit. Et Culminis ſuſtentacula, dicit Herodotus: Lapides autem defoßi, quos Homerus Infernos uocat, qui fundamentis immittuntur · & eoſdem, fundamentales lapides nuncupauerunt · Continentur hic, & columna domus media. Fumum uero, & Fumale, Eupolis dixit. hoc quidem, * in Baptis illud uero, in Populis: Dicenda etiam ſunt, ſubterreſtria domicilia, & ſubterrena. Licet etiam lapidem, nominare durum, & aſperum. Porro ædificiorum materiæ ſunt, lapides, ſilices, lateres, ligna, gypſus, tegula, fulctrum. Ligna, tectis deſtinata · quæ Thucydides, Ligna contignationis uocat. Segeſtra, argilla, calx uiua, calx, bitumen. Et fuſilibus quidem ædificia oportet colligare, conglutinare, coniungere, coaptare, compingere, committere · calce uero linire, deinde illinire, delinire, inungere, detergere; purificare, ſplendefacere, alleuiare, attenuare. Et dealbatoria uocabis, & uerbum dealbare · *hocq; faciens, dealbator. Sed et Amphidis, extat Coniates Fabula: Sed Aedificatoris opus eſt, Pinnacula erigere, ut Hyperides ait · Ambitū extruere · Ariſtophanes enim in Senecta dicit, In domuum ambitu conſiſtens · Eius porro inſtrumenta cum Lignarijs ſimul, ferra lapidaria, et ferra lapides operātia. Cœli · Vnde & cœlo polire dicitur. Hypagogeus, quod poliebant. Securis, amußis, plumbeæ regulæ, canon, circinus. Vectis enim, ferrum eſt, muros ſuffodiens. Ἰκριοποιοὶ uero ſunt, qui circa forum furcas extruunt.

Tinctoribus.

idq; facientem

I

## CAPVT XXVIII, PICTORVM OPERA, ET INSTRVMENTA.

INſuper & ſcribendi ars, una ex mundi artium habetur. Et Artifex quidem, Scriba, Scriptor. Et opus, ſcribere. Et aduerbiū, ſcriptoriè. Tum etiam pictura, Pictor, & pingere, & animalia effingere. Vocabis quoq; artem animalium imitatricem, animalium effictricē, ſimulatricem · & Virum, imitatorem · Simulator



enim, durū eſt · Ipſum uero opus, imitationem, imitatū, figmentum, ſimulationē, picturam. Atq; pingere, fingere, æmulari, referre, repræſentare. Ipſum autē opus, imaginem dices, imaginationem, ſimulachrū · et Virum, imaginatorium. Atq; aduerbium, imaginatoriè · Verbumq;, imaginari. Licet etiam adumbrationem nominare, ipſum opus · et Virū, adumbratorem, et adumbratiuū. Aduerbiumq;, adumbratoriè · Sed ipſum uerbū, adumbrare. Cæterum artis partes ſunt, effictio, depictio, umbra, adumbratio · Sed inſtrumentū, ſtylus, et penicillum. Atq; materiæ ipſæ, tabulæ, tabellæ · et ſecundum Iſocratem, Cera, Colores, Pharmaca, Flores: Cerā macerare, miſcere, fundere · colores temperare, attemperare, miſcere, cōmiſcere, admiſcere, confundere, confundi. Lineam ducere, umbrā adijcere, umbram inducere, umbram addere, umbram ſubijcere, umbram inferre, umbram immittere · colorare, appingere, depingere, floribus illuminare, linire, illinire, delinire. Sed id in quo tabulæ cū pinguntur, innituntur, lignum eſt tripes, et pulpitum uocatur, & * κιλλίβας. Colores porro, purpuriſſum, purpureus, uiridis, croceus, cæruleus, cinabari, fuluus, fuſcus, ſubflammeus, ſubfuſcus, albus, niger, denigratum.

tegmentū

## CAPVT XXIX, MERCENARIORVM NOMINA, ET OPERA. I

SVnt præterea, qui res è foro, aut portu ferunt · baiuli, amphorarij, amphorægeruli, portatores. Verba autem, baiulare, amphoram ferre, portare, geſtare · Aquæ portatores, ligniferi, colones, uaſigeruli, lignatores. Ligna portare, laterum portatores · lateres ferre; cementarij, cementum geſtare. Ligni uectores · Vnde & Lignum uehens, dixit Demoſthenes: Sarmentorum baiuli, quod nomen apud Lyſiam in Epiſtola Ad Meganerem extat. Tum & Lignationem, Lyſias dixit. In genere autem dicere licet, mercenarij · & ut Phrynichus, Mercenariæ Mulieres: Hinc etiam uti poſſumus, onerarij · quoniam quæ ab illis portantur, onera uocabis, geſtamina, & ſarcinas. Onerarij autem nomine, de

mercatoribus ſarcinas uehentibus utitur Aeſchylus in Phrygibus,
aut Lytris· Sed nautam onerarium, qui ſarcinam littore eduxit: Por
tatores uero, Vetus Comœdia uocauit eos, qui onera ex emporio
deferunt. Sed lignum, in quo res ſuſpenſas ferebant, Armigerum
uocatum eſt à Platone, in Ioue *. Baiulos autem, Noui Comici
Mercenarios appellauerunt. hoc uero nomen Byzantiorum erat,
unde & Byſantios nuncupabant· nonnulli autem Colonites, ut
Hyperides: Duobus autem locis, Colonis dictis, exiſtentibus.
hic quidem Equus dicebatur, cuius meminerunt, * Oedipo illuc
confugiente· ille uero in foro erat, iuxta Aiacis templum, quò mer-
cenarij confluebãt· Vnde et hoc dicitur, * Vnde uenisti, ſed in Co
lonum abijſti: Liuor autem dicebatur, in collis eorum, propter ſarci
nas contracta macula. Cæterum opus ipſorum, portatio, & mer-
ces. Portatorium, quod & latorium, & geſtatorium uocare lice-
bit. Sed Ariſtophanes in Heroibus uidetur, portatoriã mercedem,
more præſenti Portationem dixiſſe, cum inquit· Obolis exiſtenti-
bus quatuor, et portatione· Cui idem uidetur illud Eupolidis in A-
micis, Quanti ſit precij, dicat quis, portatio: Fortaſsis uero & fi-
migeruli, ex horũ numero fuerint· & uectores fimi, qui & fimile-
gi dicẽtur. Ariſtophanes enim, Fimi uecturas dixit· et alibi, Cophi
no arrepto fimũ colligit: Sed Plato Comicus, Fimigerulos uentres
dixit· quo uocabulo, & propter hunc utendum erit· Et quæ ab his
colliguntur, ſunt ſtercora, & fimus· Quorũ à fimo quidem, latri-
næ· à ſtercore uero, apud quàm plurimos ſterquilinia dicuntur. Sed
Strates in Philoctete inquit, Neq; ſterquilinij theſaurum abiecti-
tium: Ex baiulorũ quoq; ordine fuerint, umbraculigeri et faciferi.

appellato

quod Oedipus

Quia

I

## CAPVT XXX, DE AVCVPIBVS.

ARtes autem operariæ, & practicæ, præter haſce
prædictas, et eorũ * Artifices ſunt, Venatores, ca
num ductores. Et uerbum, uenari, uenationem ex
ercere, canes agere· Veluti & aucupes, & auium
uenatores· Verbum autem, aucupari. Teleclides
uero, in Prytaneis dixit, Agere, uenari, aucupari: His etiam, gallo-
rum por-

Operatores quidem



rum portatores adnumerabuntur· quorum mentionem in Axiocho
Aeſchines facit. Nam & Phrynichus in Saturno, Gallorum fo-
rum dixit· * quemadmodum & gallorum uenditorem nominabis,
fortaſsis & cothurnices gerentem· Nam cothurnicum ſector, inu
ſitatum eſt· Et cothurnicum uenditor * quos et Tymphocos, * Co
mici uocauerunt * quod cothurnices excindant, & perforent, &
cothurnicum expertem.

## CAPVT XXXI, DE HIS QVI IN MARI OPERANTVR.

PIſcatores, retiarij, rete trahentes. & rete iacien-
tes quoq;, hi uocantur· ueluti ij qui reti utuntur,
ἱερωτεῖ.· Retium textores uenatores, purpura-
tores, purpurarum captores, ſpongiarum uenato-
res. Et Spongiarum urinatores, Lycurgus Contra
Meneſemnũ dixit. Vrinatores, aquatici, urinatores demerſi· Sub-
merſor enim, ſordidũ eſt· hoc autem, de catulo uſus eſt Herodotus:
Nunc autẽ Supinè urinatorũ ſpecimen, dixit Ariſtophanes, et Pla
ton: Dicendũ porro, nare, pernare, tranare, tranantes· Et natare,
trãſnatare, pernatare· perurinare, deurinare, fluctibus uehi. Aquæ
innatare, ſupernatare, ſuperferri. Vrinare· Vnde locũ urinandi, uel
lauandi, dixit Platon: Mergere, ſubmergere, demergere. Lato uten
tes tridẽte, pertica, aut igne. Et horũ artes ſunt, uenatoria, uenatio,
uenatica· aucupiũ, auium captura, auiũ captio· Piſcatoria, piſcatio,
hamatio, hamorum piſcatio, retium uenatio, retiorum uſus· uenati-
ca ars, urinatoria, ſubmerſoria, tridentis uſus, tridentaria, plicato-
ria, purpurarum captura, ſpongiarum uenatio· Piſcatio, quæ igne
fit. Gubernatores uero, & Proretæ, Nautæ ſunt. quibus & Naui
tæ Mulieres, apud Ariſtophanem adnumerandæ ſunt· & omnia,
quæ ante de nauiũ neceſſarijs rebus dicta ſunt. Sed Præfectus, na
uis inſpector eſt. Ariſtophanes autem, in Lemnijs, Nauis cuſto-
dem dixit.

Itaq; Et Ipſos ueluti Cothurnices ſciderunt, et Perforarunt, & Cothurnicum conditurarũ inexpertum

CAPVT

## I CAPVT XXXII, DE AGRICOLIS.

HVc præterea pertinent, Agricolæ, plantatores, Vinitores, Hortulani, olitores, lignatores, oleatores, ficus curantes, ficuum cuſtodes. Agricultura, agricolatio, plantatio, plantatoria, plantandi opus, plantatiua, uitiũ cura, hortorũ cultus, nemorũ adminiſtratio, ſyluana, nemorũ plantatio olearũ conſito·oleaerũ cura, uel cultura. Et ipſæ res, terræ cultæ, plantæ, plãtata, uineæ, horti, hortenſia, paradiſi, nemora. Et Ruſtici, hortenſes, plantatorij, uinitorij, ſyluani. Atq; aduerbia, ruſtice, uinitorie, hortulane, ſylueſtre. Et uerba, colere, plantare, uites curare, & uites tractare, uites conſerere, Hortulanum eſſe, nemora curare, oleas nutrire·Et Occare, dixit Ariſtophanes: Sed horũ partes, antè prædictæ ſunt. Tum & meſſores, uindemiatrices, ſpicilegæ, runcatrices, & ſarmentorum collectrices, ex horum numero fuerint. Tum & herbas legere, ſarmenta corradere. Herbam autem Medicam dixerunt, pabuli cuiuſdam ſpeciem. Pabulum autem, & fœnum, & olus, & fœnum ſemiaridum. uel * κέασις dicitur·Vnde & uas, quod fœni cauſſa ſupra præſepe ſuſpenſum eſt, * craterium nominauerunt. Et Arborum ordinem, dicit Xenophon·& de opere, Aream operari: Spicilegam uero, dixit Cratinus: Cæterũ ex ijs quæ Hortulanis conducunt, etiam Ciconia eſt·cuius non Herodotus modò, ſed & Ariſtophanes meminit·Veluti & emergens, & demergens formæ cauſa * dicitur. Ficuum uero tutores, ficus cuſtodientes dicuntur. Et ipſum opus, ficus inſpicere. Et caprificare, eſt caprificus demptos in calathos reponere. Caprificus enim, & caprifici fructus dicuntur. Sed συκάζειν, ficus legere ſignificat. Et ἀνθεικάζειν, ficuum folia legere. Animalia uero quæ in ficis naſcuntur, culices. Et Muliones, ſecundum Ariſtophanem dicentem·Culices, mulionesq; ficus tuos deuorant: Traſia autem, non modo ficuum cumulus, ſed & arundinum connexio eſt, ſuper quam ficus torrentur. Multis autem ad agriculturam pertinentibus prædictis, & hoc dicendum

farrago
tenaculum
Ciconiæ uero, Hortulanis



dicendum eſt·quod cedris, cedri·et memycela, fragri, aut mori fructus ſunt. Et μετόρχιον quidem, dicitur medium inter plantatas arbores ſpacium·quarum ordo, * ὄρχος appellatur. Malleus autem, media inter euulſa loca eminentia·Vnde & ὑποσφυρῶσαι Poëtæ dixerunt, pro imperare. Similiter & in uite pars, * à terra uſq; ad malleolorũ excreſcentiam *·* ea quæ accreſcunt, germina nominabis·aut Palmites, ſecundum Platonem·qui etiam capreoli dicuntur. Et ablaqueare, eſt capreolos amputare·ſicut de ſtirpibus, extirpare dicitur. In Lege ſanè Attica De Cõmunibus ſcriptũ eſt, Neq; carbonariam exercere, nec ablaqueare, neq; extirpare: Oliuæ autem fructum decerpere, ἐλαιοῦν uocauerunt·& oleatores, qui hoc faciunt. uirgasq;. quibus fructũ decutiũt, perticas. Plantas autem nutrire, uiuiradices efficere dicitur. Tum & plantas confertas dices, & diſpoſitas. Et terra uitigera, niſi ſecundum ordinem conſita fuerit·ordinata autem, quæ ordine conſita eſt·Quæ uero alio modo, nec arboribus domeſticis plena eſt, orchama. Et ſi quis ſyluã combuſſerit, locũ quidem propter opus hoc, * ῥωχμοὺς nominabis. Sicuti autem uitis ramus, palmus·& oleæ, germen·ſic palmæ, ſpadix dicitur. * Rebus uero ruſticis, & mellificatoria apponere cõuenit·Sciendumq;, quod apum foramina, introitusq;, cittari uocantur, aut faui. qui autẽ in his uermiculi latent, ſoboles·aut nymphæ, poſtquam prouenerint. Sed quos Σκαπανῆρας uocat Xenophon, foſſores ſunt. Fodientes autẽ, uocat Archippus·Fodientibus, Hortulanis, agaſonibus, et runcatricibus Mulierculis: Raſtrũ porro, Raſtrulũ uocat Ariſtophanes: Sed foſſorum inſtrumentum, ligo eſt. Sed Frui. & Fructum, dicit Xenophon·quam nunc fructificationem dicũt. Frui autẽ idem, quod fructũ capere, ut Thucydides dicit. Et uerbũ, fructum poſſidere. Hyperides autem, Ad Thaſios·Frui bono, & copioſo agro: Sed fructificationes, in Gerytade dixit Ariſtophanes·& fœlici fructuũ prouentu frui, καρπώσειν uocauit in Tageniſtis: Sed radicare frumentũ, radices agere dixerunt·Vnde Pherecrates in Transfugis inquit, Vt ſegetes radices agant: Tum & metere, & meſſem adminiſtrare. Et res ipſa, nõ θέ-

ſeries
quæ arborum
Accreſcentiæ ſunt, quas
fiſſuras
Poſtquam

gos modo: ſed et Meßis dicitur, ab Aeſchine Socratico: Ariſtopha
nes autem, Mulierem metentem, et ſarmentatricem dixit. Sed man
lenimen ſuetæ uitis palmes, * pramnema uocatur. Et lignũ, in quo oleũ ex-
primunt, ὄρος· funis autem, quo ligna co ligant, laqueus. Crater
terio autem, in quem oleum expreſſum influit, * τριπτήρ. In quod uero
uuarum re uindemiatores uuas conijciũt, *Σταφυλοβολεῖον· ſimiliter et ubi
ceptaculũ calcant, Torcular. hæc autem nomina, ex Iſæi Contra Dioclem
Accuſatione ſunt. Sed qui ſtabula purgat, ſeu Vir, ſeu Mulier, ſta-
bularius dicitur. Cæterum quod ex fracibus uuarum compreßis
effluit, fex dicitur. Tellus uero ſemiculta, à Solone dicitur, quæ
partim culta eſt. Et μοργὴ, agriculturæ pars eſt. Porro quarta ui-
ce depaſcere, πετραχίζειν uocarunt. Sed quæ nunc uitium gem-
mæ, dicuntur ſcintillæ. Et ante tẽpus maturus fructus, Præcox, in
Ariſtophanis Lemnijs nominatur· et Fructus præmaturos, idem di
xit. Sed Ficus bis in anno fructificantiũ, dixit in Carpatalis Phere
crates: Atq; ficuũ plantas, Ficulos, in Lemnijs uocat Ariſtophanes:

## I *CAPVT XXXIII, DE ARTIBVS OPERARIIS.

ARtes uero operariæ hæ ſunt, tibiarũ confector,
lingularum opifex, tibiarũ perforator· tibiæ con-
fectio, lingularũ opificium· Inſtar lingularũ, in-
ſtar tibiarũ, pforatorie. Et ipſum uas lingulas cõ
tinẽs, lingularũ theca dicitur· Sed tibiarũ theca,
συβίνη. Rurſum uero, lyræ opifex, lyræ opus· lyræ confectio, ly-
Conuiuis rarũ confector. Sed Ariſtophanes in *Dætalis alicubi, & Lyroniã
dixit. Plectrorũ opifex, plectrorũ confectio: plectrorũ opificium,
plectrorũ opifex· Inſtar plectri. Chordarius, chordarũ confectio,
inſtar chordæ factum, chordarũ confector· Et hinc quoq; Chor-
darum uenditor, ut Critias inquit. Neruis conſutus, neruis conſu-
ens· Et hinc neruis formatæ, circulatorum imagunculæ. Armifi-
cus, armorum Faber, armorum confectio. & hinc, arma, armatu-
ra, armatus, armari, dearmatio, armorum pugna, armiger, & arma
mentarium. Sed armorum dux, ſcutificus, ſcuta complicans, ſcuti
contex-



contextura· Sed et Lyſias, Orationem de Scutifico habuit· Et hinc
dicitur, ſcutum, ſcutiger, ſcutatus, conſcutatus· Sub ſcutum con-
ſtipare, propugnare, protegere· protectorẽ, paruo ſcuto utentem.
Galearum opifex, galearum opificium· galearum confector, galea
rum confectio, galea. Thoracis opus, thoracum Artifex· thorax,
thorace indutus, thorace armatus, ſemithoraces. Enſium Faber,
gladiorum uenditio· gladiorum uenditor, gladius, enſiferi, pugio-
nes. Arcuũ factor, arcuum confectio, arcus· iaculator, arcum ge-
ſtans, iaculatorum princeps· De equo iaculans, iaculari, eiaculari,
iaculationes. Telificus, telorum opus, telum, iaculum, iacula. Haſta-
rum politor· Haſta ferrea, quæ Gæſa uocatur, & Libyca eſt. Haſti
ger, haſtæ geſtatio, haſtæ armamentarium, mancipium, haſta ca-
ptus, haſtæ captiuus. Sed Ariſtophanes in Scenis, Præhendẽs, in-
quit, latorum duplicem coniunctionem iaculorũ. et Criſtas uende
re, dixit idem· et Clypei redemptionem, id eſt ſcuti· *Σάγη uero, Sagam
panopliam totam ſignificat. Galeæ autem criſta, conus appellatur·
ſicuti & gladij cuſpis, mucro. Arcus porro uinculum, ποδάκνη·
Quemadmodũ cuſpidis circulus, πόρκης dicitur. Arma μέσωρα
ſunt, quæ pedibus adaptari poſſunt. Sed Xylomachæra dicitur, gla
dius magnus, in Theopompi * Capelis· Elephantorum ſectores Cauponis
xylomachæras, & haſtas: nonnulli enim haſtilia, ſic nominata pu-
tant. Sed iaculi acies, hami dicuntur, & barbæ. Corona autem, ga
leæ & ſpecies fuerit, & pars. Multa uero ex his in Militaribus, u-
bi & horum ſynonyma, & armorum partes expoſuimus, ut iam
prædictum eſt. Nunc autem, ad pacificas magis artes redeamus.
Veſtiarius, ueſtiaria ars, exomis ueſtis, chlamydis confectio· chla-
mydis ſartor, penulæ, palliola, penularum cõſutor. Lectulorũ con-
fectio, lectificus, lectulorum compactio, lectus, lectica, lectulus·
Aegrotus, lecto decumbens, decumbere. Sed Lectum decuſſerunt,
dicit Cratinus in Dionyſalexandro: Et arca· Arcarum Faber, ut
Dinarchus: Arcula. Tum & rhiſcus, ciſta, cubile, cubiculum, mu-
cro. Idemq; Dinarchus, Coriarium dixit· & Poculorum confecto
rem, Vrnarium: Vrnarum compactor, urnarum compactio· Vrna,

& hæc eadem & urceus dicatur, *arca, & linter. Reſtiarius, reſtio, lorarius, funis, reſtis, funiculus, funis integer, contextum funibus. Cophinorum complicator, & cophinus. Velificus, uelum, uelum implens. Figulus, fictile· Figulina, ars, & fictilis. Tegula· Et lateres, non de tecto ſolum dicuntur, *ſed & de republica male mereri·

Teſtam uinariam

Thucydides uero utrunq;, Κεραμεύειν uocat. *Vas teſtaceum uinarium, dixit Herodotus, & Cratinus· Ariſtophanes uero, & Acetarium: Fictilium uenditores, Figulinum forum, ut Dinarchus: Et uerbum, Fictilia uendere, apud Alexim: Fictilia mixta, urna, & terra figulina. Et lutum, omnis Figulorum materia. Tectum uero, non modò nunc κέραμον nominãt· ſed et Ariſtophanes ſic uocare uidetur, in Cocalo dicens· Cophinos uero lapidũ, nos iuſſerũt in κέραμον: Vaſa fictilia, & terrena· Et fictiles, imagines. Dolia, doliola, amphoræ, byci, cothones, urnæ, urcei, urceoli· Vnde in Media Comœdia, Κασαμυίζειν uinum, pro appetere dixerunt. Et Λεπρᾶν fictile acetabulum, pro humectare, dixit Ariſtophanes: Patellæ fictiles, catini, ollæ. Χυτρίδας uero, ollarũ fora dixerunt· Quemadmodum & ollaria, pro ollarum locis. Lateres, laterarius, lateres trahens· lateres trahere, lateres formare, lateres ferre. Et laterarij dicebantur, lateres formantes. Ollarũ Artifex, pupparum formator. quorum proprium erat, flaua tingere· furnariorũ uero, deaurata. In dolio figulinam diſcere. A dolijs uero, & Cadus dicitur, iuxta Pherecratem in Petale· Et ex cado merum extraxit: Tum & Eupolis in Populis inquit, Hic ſane illis cadus erat: Cum autem Igne fiſſum, Cratinus dicat in Horis· figulinæ arti, hoc nomen adnumerandum eſt. cum eodem & Ariſtophanes in Acharnenſibus utatur, Stridulum quidpiam, & igne fiſſum: Sed circa quod cadorum Fabri lutum illinentes, cados formant, canabus appellatur. Lu

Non ſeneſcente

tum uero, Ἀναχύρωτον, Ariſtophanes in * Agero dixit. Formatores, formare, efformare, formatoria. Ceræ formatores, formandi ars cum cera· Ceram macerare, alleuiare, liquefacere, remittere, ſubigere, mollefacere. Dicitur et lutum ſubigere. Tonſor, nouacula· tondere, detondere, abradere. Comptor, comptrix, comptoria



ptoria ars· comere, & pectere· Vnde & Homerus, Sed hæc capillos pectens, manibus cincinnos complicuit ſplendidos: Pice ornatus, pice ornans· picare, pice illinire. Euulſoria, uellere, colligere.

## DE BALNEATORIBVS. II

Balneator, balneatrix· balneum, balneatoria, balneari. Sed balnei pars, focus, & unctuarium. Alexis enim in Caunijs dicit, In balneo nec ignis foco aderat, & clauſum erat unctuariũ: Et balneorum uaſa, Situla, & Vrna· utrumq; enim dixit Ariſtophanes: hic idem uero, & Balnei caminum dixit. Fortaſsis & balneo conueniet eiuſdem dictum, in Lemnijs· Sed nunc ipſam reliquerunt mundatam in cacabo: Tum & in balneo pectere. Balneo quoque conuenient, lauacrum, lauare· Et Lotores, ut Xenophon: Et lauacri aqua, Lotio, ut Ariſtophanes in Heroibus· Neq; lotoriam pedum aquam, nec lotionem effudit: Noua autem Comœdia, & Λό-τας uocat. Tũ et Aeſchylus balnea, ferè Lauacra uocauit· * Laua- (Lotum eſt)
te quidem lauacrũ hoc ſecundò, ſed facile è maximis lauacris· Anaxylas autem ſic dixit, quos nunc lotorios lebetes uocant, in Balneorum opifice dicens, * non ponuntur * lebetes: Quidam uero (Balneis lauacra Moderante uitam Conuiuis.) Recentiorũ, magnum in balneo cacabum, Mactram nominauit, ut & hodie· Nam in * Diætonte inquit, In balneum ingreſſus, non æmuleris eum, qui tecum in mactram, conſcendit: Lauandi autem uerbo, & frigida lauare cõueniet· cum Frigida lauimus, in * Dætalis dixerit Ariſtophanes· & Collotores, dixit idem in Certatoribus· Sed Illuuiem, Eupolis in Taxiarchis· Pro uario ſordidum habentem illuuie caput, & pallium: Balneo porrò, & ahenus adnumerabitur. Herodotus enim, Ahenus Græcus dixit· Philiſtus uero, Lauacra, & fomenta.

## DE TINCTVRA, COLORIBVS· NVmularijs, & horum neceſſarijs. III

Dices præterea, tinctura, coloratio, decoloratio· Tingens, demergens, colorans, decolorans· Miſcens, proprium enim hoc, de tinctoribus *uerbum eſt. Eupolis uero, & Tinctionem· ſed (nomen)

 Antiphon,

Antiphon, Tincturam æris, & ferri dixit. Dicitur etiam, inficere lanas. Et mergere, atq; demergere, pro piſtillo ſupprimere. Tum colores, tincturæ, flores, pharmaca· & officina ubi hæc fiunt, tinctoria· Qui uero hæc tingit, purpurarius. Dices quoq;, lanas falſificans. Sed Antiphanes in Byzantio, iuxta hodiernum uſum dixit, Purpuræ octo circuli: Sed & ante, de irrigatoria tinctura dictum eſt. Numularius, numulariam quæſturam tracto, menſa, argentarius, argenti permutatio, campſor, Cenſor· Permutator, ut Lyſias De Aureo tripode: Et permutatio, quod nunc cambium dicitur. Et pecuniam permutare, atq; in partes redigere· Ariſtophanes, Nec argentum eſt in partes minores redactum: Sed numulis dictis pluraliter de multis, numulum ſingulariter dixit Amphis in Ampelurgo: Et in Cyclope Antiphanes, Numorum uenditor: Et Numorum uenditio, apud Platonem:

## IIII DE PILEIFICO, PLICATORE, ET quæ eorum ſunt· & de umbraculo muliebri.

Pileificus, pileorum confector· pileorum confectio, & opificium· Pileatorius, pileatoria. pileus, pileum, galeri. Conſtrictas eſſe poſſeſſiones, & corpora, dixit Plato in Timæo: Srictores, conſtrictores· ſtrictor, pileum, conſtrictio, ſtrictio, pileolum. Non autem capitis ſolummodo galerus ſic uocatur, ſed & hic qui pedibus induitur· ut Cratinus in Molliculis teſtatur dicens, Albos ſub pedibus pilos habebant: Sed Plato in Sympoſio, etiã Agninas pelles pileis tribuit· Pedibus inuolutis in pileos, & pelles agminas: Plicator, plicans, complicans· plicatoria, plicatorius, plicatorie· Complicatio, plicatio, circumplicatio· circumplicat, perplicat, pli-
plica cando diſſoluit. Connexura, *plicatum, & his ſimilia. Vas autem anſatum, fundos habens uimineos, cum Anacreon dicit, connexum è funiculis uas intelligit. Et plicare crates, dicere licet· &, ſportas plicare. crater enim, aliud eſt. Tum & ſportulas, cophinos, cophinulos, corbes, calathos, calathiſcos. fiſcellas· quod eſt uas uimineum, in quo humidos exiccant caſeos. Sed uas ad ficuum ſiccationem plicatum, traſia dicitur. Dices porro, cophinos plica-

re, cor-



re, corbes, ſportas, naſſas, carbonum uaſa, calathos, ſportulas, fiſcellas, urnas funebres, ficuum uaſa. Teſtudo autem, dicebatur contextura quædam, inſtar teſtudinis plicata· qua ante umbraculum inuentum, Mulieres utebantur. Sed & umbraculum uſitatum eſt, ut umbrægeruli, & umbraculũ gerit· Vmbraq;, ſub quo Bacchus re-
ſidet. Et umbratile feſtum. Cincinnus, cirrhus, rete. *fiſcellas fle- Et
ctere, & calathos.

## DE CASEI CONFECTIONE, FISCELLA· & quæ huc pertinent, & de diuerſis plicaminibus. V

Fiſcella, caſeorum inſtrumenta· Sic enim appellatur fiſcella, in qua caſeus recens coagulatur· quemadmodum lignum utrinq; hæc ſuſtinens, tela caſeigerula dicitur. Sed quod alia uaſa ſuſtinet, non uaſiferum modo· ſed & Portatorium, Ariſtophanes in Ranis uocauit. & Stoream funiculis contextam, idem uocat. Viminarius autem dicitur, qui ſalices flectit· Salices autem, uimina ſunt. Et uaſa uiminea, & uiminea ſcuta. Viminarium uero, uiminis laboratorem, uocat Eupolis: Caniſtri autem cõplicati è canabo, crates quidam ſunt, in Ariſtophanis Sphingibus· Neq; unquam tibi iuxta caniſtros mingam: Tum & Cophinus, complicatio quædam eſt, et corbis· Nam in Gerytade Ariſtophanes, Complicato corbe inquit. Tum grabbata flectere dixerunt. Grabbatum enim, in Conuiuatoribus Ariſtophanis dicitur.

## DE VNGVENTARIIS, MYROPOLIS, & horum proprijs. VI

Vnguentarius, ſic enim Critias nominauit. Vnguenti confector, ſic enim Anacreon: Myropola. Sed Vnguentũ uendere, dixit Ariſtophanes: Myropoliũ, unguentum, alabaſtrũ, pyxis
unguentaria, unguentaria lecythus, * pyxidũ thecæ. Et alabaſtra alabaſtri
ferentem, Aeſchylus Alabaſtriferũ appellauit. Vnguento ungere, thecæ
unguentũ olere, unguenta· ungere, inungere, unguẽtaria· Vnguentari, ungẽs, unctio, unguenti illinitio. Coſtam uero, nominauit in unguentũ demiſſam lingulam Ariſtophanes in Conuiuatoribus:

DE

## VII DE LYCHNORVM, STRIGILVM, ANNVLorum, & retiorum, uittarum, & mortariorum opificibus.

CAndelarum confector, candelarum uenditor, candela, candelabrum, lychnium, ellychnium. Lychnum incendere, & Lychni incenſio, apud Herodotum: Atq; lychnũ extinguere, quod nunc ſopire, & conſopire uocant. Sed Phrynichus in * Monotropo dixit, Poſtquã lychnũ conſopiuerit: Euripides uero in Ino, Canis in antris ſine lychno tanquam fera ſolitaria: Strigilum Faber, ſtrigilum confector· ſtrigil, ſtringere, ſtrigili deraſus. Eſt & ſtrigil, inuncta uitta, quam capiti induunt. Anulorum ſculptor, quem Anularium uocauit Pherecrates: Sed Sculpere, Cratinus dixit· & Sculptura, Eupolis: Anulus, anulus minor. Et anuli quidem pars una, circulus. altera uero, cui gemma immititur, pala aut πυλὶς nominata, ut tradit Lyſias: Anulum autem circularem, & gemma carentem, infinitum* & indeterminatum uocitant. Retiorum plicator, retiarius, rete, reticula. Vittarum complicator, ut Critias inquit. Vitta, uittula. Mortariorum ſculptor, ut Cratinus in Vicinis dixit. Menander uero mortarium, quoq; Contuſoriũ uocauit. Sed Pharmacofrangentem, nominauit Demoſthenes:

*Solitario

## VIII DE CHOREAE MAGISTRO, THROnorum & lecythorum confectore· operarijs, *.

CHoreæ Præceptor, ſaltator, ſaltatrix· ſaltatio, ſaltationes, ſubſaltationes. Molitor, mola, piſtrinũ, molaris cantio· Dea molaris, & beneuola· Et intus enutritũ animalculum, mylacris, aut mylagris. Nõnulli et tibia canentẽ Mulierẽ, mylacrida uocauerũt. Molam uertere, circumagere, circumferre, circũpellere, frumenta molere, conterere, terere, cõminuere, ſcindere, confringere· frangens, confringens· Ariſtophanes enim in Amphiarao inquit, Poſtquàm confregit, ueluti irrigatura inijciens· in Sphingibus autem, Animos confregit: Ex horum ordine fuerit quoq;, toſtio, torrere, * codomæum· frigere, frixare, frigatoriũ, torrere. Et Toſtorium, uas in quo torrebãt, ſecundum Theopompum in Sirenibus: Mortaria, lecythus. Frigator uero, etiam uentilator dicitur. Sed Virum frigentem, etiam frigatorium nominabis. Scirpum plicans, ſcirpi uenditor, ſcirpus, iuncus. Et σπαρτίνα, pro laqueo. Thronorum compactor, ſella, ſedes, ſeſſio, thronus, ſcamnum, ſcabellum. Lecythorum compactor, lecythorum uenditor· lecythus, lecythulus, puſilla uoce loqui. Inter alios uero Artifices, Plato in Secundo De Republica, etiam Operarios recenſet. Rapſodi, ſaltatores, hiſtriones, operarij, & his ſimilia. Nunc uero ſcenarum ſcurras, * ἐργολάβους uocant. Et omnes quidem, operarum redemptores uocare licet· quorum contrarios, Xenophon Elocatores uocat. Operarios autem, & Operarũ captores, Teleclides Comicus nominat. Oratores uero, uerbum * ἐργολαβεῖν, de calumniando, et obtrectando dixerunt.

& quæ circa ipſos

*toſtiuum

*opus capeſſentes

*opus capeſſere

## DE OPERVM PRAEFECTIS, ET diuerſis artibus. IX

EOs autem qui ad operum curam conſtituti ſunt, Attici quidem, Operarũ exactores uocant· Epicharmus uero, & Operum Præfectos dixit. Glutini coctor, glutini uenditor· glutinum, glutinare. Crepidarius, ſecundum Dinarchum: Et crepidæ. Monticola, montes colere. Dices quoq;, mulos ſubiugans, mulare iugum. Auriga, aurigatio· habenæ, habenas tenere· habenarum directio, habenarum rectores. Paſcua, paſcere· Paſtores, depaſcere, & compaſcere. Terra ouipaſcua, paſcens, paſcuis plena, & ſaginata. Et Pabuloſi campi, ſecundum Poëtas: Herbigerũ autem dixerunt, quod nunc pratum. Compaſcua autem, dixit Xenophon cum alijs compaſcere. Opiliones, ouium Paſtores, ouium greges, ouium paſtura, oues, ouium uenditor. Et ouium ætates. modò natum quidem, uocabis agnellum· Agnellum autem annuum, agnum dices, aut ἄρνιον. Deinde uocabis ouem, quæ & Ἀρὴν dicitur, apud Poëtas: deinde edentulum. Paſtores, capraria, paſcua, caprarum greges, & armenta· paſcere, capras paſcere· Canes paſtorales, & canes caprarij. Equorum paſtorum, equorum paſcua. Et ſecundum Sophoclem,

*clem*, Equiſones, & *equorum nutritores*: Boum *actores*, *bubul-*
*ci*, *boum uenditores*, *ſubiugatores*. Et Sophocles inquit, Poppyſſa-
tores, & *ſubiugatores*: Muliones. Et apud Dores, Agaſones & ,
Canes agentes: Aſinus, *mulus*, *mula* Clitellarij, *iugales*. Olim *ue-*
*ro certamen quoddã mulorũ*, *in* Olympiade *celebrabatur*. Et clitel
*lariorum mulorũ pugna*, *calpa iugaliũ uero*, *currulis dicebatur*. Et
Aſinũ *inſternere*, *dixit* Herodotus: Sed Xenophon Inſternere, *etiã*
*de equo dixit*. *Mulionis autem uerbũ*, Ἀστραβδύειν Plato *dixit*, *in*
Ferijs: Et *equis reprobis inuſtum ſignum*, τρίσιππον *uocatur*. Sed
Ariſtophanes, Boues *agere* &, Aſinos *agere dixit*. Subulci, *ſuum*
Paſtores Paſtores *boni*, *ſuũ curatores*, *porcorũ* Paſtores, *porcorũ*
Suculæ *greges*. Porcorũ *uenditores*, *ut* Ariſtophanes *in* Horis: *ſues, por
*ci*, *porcelli* * Serotini, & *parui*, *poſtporcelli*. Porcorũ *grex*, *hara*.
Χοιροτροφεῖον *autẽ*, & *grex dicitur* & *hara quædã*, *in qua porci*
*nutriuntur*. *Præſtigiatores*, *circulatores præſtigiatoriæ*, *congrega*
*tio*, *cõgregare*. Vates, *uatidici*, Aſtrologi, *nocte uaticinantes*, *è ful*
*gure uaticinãtes*, Aruſpices, *farinarij* Vates Cophino *uaticinãtes*,
Somniorũ dixit Philippides: Sed Magnes *in* Lydis, *Somniorũ Interpretes, et
Interpre- Reſolutores: Somniorũ *iudices*, *ſomniorũ interpretes*, *ſomniorũ ſi*
tibus *mulatores*, *ſomniorũ inſpectores*. Augures, Auſpices, Sacrifici, *ſa-*
*crificiorũ ſtudioſi*, Magi, Incantatores, Interpretes, *purgatores*, Ini
*tiatores*, *expiatores*, *emundatores* Et *uerbũ*, *expiemus*. Monſtrorũ
*inſpectio*, *monſtrorũ interpretatio*. Dices *etiam*, Viro *monſtrorũ*
Interpreti, *monſtrorum prouentus* Vnde & *monſtrificare*, *hypo-*
*critæ dicuntur*. Mirificus, *miraculorum effictio*, *miraculorum ad*
*miniſtratores*. Machinator, *machinarum inſtructio*, *machinatio-*
*nes*, *machinæ*, *machinatu faciles*, *machinandi facultas*, *machina-*
*rum ſtudioſi*, *machinandi ſtudium*, *impoßibiles*, *impoßibilitas*: Vi-
*rium experientia*, *ſecundum* Antiphontem: Machinatores *uero*, et
Ecpomato- Scenarum *apparatores*, Vetus Comœdia *uocauit*. Lingularum Ar-
pœus *tifex*, *lingulas conficere* Et Lingulas *conficientes*, *ſecundum* Xe-
Grammati *nophontem*: * Ecpomatopius, Alexis *Fabula* Et * Grammatido-
dopœus *pius*, Apollodori: Gubernatores, *proretæ*, *remiges*, *nautæ*: Et Nau





*tas turbinarios*, *dixit* Ariſtophanes *ſed* Theopõpus, Mulieres *nau*
*trices*: Portitores, *traiectus*, *nauium tractores*. Nauiũ *uero ligna*,
*quibus ſubiectis*, *naues trahuntur* *phalanges*, & *teſtudines*. Sed
*quæ humitractæ dicuntur*, *machinæ ſunt*, *quibus trahuntur*. Na-
*uisq́; non amplius nauigans*, *tracta*, *impulſa*, *impingensq́;*. *harum au*
*tem partes*, *prædictæ ſunt*. Sed Saccorum Textores, *dixit* Demo-
ſthenes Contra Olympiodorum: *Saccum autẽ*, *et Sacculum*, *dixit*
Comœdia: Hyperides *uero* * *de* Mecalo *dixit*, Conducebat *lectu-* in Oratio-
*lorum contextores*: Sophocles *porro*, Lectigera *culcitra*: Tum Eu- ne pro Me
polis *in* Adulatoribus, Vittæ, & *culcitra*: Sed *in* Phaone Antipha- calo
*nes*, *Strata*, *lectos*, *nouasq́; culcitras*: Præterea & Putearius, *artis*
*nomen fuerit* Phillylij *enim* Comœdia *quædam*, Putearius *inſcri-*
*pta extat* Puteariorũ *autem inſtrumentum apud eundem*, Pala *no-*
*minatur*. Tum & *utrem*, *muſtigeram dices* Muſtum *enim*, *plau-*
*ſtris ad forum deuectum uendebant*. Et Pherecrates *in* Agricolis
*dixit*, Vtres *muſtigeros*: Cæterum Tabernarij, *non permutatores*
*modò*, *ſed et uini mixtores dicuntur* Vnde et Platon Sarabonẽ, *ob*
*uini adminiſtrationem laudans*, Tabernariũ *eum uocat*. Tabernarij
*autem officinã*, Tabernam *uocauerũt legum* Doctores Et *ſuggil-*
*lata illa in* Sophoclis Phineo Palpebra, *ut tabernæ ianua eſſe dici-*
*tur*. Sed Hermippus *de permittente ſine pecunia bibere*, Ex taber-
*na potum promit*, *dicit* Cauponariam *autem dixerunt*, *ſecundum*
Ariſtophanem Eſt *ſanè cauponaria quædam* Vicina, *quæ cotylis*
*ſemper me deſtruit*: Cotylizare *porro*, *etiam de alijs dicitur par-*
*ticulariter uenditis*, & *non ſimul*, *fortaßis autem abuſiue id dici-*
*tur* Quemadmodũ & *cauponari*, *pro uendere dicunt*, *cum reue-*
*ra uini uenditoribus ſit proprium*. Pherecrates *quidẽ dixit*, Nihil
*cotylizare*, *ſed fuſim infundere* Sed Ariſtophanes, Noſtrum *no-*
*bis potum infundentes*, *pauperibus iſtis cotylizate*: Cæterum
*quod* Cotyla *liquidorum*, *aridorumq́; ſimul menſura fuerit*, Thu-
*cydides arguit dicens* Cotylam *aquæ*, & *duas uini cotylas*: Sint
& *quidem* lipitinarij, & Sepultores. Quæ *autem à uendendo di-*
*cuntur*, *de ijs dicere poſſumus*, Pollinctores Phrynichus *in* Tragœ

dis dicente, Tu uero quaſi pollinctor Achilles, neque unus: Et om-
nium proſtitutio, de omnium rerum uenditoribus dicitur. Sed eo-
probatio- rum quæ ſequuntur, quàm plurima dicit Critias: et multi * receptio
res ipſi res magis Authores, Vilitatem dicunt. Aeris uenditores, Ferrarij:
Holerum uenditores, holitores, caſeorum proſtitutores. Moris au-
tem erat, quanti uenderẽt, inquirere, mordere, & deguſtare. Stup
parum uenditores, laniuendæ. Thus uendentes, thuris uenditores.
Thus uendere, dixit Ariſtophanes: Radicum uenditores, balſami-
uendæ, caulij uenditores, armiuendæ, ſeminum collectores, ſemi-
aulularium num mercatores, aulularij. Aeginam uero, * chytropolin uoca-
runt. Pharmacopolæ: Et uerbum, pharmaca uendere. Et Pharmaco
frangentes, apud Demoſthenẽ: Acuum uenditores, acuũ uenditri-
ces. Lanciuendæ, ſic autem Comici, non modò lances, ſed & aues
uendentes, uocabant: quas in lancibus fictilibus proſtituebant. ſed
hos, Auium mercatores, Critias uocat. Sed ubi aues uendunt,
aucuparij * ὀρνεῶ του, auium uenditores. Pectinum uenditores, hamorum
uenditores, allij uenditores. Ficuuendæ, Pherecrates in Bonis, &
Caricatores dixit. Melliuendæ, mellis uenditrices, mel uendentes:
lecythos uenditans. Olei uenditores, acetiuendæ, ceparum inſti-
tores, ficuum uenditrices. porriuendæ. porriuenditrix: Porriuen-
ditrix enim, in Dionyſalexandro Cratini dictum eſt: Quemadmo
Venditrici dum Porrum uendere, in * Artopolis Hermippi: Sed in * Danaë
bus panis Ariſtophanis, Raphaniuendæ: &, Bellariorum uenditores: Sicuti
Danais in Phœniſsis, Theatri uenditor, qui ſpectacula elocat. Abdomen
uendens. Coronarum uenditores, & uenditrices. Sed coronarum
ſpecies, Eccelistus, ut Archippus in Herone inquit: Abit coronam
ex celiſtis geſtans: Celiſtum quoque, dixit Antiphanes: Olerum
uenditrices. Teliuendas autẽ, Hermippus in Parcis dixit: Poſſunt
& alia in fœminino genere formari. Coronas autem conſtitutas,
ſeu ſolennes, Ariſtophanes uocauit Promeritas: quas nũc, honora
rias nominant. Dicendum autem de quouis opus elocante, quod-
cunq; id fuerit, opus elocare: ſed de laborante, opus recipere. Sed
cum in Lyſiæ Oratione Contra Autocleum ſcriptum ſit, Eludunt
iudicium



iudicium calculis: calcularius deluſor, quoq; inter artes numerabi-
tur. nomen autem hoc nouus quidam Comicus, Eudoxus in Nau-
clero Comœdia dixit. Cæterum ſi & actiones turpiores, artis uo
cabulo nominandæ ſunt, dices: meretrices, ſcorta, meretriculæ,
ſcortantes: Lupanaria, luſtra, proſtibula: Lenones, proſtitutores, le
nocinantes. Scortum, etiam humicubam nominabis, & fornica-
riam, & ſcortillum. Meretriciam autem, in Agricolis uocauit Ari
ſtophanes: Sed Hermippus in Cothurnis, Meretricum perſoluto-
res: idemq; in * Artopolis inquit, Vt putridum ſcortum, & catul- Artipoli-
liens: Sed in Scænis * Ariſtophanes, Meretricem pardalim uo- dibus
cant, inquit. Scortari autem uerbum, extat in Primo Eupolidis Au cõpræhen
tolyco: Sicuti et Lenocinari, in Platonis Certamine: Et Scortatio, dentibus
apud Aeſchinem Contra Cteſiphontem: Atq; in Phrynichi Mu-
ſis, O ſcortum, excubator, & meretrix: Scorta porro, & equas
uocabis, ſicuti & ſalaces. Alea, aleatrix, aleatores, aleatoria. Talo-
rum ludus: aut * πισσεῖα, ſecundum Sophoclem: Sciraphia, & Talaria
Sciraphеutem, dixit Amphis in Aleatoribus: Tylia, cami, fritilli,
cithis, cribrum, alueolus, tali, tali cõcuſſorij, aſtragali: Vnde et Ta
lis ludens, apud Platonem: Sed talis ludere, Crates in Vicinis πισ-
σονομεῖν uocauit. Calculi, lineæ, iactus. Iactuum porro nomina,
inutilium quidem, & infœlicium: De quibus, aduerſa aleæ fortuna
uti dicitur: Midas, Manes, Patrelus, patræna, Magneſſa, irritus,
Aplia, fruſtraneus, ſupinus, cryphaſus, cacchaſus, tripliciter pro
micans. Chius, quem et Cium uocauerunt. Oenum, & œne. Oe-
ne autem, apud ſolos Iones habetur. Meliores uero, de quibus fœli-
ci aleæ euentu uti dicitur: iactus pronus, certus, pulcher, Phyſon,
ori, conueniens: amicus, aut Cous. Sed Midas, etiam inter medio-
cres iactus referebatur: ſunt & alij multi, quos recenſet Eubulus
in Aleatorijs: Aculeatus, ſacer, currus pedes ſuperans, cerynus,
fœlix, cynotes, paria, harmatiæ, Lacon, contrarius, reſul ans, pro-
ſper, mordax, precioſus, deficiens, pyalites, conueniens, lubricus,
agyrtes, œſtrum, reflexus, Doricus, lampon, Cyclopes, * Epiphe- Epiphenon
nus, Epiphorus, Solon, Simon.

## ALEAE SPECIES, ARTES ALIAE, & horum nomina.

Aleæ porro ſpecies, ludus teſſerarum, ludere par impar, diagrammiſſare, diagrammiſſatio · Chalciſſare, & Chalciſſatio · Himantelegmus, & naualis pugna · * Inerat et linea quædã ſacra, unde prouerbium demanauit, Mouebo hunc à ſacra: Poterit quis præterea, ſi libuerit, etiam illas à Platone nominatas artes iſtis adnumerare, & earum ſimul nomina · quamuis non numerem, propter uſum nonnullorum uocabulorum minus receptum. Dijudicaria, comparatiua · cõparatiuus, dijudicatiuus · comparatiue, dijudicatiue. Dijudicare, diſtrahere, diſſecare, diuidere, ſecernere, dirimere, ſeparare, dimouere, diſtendere, dimetiri, diſiungere, tollere, & ſufferre, comparare, coniungere, conſtipare, miſcere, commiſcere, complicare. Et ars ipſa, non plicatoria modò, ſed & complicatoria dicitur. Propugnatoria, propugnaculorum extructor · propugnacula, munitiones, munimenta, fulcra, armamenta, prætextus, fulcra, tegumenta, præmunitiones, contegumenta, & contextus. Perforata, non perforata, cõpoſita, colligata, neruoſa piloſa. Circuitus, inſidiæ, irruptio. Veſtiaria, potatoria, perforatio, ſutela, tunica inconſutilis. Corij adminiſtratio, pellum conſtrictio. Ponderatiua, operculorum confectio. Opera conglutinata, compactoria, armorum confectio. Incantatoria, uindicatiua, tempeſtatis concitatrix. Tinctoria, tinctores, fullonaria. Textores, texta, tela, plicatoria. Famulatoria, ornatoria, conductoria. Ars nendi, ars flectendi, flexile, complicatum, rigidum, confractio. Staminis operatio, filatio, textio, formatiua, implicare filum, complicandi facilitas. Aeris formatio, figulina. Decorticatio, cortices, primogeniti, incompoſitum. Sculptoria ſigillorum, arborum ſectio, nutritoria, couerſiua, paſtiua armentorum, armentorum tractatio. Subminiſtratoria, numularia, numularius, itinerarij. Omne præconum genus, Interpretes. Sacrificatoria, iudicatoria, præfectura, præparatoria, præparatio, inſtructor. Equorum paſtio, adminiſtratoria. Talorum ludus, aleatoria, aleatorium, creditoria, creditorium.

Inter has erat



torium. Venatoria, mercenaria, hami, hamatio, piſcatoria, tridentis uſus, plicatoria, piſcatio igne adminiſtrata, calamorum uſurpatio · & multa alia, his communia nomina. Ne uero libros negligere uideamur, dices · libri, libellus, libellulus. Et apud Ariſtophanẽ, Codicillus: Et Chartas, pro ſcriptis dixit Plato Comicus · Scripta, & chartas efferens · Contrà uero de non ſcriptis, Libri nomine uſus eſt Herodotus, Libro inſcribens: Atq; Bibliopolam, apud Ariſtomenem inuenies in Luctibus · & Librorum Scriptorem, apud Cratinum in * Chironibus: Tum Librorum Scriptor apud Antiphonem in * Sapphunte: Apud Recentiorem uero Cratinum in Hypobolimæo, Bibliotheca: Sed Antiphanes in Mylone, Libelli compactionem dixit. Cæterum Herodotus tradit Iones, libros, Diphtheras appellare à more antiquo. Diphtheras autem, & ἰσχὺας uocitant.

Deterioribus

Sappho

LIBRI SEPTIMI FINIS.

# IVLII POLLVCIS, DICTIONARII LIBER OCTAVVS.

## IVLIVS POLLVX, COMMODO CAESARI S.

HAec ego quidem collegi, quanta autem cum feſtinatione hoc indicat, quod horum cauſſa, diſcipulorum cõuerſationem, & conſueta cum his exercitia nunquã obmiſimus, quotidie Orationes duas, hanc quidẽ è throno, illam uero ſtans recitando. Sed & hæ, ut par eſt, & illa, præparationem & ocium poſtulant.

## CAPITA LIBRI OCTAVI.


| | | |
|---|---|---|
| HVic Libro Tractatus ineſt nominum forenſium. | Cap. | I |
| Quomodo Iudex nominandus | Cap. | II |
| Iudicis laus, & uituperium | Cap. | III |
| De conuocando Iudicium ad conſiderationem. | Cap. | IIII |
| Formæ iudiciales | Cap. | V |
| Nomina à Iudicio | Cap. | VI |
| De mulcta. | Cap. | VII |
| De Scribis | Cap | VIII |
| De ſtipulationibus, & depoſitis | Cap. | IX |
| De iudicium intendere, & dicam ſcribere. | Cap. | X |
| De calumniando | Cap. | XI |
| Priuatorum Iudiciorum nomina | Cap. | XII |


Nomina




| | | |
|---|---|---|
| Nomina Iudicibus conuenientia | Cap. | XIII |
| Actionum nomina, & harum mulctæ. | Cap. | XIIII |
| De Arbitris. | Cap. | XV |
| De nominibus congruis. | Cap. | XVI |
| De Accuſatore, & Defenſore. | Cap. | XVII |
| Mulctæ, & nomina ab his deducta. | Cap. | XVIII |
| De capiente, & dimittente. | Cap. | XIX |
| De calumniante. | Cap. | XX |
| De occiſo, & occidente. | Cap. | XXI |
| De maledicentia. | Cap. | XXII |
| De imperio, & imperantibus. | Cap. | XXIII |
| Atticorum nomina, & officia. | Cap. | XXIIII |
| Fora Athenarum, & quæ in illis. | Cap. | XXV |
| De Arbitris, Iudicio, & locis in quibus leges. | Cap. | XXVI |
| Mulctæ ciuiles. | Cap. | XXVII |
| De concionibus. | Cap. | XXVIII |
| De familiaribus. | Cap. | XXIX |
| De Gubernatoribus. | Cap. | XXX |
| De Legatis. | Cap. | XXXI |
| Munera è publico. | Cap. | XXXII |
| De ſtipulatione. | Cap. | XXXIII |
| De mutuo. | Cap. | XXXIIII |
| De collationibus publicis. | Cap. | XXXV |
| De congregando Senatum. | Cap. | XXXVI |
| De præſcriptis diebus | Cap. | XXXVII |
| De irrogando mulctas. | Cap. | XXXVIII |
| De eo quod eſt iudicium ſortiri. | Cap. | XXXIX |
| De eo quod eſt Iudices ſurgere. | Cap. | XL |
| De eo quod eſt non cedere. | Cap. | XLI |
| De eo quod eſt, non conceſsit. | Cap. | XLII |
| De conſpirando, & ſeditiones mouendo. | Cap. | XLIII |
| De obloquentibus, & collaudantibus. | Cap. | XLIIII |
| De domibus, in quibus Iudices conuiuabantur. | Cap. | XLV |


ZZ CAPVT

## I CAPVT PRIMVM, DE FORENSIBVS NOMINIBVS.

FOrenſia nomina, quantum ego iudico, hæc nimirum fuerint· Iudicium, quod & Deam ſignificat & opus, cui iudicans præeſt· Controuerſia, altercatio, & mulcta. Quod autem iudicium continet, æquum, & iniquum. Iudicansq́;, Iudex· & locus, forum dicitur. Sed nomina ab his deriuata, iuſtus, iuſte, iuſtitia, æquitas, iuſtitiæ executio, iuriſdator, & his ſimilia. Iuſtum uero, etiam fas uocatur. Iuſtumq́; uocabis, quoq; legitimum, probum, temperantem, ſua ſorte contentum, aliena non appetentem, iuſtitiæ executorem, iuſte decernentem, temperanter uiuentem. Et probitas, temperantia. Legitime, probe, temperanter. Iuſtitiam exequi, probe agere, temperare. Et iniuſtum uocabis, iniquum, inique uiuentem, iniuſtitia occupatum, iniuſtitiæ executorem, auarum, legibus reluctantem, illegitimum, uiolentum, alienorum cupidum, non ad ſe pertinentia concupiſcentem. Et iniuſte agere, iniuſtitiam exequi, auarum eſſe, legibus reluctari; leges tranſgredi, ui agere. Et auaritia, iniquitas, uiolentia. Tum etiam auare, inique, iniuſte, uiolenter.

## I CAPVT SECVNDVM, QVOMODO IVDEX NOMINANDVS.

IVdicans præterea, Iudex nominetur, ſortem dirigens, ſorte electus, calculorum Præſes, ſuffragia recipiens, iuriſiurandi dator, iuſtitiæ Præfectus, legum cuſtos, controuerſiarum diſcuſſor, iudicans, dijudicans· Iniuſtos puniens, perſequens, condemnans, tollens· Cordatus, temperans, mulctans. Et officium eius, calculum dare, ſententiam ferre, iudicare, dijudicare, iuſtitiam dijudicare, dirimere, iudicium ferre, condemnare, abſoluere, calculis damnare, liberare, mulctam irrogare, mulcta liberare, mulctare, punire, perſequi, dimittere, ablegare. Soluere autem,

Vulgare



Vulgare eſt. Sed rei nomen, iudicium, condemnatio, liberatio, mulctæ indictio, & abſolutio.

## CAPVT TERTIVM, IVDICIS LAVS, ET VITVPERIVM. I

ET in laudem Iudicis dices, iuſtus, æquus, diligens, donis carens, incorruptus, infallibilis, imperſuaſibilis, perſuaſu difficilis, perſuaſione non ductus, incredulus, nō errans, firmus, tutus, æquus, æquiſtans, æqualis, non inclinatus, inflexilis, ad iuſtum inclinans, non ira elatus, non gratiæ indulgens, certior libræ momento, malorū oſor, humanus, manſuetus, mitis, æquitatis obſeruator, miſericors, placabilis. Sed aduerbia, iuſte, æque, diligēter, incorrupte, integre, infallibiliter, certe, firmiter, tute, æquiter· Sed æqualiter, durum eſt. Probabilius autē, æquiualenter· ſimiliter et miſericorditer, placabiliter. Indeclinanter*, inflexibiliter, odioſe in malos, porro humaniter, manſuete, mite, decenter, et his ſimilia. Rerum uero nomina, iuſtitia, iudicij integritas, diligētia, certitudo, æquitas, malorum odium, humanitas, manſuetudo, clemētia, decor, integritas, æquilibriū, miſericordia, et ſimilia hiſce· ab alijs autē non ſic. Verba autē ab his ſola ſunt, æquilibrare, humanitati ſtudere, miſereri, miſericordia affici. In uituperiū porro dices, Iudex iniuſtus, exlex, iniquus, facilis, oſcitans, pronus, promptus, munerū acceptor, fallibilis, perſuaſibilis, credulus, perſuaſu facilis, errabundus, fallax, ſiniſter, inhumanus, indecens, iniurioſus, inclinatus, iniquus, immiſericors, ſæuus, crudelis· Et Ira aſper, niſi Tragicum nimis ſit. Ad gratiā indulgentior, ad iram elatus, ad argentū propenſus, multitudinem ſequens, corruptus, deceptus. Cæterum aduerbia ſunt, iniuſte, inique, illegitime, propenſe, facile, prompte, fallibiliter, errabunde, incōſtanter, ſiniſtre, inhumaniter, iniurioſe, impariter, crudeliter immiſericorditer, indecenter, inclinabunde, inclementer, et his ſimilia· quæ enim ab alijs deriuātur, duriora ſunt. Res porro, iniuſtitia, iniquitas, legū tranſgreſſio, facilitas, oſcitatio, propēſio, promptitudo, fraus lapſus, inhumanitas indecentia, iniuria, iniqui-

 tas, ſæ-

tas, ſæuitia, munerum acceptio, perſuaſio, inclinatio, fraudulentia, error, & hiſce ſimilia. Verba autem, inique agere, leges tranſgredi, oſcitari, falli, decipi, perſuaderi, induci, labi, iniuriari, munera accipere, perſuaſionibus locum dare, inhumanitatem exercere, inclinare, ſæuire, incantari, & ſimilia· Et nomen, incantatio, uel impoſtura. Plato quoq;, Actiones falſi iudicij eſſe uoluit.

## I CAPVT QVARTVM, DE* CELEBRATIONE FORI AD COGNITIONEM.

congregatione Iudicij

COmmunia autem Iudicibus ſunt, unanimes facti ſunt, conſentientes· ſuffragijs ijſdem decreuerunt· Contrariam tulerunt ſententiam, condemnantem, damnatoriam, mulctoriam, affirmatiuam· Similes calculos dedere, ſimilia ſunt lata ſuffragia. Sed Conſentientes facti ſunt, apud Thucydidem aliò refertur. Dicere præterea licet, Iudicium conſedit, iudicium ſorte diſtributum eſt.

## II DE VASIS FORENSIBVS, IVDICIO MULCTA, & RELIQUIS· DE QUE DATA MERCEDE.

VAſa porro, & inſtrumenta forenſia ſunt· teſſera, ſceptra, tabella, tabella cenſoria. Cera, qua tabella obliniebatur. Stylus, quo lineam ducebant· Longa autem dicebatur, quam damnantes ducebant. Camus, urna, capſa, calculus, clepſydra, chœrinæ. Olim enim chœrinis, quæ conchæ marinæ erant, pro calculis utebantur· deinde æneos, ſecundum harum exemplar, fecerunt. Tum et tali, uocabātur calculi forenſes, ex ære fabricati. Vrna quidem, uas eſt, in quod calculi immittebātur· Camus illud, per quod urnæ

deſcendebant impoſitum calculi*inſerebantur. Capſa uero, in quam teſtimonia immiſſa obſignabantur. Fori autem pars ſunt, cancelli, & ambitus. Suntq; nonnulli qui ἀνάγκλω, uas forenſe putant eſſe· ſecundum

eat illud Ariſtophanis, Non*abit hinc foras, calculos accipiens et ἀνάγκλω ad coruos? Tum etiam φευκτοὶ, uocabantur calculi forenſes·



renſes· Vnde & calculus quidam φευκτὴ, quo in contrariam partem utebantur. Cæterū folijs ſuffragabantur ij, qui ſecundum tribus iudicabant, quibus inſcribebant, ſi quis ueluti ſubdole obreptitius iudicabatur. Et condemnare, hinc*ἐκφυλλοφορῆσαι dicitur· folijs eijcere

Et ἐκπεφυλλοφορημένος, pro condemnato, & eiecto· idemq; etiam ἀποψηφίσασθαι dicitur· Et ἀποψηφισμένον, contrario modo apud Iudices ſumitur· illic enim ἀποψηφίσασθαι, etiam abſoluere ſignificat· uerum in Tribuum cauſsis, pro condemnare uſurpatur. Sed iudicia Tribuum, decreta nominabantur. Tum & Senatus Quingentorum, folijs, calculorum loco utebatur. Communiter autem Populus totus, teſtis ſententiam ferebat· Et opus ipſum, oſtracophoria· Ipſaq; mulcta, oſtraciſmus dicebatur. Et uerbum, oſtraciſmo mulctare, aut relegari. Atq; aliquām fori partem obſepientes, nomen illius quem oſtraciſmo mulctatum uolebant, teſtis inſcriptum in locum definitum Athenis ferre oportebat· Cuiq; ſex millia teſtarum obueniebant, huic fugiendum erat, non ut damnato, ſed uelut reipublicæ moleſtiori, magis ob uirtutis æmulationē, quàm uitiorum uituperium. Forenſium quoq; nominum ordini aſcribetur, forenſis triobulus, qui Iudici pro mercede dabatur.

CAPVT SEPTIMVM, DE MVLCTA, HIC DVBIO PROCVL, VT CLARE APPARET, præpoſtero ordine Capiti Sexto, Nomina A Iudicio, ſanè antefertur· Vt alia deinceps fermē omnia Capita, uſq; ad finem Libri huius ualde confuſa, tranſpoſita, & diſſipata ſunt. Nec eo ordine ſe mutuò Capita ſequuntur, ut initio Libri in Codice Græco annotatum eſt· Quare ego ſemel iam Adoleſcentes de diſſipatione iſta admonens, poſtea toto hoc Libro Octauo, Codicem Græcum, & Interpretem noſtrum, utcunq; erit, imitabor, ſimul id conteſtatus, Caput Quintum, Formæ iudiciales, non clare adhuc extitiſſe, neq; poſtea facile explicatum iri· niſi Titulo Tertio iam mox ſequente, il-

lud ipſum eſſe accipiamus. Feſtinatio pia Autoris ipſius Pollucis, quam uides, tum etiam Interpretis illum ſecuti, ſiue potius aliorum poſtea deſcribentium præcipitatio hæc inuaſerit, faciunt, ut non ſecus iam iſta tractemus occupati & ipſi, alioquin leui opera diſcuſſurus in ocio omnia aliquis fuerit.

*Quoniam iudicium, etiam mulctam nominare par eſt· dicatur iudicium, mulcta, pœna, punitio, irrogatio, ſupplicium, uindicta· Et Vindictæ executio, ſecundum Antiphontem: Pœnæ intentio, caſtigatio, debitum, condemnatio, damnatio. Et uerba, mulctare, punire, mulctam iniungere, uindicare, uindictam ſumere, ſumere ſupplicium, condemnare, atro notare calculo, pœnã inferre. Condemnare uero, Caſtigare uocauit Platon: Ipſa autem paſſio, condemnari, puniri, mulctari, pœna affligi, debito teneri, damnari· Et talis dicitur, condemnatus, reus, caſtigatus, obnoxius, punitus, mulctatus, inſcriptus, damnatus. Non ignorandum tamen, quod mulctã non de opibus modò, ſed etiã de corpore dixerunt. Legibus porro definitas antè mulctas, Solon Debita uocauit. Sunt etiã huius ordinis, dehonorari, in exiliũ mitti, morte puniri· mille drachmarum mulctam irrogare· Delapidari uero, ad uſum alium refertur. Tum & hæc ſunt à iudicio deducta nomina, controuerſa hæreditas, aut dubia· Controuerti, controuerſus, & controuerſia carens, iudicij perſecutio. Et Iudicium intendit, ut Demoſthenes: Reus, condemnatus· Et Condemnatio, ſecundum Thucydidem: Et Iudicium irritum, ſeu nullum, ut Lyſias: Et iudicium irritum facere, iuxta Iſæum: Delictum, & iniuſtitia. Et Iudicium intendens, * atque Iudiciorum * cupidus, ſecundum Iſocratem: Et Iudicium mutuò intendebant, ut dixit Lyſias: Tutor iudicij, tutela, tutari, tutatus· Patronus, patrocinari, patrocinium præſtare. *Præiudicium, ut Antiphon: Et iudicij æquitas, ſuiipſius ſententiam ferre. Et Iudicare, atque Præiudicare, ut Dinarchus: Condemnare, condemnari, de reis· Et Subiudicans, ſecundum Lyſiam: Et Ergaſtula, pro carceribus, iuxta Platonem· qui idem Mulctatum, pro punito dixit. Sed Critias,*

[Margin: ut Hyperides. Et cupide — 1]



*Critias, Iudiciũ deiudicare, pro dimittere· aut Sententiam uictorialem ferre, quod nos liberari uocamus. idemq́; Periudicare pro eo, quod eſt toto anno iudicare, dixit. Vocabis quoq; aliquem iudiciorum ſtudioſum, et iudicialem, non Virum modo· ſed et diem, in quo iudicant. Iniudicialem uocare, diem nefaſtum, uel in quo non iudicatur, durius eſt. Sunt etiam Iudiciales dies, apud Menandrum: Et Demoſthenes, Denuo iudicatum dixit, pro uiolento· qui idem, & Vadimonium deſerebant, dixit. Crates autem Comicus, Reiudicatum uocauit eum, qui ſæpius reus citatus eſt. Nonnulli uero * Στρεψοδικεῖν apud Comicos idem, quod uadimonium deſerere putant, aut tergiuerſantem accuſare. Ὑπέρδικον uero, uocauerunt præter neceſſitatem ſuſceptum certamen.*

[Margin: Tergiuerſari]

## DE NOMINIBVS IVDICIALIBVS, & ſpeciebus iudiciorum. II

*IVdicialium uero uocabulorum ſunt & hæc, tabellæ, proteſtatio, pacta, exemplaria, obſignata. Signare, obſignare, ſignatus· Obſignatus uero, dicit Iſæus· Deſignatus enim, apud Thucydidem de falſa ſigilli imitatione dicitur. Dicat aliquis etiam deſcribere, reſcribere, & inſignire. Nomina autem, è foro deſumpta ſunt· ſtipulari, ſtipulati ſunt, in depoſitũ dare. Sequeſtrem Adoleſcentulam facere, dicit Ariſtophanes: Et Sponſionem, dixit Xenophon· Depoſitumq́; Hyperides: Et Sponſione data, Demoſthenes: Eſt et quædam Iudicij ſubſtantia, iudicium intendere, conſtituere, inferre, deferre, ſtatuere, & actionem ſoluere. Et iudicij quidem ſubſtantia dicetur, quam nunc formã uocant· et Vulgariter, controuerſia dicitur. has autem Præſides dijudicabant. Actio autem publicorum delictorũ, idem nimirum fuerit cum ea, quàm litis intentionẽ nunc uocitant· ut dicamus, dicam ſcribere, litem deponere, inferre, deferre, intendere, denunciare. Depoſitus, deferens, denuncians, delatus, inferens, actionem intendens. Communiter uero hæc omnia, crimina appellabis· & ſecundum Platonem, Delicta: Tum accuſare, & incuſare. Accuſatio autem idem, quod pœnæ poſtulatio fuerit. Et ſecundum Platonem, Expoſtulatio, atq; Perſecutio: Accuſare,*

cuſare, poſtulare, perſequi, reum agere, & reum agens. Forenſium
porro nominum ordini ſubſcribentur, ſycophantiſſare, ex re ſu-
ſcepta lucrum captare, conuitiari, calumniari, calumnias inferre,
mentiri, falſa teſtimonia reddere· Nam Falſò teſtari, dicit Demo-
ſthenes: Sed Hyperides, Sycophantiam exercere, inquit. Et res ip-
ſa, ſycophantia, calumnia, mendacium, falſum teſtimonium. Crati
nus uero, etiam Mendax teſtimonium dixit. Nomenq́; , ſycophan-
ta, calumniator, obtrectator, falſa teſtatus, & falſis teſtimonijs u-
tens. Tum & curioſus, & participia, pro nominibus. Et priuato-
rum iudiciorum nomina ſunt, actio uerberum, cõuicij, iniuriarum,
depoſiti, repudij· & Repulſionis, ſecundum Lyſiam: afflictionis,
furti, debiti, contractus, pactorum transgreßionis, reſtitutionis
iudicij, hæreditatis, domus locationis, tutelæ, ingratitudinis, fru
menti, fructuum, mercedis domus, iniuriæ, caſus clancularij, diei
conſtituti tranſgreßionis, controuerſiæ. Stipulatio, proteſtatio,
conſyderatio. Controuerſia quidem, cum quis cõtrouertitur. Hæ-
reditatis ſponſio, ueluti ſine Filio decedente mortuo. Sponſio uero,
cum quis cõtradicit, tanquam ipſi ad obtinendã hæreditatem, uel-
affinitatis, aut pactorum ratione ſit proximior· ſpondebat autem
ſortis partem deciniam, eam ſcilicet, ſi uinceretur, perſoluturus.
Sed proteſtatio, cum quis ceu Filio ſuperſtite proteſtatur, hæredi-
tatem eſſe controuerſam. Cõſideratio uero, cum quis proteſtatio
nẽ hanc ueluti falſam criminatur. Cæterũ Iſæus, de cæde exordijs
uti, In Areopagũ inſpicere dixit· In Areopagũ ipſi inſpexi: Verum
recriminatio, dicitur de genere contendentium. Frumenti autem iu
dicia, palàm iudicabant. Frumentum autem, dicebatur debitus ali-
cubi cibus. Erat quoq; iudicium quoddam, in manifeſtorum conſti
tutionem uocatum, cum quis ſpondebat aut ſeipſum, aut res ipſas·
utpote furta, quæ & furata, & furto ablata nominarũt· Apud Pla
tonem autẽ, κλεμμάδια dicunt. Solon uero, rem furto ablatam,
in Legibus κλέπος nominauit. Sed furem, etiam Furacem appella
bis, ut Eupolis: Pherecrates autem, Compilator dixit. Cæterũ con
firmationis actio habetur, cum quis domo aliqua, aut agro empto,





alio quodam controuertente, rem omnem ad forum refert. hunc
uero, confirmare oportet· uel non confirmantem, confirmationis
reum eſſe. Sed ſi is qui ad forũ refert, uictus fuerit, res de qua con
tenditur, Victoris fuerit· uictusq; precium ab eo, qui fefellit, au-
fert. Defectionis porro iudiciũ, de libertinis deficientibus. Sed im-
munitionis iudicium, contra Inquilinos nullo Tutore * utentibus, utentes
hoc autem iudicium publicum eſt· quemadmodum & tutelæ, quod
huic cõcedebatur, qui Tutorem reũ agere uolebat, ob iniuria affe-
ctos Clientes. Teſtimoniũ præterea dicitur, cum quis oculatus Te
ſtis teſtatur. Cõteſtatio, cum quis à uidente ſe audiuiſſe dicit. Sed
contra falſos Teſtes iudicium extat· quod & falſum teſtimonium
inquirere uocatur. Teſtimonij deſertio, de illis qui uiderunt, & te-
ſtaturos ſeſe polliciti ſunt, in ipſo autem actionis articulo teſtimo-
nium denegant. Eum uero qui teſtimonium negabat, obteſtaban-
tur, teſtimonij neceßitatem proponentes· Cogebatur autem uel te
ſtari, uel ſe non uidiſſe iurare, aut non interfuiſſe, aut mille drach-
mas perſoluere· Obteſtari enim, eſt in teſtimonium uocare. Sed ἐκ
κλητεύεσθαι, eſt reum fieri de mille drachmarum perſolutione· Ly
ſias uero, Maleficij cauſam eſſe ait. Sunt præterea iudicia conuiuia
lia, conuiuiorum lex, et Conuiuatorum communio. Erat porro in-
terceßionis exhibitio, ſponſionis pecunia, & ſtipulatio. Sponſio-
nis autem pecunia, definita erat· quæ ante actionem ab Accuſato-
re, & Reo deponenda erat. quod ſi non fieret, actionem hanc In-
troductores cauſſarum delebant· uictus uero, utrorumq; depoſi-
tum perſoluebat, eoq́; fruebantur Iudices. Porro à centum drach-
marum mulcta uſque ad mille damnati, tres drachmas deponebant·
qui autem à mille uſque ad decem millia, triginta. Nonnulli tamen
Prytanæam pecuniam, decimas mulctæ eſſe arbitrantur· & hanc
à iudicium ſubituris, in Iudicum mercedem deponi. Stipulatio uero
erat, eorum quidem qui de publicis cõtrouertebantur, quinta pars·
ſed illorum qui de priuatis, decima. Epobolia autem, ſexta erat mul
ctæ pars, quã uictus ſoluebat· ſic dicta, quod obolus, ſexta drach-
mæ pars eſt. * Γαράσασις, drachma erat, quam apud Arbitros 2

Reus factus deponebat · Vnde nimirum Plato, Siſtere in iudicium
dixit id quod Rhetores, Vocare dicunt. Actiones præterea ſunt,
cauſæ ex cædis, uulneris, ex * præmeditationis, incendij, ueneficij, adulte-
præmedi- rij, iniuriarum, ſacrilegij, impietatis, proditionis, munerum, corru
tatione ptelæ, defectionis, ordinis relictionis, à militia uacationis, nauis de
relictionis, naualis pugnæ detrectationis, clypei proiectionis, cœ-
libatus · apud Lacedæmonios uero, etiam Serotini nimis matrimo-
3 nij, & inhoneſti. ocij, ſcortationis, falſæ inſcriptionis, * falſæ uo
cationis, inquilinorum, munerum peregrinorum, iniquitatis, cen-
illatæ ſus, examinis, male adminiſtratæ legationis, * uis. Accuſatio,
delatio, deductio in ius deducere, Virorum ſcrutatio, enumeratio·
Has itaque actiones, aut quotquot tales ſunt. cauſſæ enim, etiam
actiones non autem actiones, cauſſæ dicuntur. cuicunque uolenti
intendere licebat In his uero omnibus, niſi quis quintam ſuffragio
rum partem ſibi aſſtipulantem haberet, mille drachmarũ mulctam
dabat. Sed impietatis reum agens, nec conuincens, morte mulcta-
batur. Iniuriarum autem mulcta, non iniuriam paßi erat, ſed publi-
ca. Munerum autem actio, contra illum erat, qui in munerum gra-
tiam iudicarat · Sed corruptelæ actio, contra corruptorem ipſum.
Et ille quidem corrumpi, hic uero corrumpere dicitur. Ocij porro
pœna erat, ſecundum Dracontem, Infamia · Secundum Solonem ue
ro, Qui tertiò ocij reus cõuincebatur, mulctabatur honoribus: Sed
nauiũ derelictionis actionem ſubibat, qui nauim reliquerat quem-
admodum qui aciem deſeruit, aciei defectionis. Præterea uacatio-
nis à pugna militari reus eſt, qui nauim quidem non relinquit, non
tamen pugnam capeßit. Sed ſcortationis erat actio, cenſura, & de
latio · & hæc ſunt ſcortatorum accuſationis nomina. Falſæ inſcri-
ptionis iudicium, contra eos, qui falſò aliquot ueluti nocentes detu
lerant, ſi falſò calumniantes iudicio uiciſſent · contra quem, & in-
ſidiarum actio habebatur · Falſæ uocationis, contra non legitimè
uocatos · Munerum peregrinorum, ſi quis falſæ ciuitatis uſucapio-
nis Reus, muneribus datis liberatur. Iniquitatis, cum quis calculum
dat, aut legem ſancit iniquam: Iureiurando enim quiſpiã hoc, quod





decretũ eſt ſuggillans · cuius accuſatio, ὑπωμοσία uocatur · redar-
guit, quod hoc eſt aut iniquum, aut iniuſtum, aut inutile. Cenſura
Præſidibus habebatur, illiſq; qui uel ſorte, uel ſuffragijs electi e-
rant, num ad imperandum idonei eſſent, minus ue. Præterea Con-
cionatores, ſi ſcortatores erant, aut patrimonij dilapidatores, aut
Parentum mali tractatores, & alias uitæ repræhenſibilis infames
erant, & concionibus arcebantur. Examen porro, contra Præſi-
des erat, aut Legatos · eratq; de pecunijs apud Rectores, Cenſo-
reſq;, qui decem erant. Erat porro iniuriarum, apud Iudices actio.
Examini autem, tempus definitum conſtitutũ erat, quo elapſo, ex-
aminis cauſam intendere non licebat · Proprie tamen iudicium con
tra Legatos, perperam adminiſtratæ legationis actio dicitur. Inten
tio porro, actio eſt contra male affectos erga Populum · Intentio-
neſq; non, niſi ſuffragante Populo, & ciuitatis amatoribus paran-
tur, ut tradit Lyſias in Libro Contra Theoſdotidũ de utriſq;. Inten
tiones porro, etiã Sycophantiæ actiones erant · & Flagrorũ quoq;,
ſecundũ Lyſiam in Libro ad Hippocratẽ: Intendebantur quoq; iniu
rioſis, delinquentibus, & irreligioſis circa feſta · qualis eſt contra
Mediã intentio. Delatio erat, deferre eos, qui in metallis peccabãt,
aut circa emporiũ male res tractabant, aut publicarũ rerum tribu-
ta approprïantes, aut ſycophantijs uendicantes · deferebantur au-
tem apud Principem. Cõmuniter tamen delationes dicũtur, omnes
latentiũ criminũ indicationes. Delationẽ uero tabellæ inſcriptam
dabant, propria ipſorũ, & rei nomina, tum & mulctam adſcriben
tes · Princepſq; iudicium foro permittebat · Mulcta uero delinquen
tibus ſtatuebatur, ſi etiã alius de illis teſtaretur. Qui autẽ non quin
ta potiebatur ſuffragiorum parte, epoboliam perſoluebat, quæ erat
Sexta mulctæ pars, ut Iſæus * ad Euclidẽ De Loco tradit. Sed quæ in Libro
minus quàm mille drachmarum numero conſtabant, ducentis &
una notabantur · quæ porro ultra mille aſcendebant, una & qua-
dringentis. Oportet autem & apparitores delatorem adnotare, ſi
Teſtes fuiſſent. Reuelatio uero, apud Principem fiebat, * criminis crimine
confeßi, non iudicio ſed mulcta * indigentis. Et reuelator ipſe, in ta indigente

bula reuelationem ad Principem defert adeo, ut falſæ reuelationis non reus ſit. et hæc quidem de*abſentibus fit. Deductio, cũ quis quem abſentem prodere oportebat, præſentẽ in ipſo facto depræhenſum deducit· pœna autem, mille drachmis ſtatuitur· Imprimis uero ærarij debitores reuelabant, aut eò loci quò non licebat euntes, aut homicidas. Sed deducere eſt, cum quis infirmitati ſuæ diffiſus, Principem ipſum ad domum, ubi quiſpiam illorum deliteſcit, perducit. Virorum compræhenſio dicitur, cum quis homicidas fugientes ueluti ad quoſpiam defugiſſe repoſcens, non accipit· licetq; tum ab illis, qui non dant, omnes uſq; ad tertium quoque educere· Immerito autem Virorum compræhenſione uſus, immunis nequaquam erat. Citatio uero, conſtituta eſt de publicis, non tamen ſcriptis criminibus, ſecundum legem citatoriã· utrinq; enim loquũtur quaſi de his, de quibus leges nullæ ſunt. Si iniquitatis arguatur aut Præſes, aut Rhetor quiſpiam, contra hunc Senatui citatio committitur. quòd ſi mediocriter deliquiſſe uideatur, Senatus mulctæ irrogationem conſtituit· ſi uero grauius, foro committit. mulctam uero, aut pati oportet, aut ſoluere. Citationes quoq; fiebant cõtra Rhetores, Populum commouentes, aut non optima Populo conſulentes, aut ad bellum non miſſos profectos· aut Contra præſidiorum, exercitus, nauium'ue proditores, ut Theophraſtus in Libro de Legibus docet. Quod uero citans, & non conuincens, immunis fuerit, Hyperides in Libro De Lycophrone docet· Theophraſtus contrà tradit, Aliarum actionũ Actores mille drachmis, & infamia mulctari, ſi non quinta ſuffragiorum parte potiantur· Citatores uero, non infamiæ, ſed mille drachmarum mulctam perſoluere. uideturq; hoc, poſtea propter friuolè quemlibet citantes, adiunctum fuiſſe. Sed Demoſthenes Contra Medontem, Etiã contra illos, qui immeritò Hæredi cohabitant, citationes fieri dicit. Mille autem, iuxta Solonis Leges, citationes iudicabãt· ſecundum Phalereũ uero, Quingenti: Sed nõ ſcripti nominis damnantur, qui ſeipſos delent. Et rationis omiſſæ actio cõtra eos, qui adminiſtratorũ rationem non reddebãt. Iudicialia quoq; nomina ſunt, iuramenti proteſtatio, contrateſtatio, con-



tio, conteſtatio, deieratio, deteſtatio, ſuggillatio, præſcriptio· reſortiri, iudicium de ui, iudicium nullum· Vadimonij deſerti Reum eſſe, inſpicere· prouocatio, trãſlatio, electa iudicia· De pactis, aut cõtractu iudicari· emporiales cauſæ, inæſtimata actio, ſuffragiorũ ſcrutatio. Proteſtatio, iuramentum, quo Accuſator teſtatur, ſe uera dicere. Contrateſtatio id, quod Reus contrà iurat, ſe non deliquiſſe· Conteſtatio, utrunq; amborum iuramentũ. Deieratio, cum quis ad legationem, aut aliud publicum quoddam munus electus, infirmitatis aut impudentiæ prætextu deierat, aut ipſe, aut per alium· Deierant etiam citati Teſtes, ſi nihil eorum ad quæ uocantur, ſcire eſſe affirmant. Deteſtatio autem, fiebat ab illis, qui contradicebant deierantibus ſub infirmitatis, aut abſentiæ prætextu· oriente autem hinc iudicio, iudicantis opus, deteſtatio nominatur. Suggillatio eſt, cum quis ſuffragiũ, aut legem ſancientem redarguit, tanquam inutilem· hoc enim, ſuggillare dixerunt· Et ſuggillatione facta, decretum irritum erat, donec ratum iudicaretur. Præſcriptio, quæ eadem et tranſlatio Teſtium dicitur· cum quis iudicium non ſolenne, legitimum'ue eſſe cauſatur, ueluti iam antè iudicatus, aut abſolutus· uel temporibus iam elapſis, quibus id iudicandũ erat. ueluti non citationis, ſed iniquitatis· non publicorũ, ſed priuatorum· uel apud hos iudicandum eſſe, utpote non in Areopago, ſed apud Palladium. Non ſcriptũ iudiciũ dicebatur, quod ob præſcriptionẽ ſublatum, & tranſlatum erat. Recriminatio, cum quis Reus ipſe uiciſſim accuſat. Et præſcriptio ſanè, recriminationi ſimilis uidetur, quare etiam prius abſoluitur. Recriminans porro, & non conuincens, epobeliã ſoluebat. Ponunt uero actionis nomen, contra tergiuerſantes ſimul ad actiones ipſas. & rei actio actioni huic adiuncta, recriminatio eſt· utpote falſò contra me teſtatus eſt Stephanus, hæc tabellæ inſcribens. Iudicium de ui oritur, cum quis aliquem è publico ementem, eo quod emit, frui non patitur· aut Victorem*eorũ, quæ ijs deuicit. ſed aut obtinentem deijcit, aut obtinere uetat, uel ipſe debitor, aut alius ſuo nomine· Et ſi quidem hic, ceu emptor, de poſſeſſione contendit· ille uero ceu pignus occupat, iudicium de ui conſtituitur. Iu-

tur. Iudicium nullū nominabatur, ſi quis apud Arbitros Reus uoca-
tus, et morbum prætexens, aut peregrinationē, in diem conſtitutū
uiſus, aut nō diem obiens, uadimonij deſerti reus eſt· licebatq́; intra
decem dies iudiciū irritum criminari, & ſoluebatur uadimoniū, ut
res denuo ad Arbitrū referretur. quod ſi iudicium irritum eſſe non
conuiciſſet, iurans quod inuitus iudiciū reliquiſſet, rata erant, quæ
Arbitri pronunciauerant· unde & penſionis fideiuſſores cōſtitue-
bantur. Reſortiri iudiciū licebat, ſi quis abſens, in foro à præcone
uocatus, aut nō audiens, deſerti uadimonij Reus eſſet· Reſortiri au
tem, intra duos menſes fas erat· quod ſi non faceret, mulctam ſcri-
ptam debebat, & ipſe infamis erat. Inſpicere erat, cū quis inter pu
blicata bona, ſibi aliquid deberi, aut ad ſe ſpectare diceret· Ipſumq́;
opus, inſpectio nominabatur. Denunciatio eſt de illis, qui de Hære
de, aut hæreditario cōtendunt· cōtendens enim, Reo diem ad Præ-
torem denunciat· niſiq́; denunciet, irritum eſt iudiciū. & hæ actio
nes, indenunciatæ dicuntur. Proteſtatio eſt, diſſolutio iudicij, pro
pter certum aliquod iuſiurandum, teſtimoniū, aut quæſtiones, uel
ob aliud tale quippiam. Tranſlatio uero eſt, cum quis ab Arbitris,
Prætoribus, Tribunis ad Iudicem cauſam transfert· uel à Senatu
ad Populum, aut à Populo ad forum, aut à Iudicibus ad forum ali-
quod peregrinum· & tranſlatum iudicium dicitur. quæ eadem, &
appellationes dicuntur. Atq́; quod in appellationibus ſpondebatur,
collatiuum quod nunc *παραβόλιον uocāt, Ariſtophanes *παράβολον no-
collatum minauit. Emporialia iudicia, et menſtrua, Mercatorum erāt, aut de
emporio. De pactis porro, ſi cōfœderati iudicabantur. Inæſtimatū
iudicium, quod pluris æſtimare non licet· ſed tanti, quanti inſcri-
ptum eſt, æſtimatur. Calculatio erat, Tribules calculum ferre de il
lis, qui obreptitij uidebantur. Hiſce uero prædictis & hæc adden-
da ſunt, arbitrium, Arbiter· Coarbiter, ſecundum Demoſthenem:
Arbitrum eſſe, arbitrio præeſſe, ſtatuit, arbitrijs ſtatutū· Arbitris
diſſoluendum, ut Iſæus dixit. Et Arbitrio diſcuſſi, ut Lyſias:

DE



## DE HASTAE GESTATIONE, LVCTV, IIII & quæ circa hanc, interdictione· Accuſatore, & quæ ad accuſationem faciunt.

HAſta, in funere ui peremptorū præferebatur· & præſcripti
dies ob hoc ſtatuebantur, ut corpus uideretur, num uim ali
quā tuliſſet. Luctus, * ipſe dolor eſt. Et qui in lugentis domum per-
uenerāt, egredientes aqua rigati luſtrabātur, quæ ante ædes in uaſe
fictili ſtabat, ex alia domo allata· Vaſq́; illud, * ardaniū dicebatur. rigatoriū
Quæ uero in luctu congregatio fit, parentalia dicuntur. Innupto-
rum porro monumēto, Puella adſtabat aquigera, uas habens aqua-
rium, hydriam ſcilicet, gutturnium, urnam, aut peluim. Inſiſtentem
autem tumulo imaginem, ſiue aquigera eſſet, uel alia quæpiam, Sta-
tuam Iſæus uocauit. A ſacris uero, & foro hi, qui in cædis accuſa-
ſatione erant, arcebantur uſq́; ad iudicij diem· & hoc, interdictio
uocabatur. Dicitur porro Accuſator, Actor, iudicans, accuſans,
corrigens, in ius poſcens, dicam ſcribens. Et accuſatio ipſa, actio,
repræhenſio, poſtulatio, iudicij intentio, dica, citatio. Iſæus uero
Ἐπιδιώκειν uocat, denuo in iudicium agi. Accuſatus porro dici-
tur, iudicio obnoxius, reus, repræhenſus, defenſus, in iudicium po
ſtulatus, iudiciū ſubiens· Et reum eſſe, pro iudicari. Accuſari, defen
di, dicā impingi, culpabilē eſſe. Et de accuſante quidē dices, potitus
eſt, arguit, redarguit, cōmonſtrauit, cōuicit, Iudicū ſententiam ac-
quiſiuit· Sed de defenſo, defenſus eſt· Solutus eſt, ut Antiphon: Ef
fugit, culpa emerſit. Hic quidē, illum culpabilē dixit, reum, repræ-
henſibilem, obnoxiū, pœna dignū, delinquentem, maleficū· Ille ue-
ro, ſe demonſtrauit ſolutū, inculpabilē, irrepræhenſibilē, calum-
nijs oppreſſum, purū, criminis expertē, damnatione uacuū· Inaccu
ſabilē, ſecundū Xenophontē· Vnde Inaccuſabiliter, dixit Thucydi
des: Demoſthenes porro, Incriminabilis· &, Incriminabiliter· Hæc
uero etiā de illis, qui nunq̄ accuſati ſunt, cōueniunt. De eo autem,
qui palàm repræhenſus eſt, dicetur, in ipſo furto, in ipſo facto· hoc
ipſum agens arreptus eſt, depræhenſus eſt· De illo uerò, qui ſuſpe-
ctus fuit, ex ſuſpicione, ſuſpecto· ex ueriſimilib. ſignis, cōiecturis,

ſymbo-

ſymbolis. pœnæ uero, mulcta, exilium, infamia, mors, carcer, ſti-
gmata, columna. Et à mulcta quidem deriuantur, mulctare, mulcta
uit, mulctandũ, damnoſum· Ab exilio, exul, exulare, exilium pati,
perſecutionẽ ſuſtinere· Hyperides enim alicubi, Pulſus eſt, dixit. Et
Dinarchus, Pepulit: Vltra fines relegari, eijci. Ab infamia, infama
uit, infamatus, infamis, famoſe· Quemadmodũ cõtraria, integritas,
integer, integre. Sed à morte, occiſus eſt, mortui ſunt, cæſi ſunt,
4 ſublati ſunt· mactarunt, ſtrangulauerũt, * fidiculis extenderunt,
præcipitauerunt, præcipites dederunt· Huc etiã referetur, impune
mori· Verũ qui morti deſtinatos excipit, uocatur carnifex, lictor
publicus carceris· et inſtrumẽta eius, gladius, laqueus, tympanum,
uenenum, cicuta. A uinculis porro, ligare, uincula curare, uinciri,
uincula, uinctus· carcer, in carcerem mittere, pelli, induci, abduci,
mitti, & inijcere, introducere, abducere, coërcere, cõcludere, de-
ponere, ligare colligare· Vincire, ut Iſæus: Dinarchus quoq; Vin-
ctam, pro captiua dixit. Aeſchines uero, Vinciuimus: Ligno coër
ceri, in cippo· Coarctio, cuſtodia, carcer, ergaſtulum, captiuorum
locus, munitio, muniri. Vinciendo uero, etiam illud Demoſtheni-
Non uincta custodia — cum conueniet, Illigatũ & illud Thucydidis, * Carcere non uin-
cto: In carcere quoq; lignum quoddam, * penteſyringum nomina
tur. Et Ianuarius, qui in carcere ianuæ aſſidet Deus· eſt uero Mer-
5 curius. Et ſphallus, lignum carceris uocatur ſubſiliens, quo à fune
ſuſpenſo in altum proijciebant. A pungendo, ſtigmata, pungere,
punctus, punxi, maſtigia. A columna, inſcripſerunt, in columna
notarunt· in columna notatus, columnæ inſculptus. Et de condem-
nato dices, captus eſt, depræhenſus eſt, implicitus eſt, ſublatus eſt,
reus, captus, capere, captiuus, condemnatus eſt, uictus, & pœnæ
dignus iudicatus eſt. Et res ipſæ, mulctatio, damnatio, condemna-
tio· Et Vir ipſe, cõdemnatus. & ab hoc ſolo, nomen habetur· à re-
liquis uero, participia. Sed de Accuſatore conuincente dicitur, ce-
pit, redarguit, conuicit, depræhendit. Verum de reo conuincente,
effugit, dimiſſus eſt, iudicio ſe liberauit, decretis liberatus eſt, eua-
ſit, crimen repulit, irrepræhenſibilis manſit, probus iudicatus eſt,
& in-



& inſons· Atq; de occidente dicendum, occidit, interfecit, cæci-
dit, mactauit, cõfecit, ſuſtulit, interemit, dolo peremit· Occidens,
mactans, interficiens, perimens, interficiens, dolo conficiens. Sed
de occiſo, occiſus eſt, mactatus eſt, interemptus eſt, dolo perijt· &
occiſus, mactatus, interemptus, dolo interfectus eſt. Ipſumq; opus,
mactatio, occiſio, interfectio, cædes. Cæterum de iniuriam infe-
rente, iniurius, arrogans, ſuperbus, petulans, moleſtus, immanis,
manibus promptus, pronus, uinolentus, grauis, contumelioſus, in-
iuriam inferens, contumelia afficiens, contumelia grauans· Plagas
infregit, laſciuiens, proteruus, uinoſus, iniurioſus, plagoſus, ſuper-
bus. Et iniurioſe, ſuperbè, petulanter, uinolenter, grauiter, cõtume
lioſè, immaniter, incontinenter, propenſe. Iniuria affecit, iniuriã in
tulit, per petulantiam pulſauit, debacchatus eſt, flagris cæcidit, per
cuſſit, plagis contudit, torſit, plagis uerberauit, pulſauit, ſtrangula-
uit, ruit, inſilijt, pugnis percuſſit, calcitrauit· Hyperides uero, No-
dos digitorum infringere dixit· & illud pati, Articulis contundi:
idem quoq;, In faciem inſpuere: Et Manus auertere, Plato: Concul
cans, inſiliens, feriens, uerberans, cõſcindens, percutiẽs, tundens,
ruens, ſupplantans, inſultãs, cædens, oculos effodiens, faciem con-
fringens, genas dilacerans, ſtrangulans, ſuffocans, calcitrans· La-
brum diſcidit, uultum conſcidit. Manus intemperans, nemini par-
cens, à nemine abſtinens, articulis feriens, in caput percutiens, pu-
gnis uerberans, calcitrans, rationem non cohibens, furore omnia
ſubuertẽs, licentiam uoluntate terminans, incircumſpectus, legi-
bus inſultans, deridens, ſubſannans, illudens. Et res ipſæ, riſus, de-
riſio, ſubſannatio, ſanna· χλεύη uero, dicitur à multis· ego tamen
nunquã uidi, reperiens. Et alia figura, iniurijs ab illo affecta, contu
melijs afflicta, debacchatione moleſtata, petulãtia ſua grauata, uio
lata. Licet autẽ de patiente dicere, iniuriã tulit, petulantia laceſſitus
eſt, petulanter petitus, in eũ debacchatũ eſt, afflictus eſt, flagris in-
iuſte cæſus eſt, uerberatus eſt, conciſus, in extrema neceſſitate ia-
cet· oculis orbatus eſt, aut ὀφθαλμὼ dualiter· Lateribus uulneratus
eſt, cruentus eſt, exanguis, calamitoſus, offenſus, liuidus· in facie

uerberum ueſtigia gerens, iniuriæ ſigna, indicia, cicatrices, ſignacula. Incertũ, num uicturus ſit: parũ ad uitam ſpei habẽs, morti decumbens appropinquat, iniuria affectus, petulanter afflictus, uinolenter uiolatus, conciſus, plagis confectus. Et ipſius rei nomina, iniuria, iniuriæ, petulantia, uinolentia, arrogantia, ſuperbia, promptitudo, moleſtia, plagæ, flagra, flagellatio, contumelia. Maledicus, uituperans, turpiloquus, blaſphemus, conuiciator, conuiciorum ſtudioſus, maledicens, turpiter loquens, & his ſimilia. Maledicentia, obtrectatio, blaſphemia, conuicium, turpiloquium, cauillatio. Male dicere, male loqui, blaſphemare: Obtrectari, ut Hyperides: Conuiciari, conuicijs infamare, turpiſsima loqui, & ſimilia. Et huiuſmodi dicitur, linguæ incontinens, linguæ non temperans, lingua promptus, lingua maledicus, nullo uerbo abſtinens, nullum uerbum inhoneſtum putans, lingua nemini parcens, pronus, facilis, lubricus. Et aduerbia, maledice, blaſpheme, infamiter, conuiciatorie, maledictorie, turpiloquenter, & ſimilia. Obtrectatorie uero, & turpiloque, dura ſunt: Veluti contumelioſè, ſordidum. Sed inuria læſus dicitur, male audiens, maledictus, obtrectatus, peſsime audiens.*
6 Iudicium uero Scyrium, pro rigido dixere Legiſlatores: Nam exilio mulctati, in Scyrum, aut Lemnum confugere cogebantur.

## V DE IMPERIO, ET EIVS CONIVGATIS: imperante, & imperando.

IMperiũ, imperans, imperare: Author, Dux, imperialis, incipiẽs. Authorẽ eſſe, Coimperator, coimperare, imperij Dux: et Dux quoq;, fœminine: Comitia, & ſimilia.* Comitijs celebrata, ut Iſæus: Respublicæ Principe carentes. Theororum Princeps, Theororum imperium, & Theororum præfectura, ſecundum Iſæũ: Theoris imperantem, Theoris præeſſe, & Theoris imperare, ut Iſæus: Architectus, imperium. Prætor, ſecundum Demoſthenem: Imperaui, iuxta Lyſiam: Auſpicari, auſpicãtes, auſpicatus. Incipere: Initiari uero, de ſacrificijs, & primitiæ. Dinarchi autem eſt, Coimperabat: Primas. Demoſthenes porro, Ab initio, Ex initio, & Principio: De imperio inſuper dices, ducatus, præfectura, regnum, dominium,

Comitia celebrantem



nium, poteſtas, monarchia, tyrannis, cura, imperium: Imperatorem uero, Principem, Ducem, præducentem, Præfectum, Dominum, Regem, Curatorem, *prouinciarum Conſtitutorem, Primatem, Satrapam, belli Ducem, potentem, Tyrannum, Præſidem, Monarcham, Ephorum, Inſpectorem, Epiſcopum, & ſimilia hiſce. Et imperare, ducere, gubernare, dominari, præeſſe. 7

## VI NOMINA ATHENIENSIS MAGITRAtus, Theſmothetarum diſcuſſio, & quæcunq; tam publice, quàm priuatim ſinguli faciunt.

MAgiſtratus Athenienſis nomina, nouem Magiſtratus: ſunt uero, Princeps annum denominans, Rex, & belli Imperator, atq; Sex Theſmothetæ. hiſce enim, nouem illi Principes complentur. Erat & quædam Theſmothetarum diſcuſsio appellata, num ſcilicet ex utroq; Parente Athenienſes ſint à tertia uſq; generatione, et ex quibus populis oriundi: num Apollo ipſis ſit Patrius, & Iupiter Hercæus. num Parentes bene tractent, num pro patria bella gerant, num cenſum habeant. Interrogabat autem Senatus, hi uero iurabant apud porticum regiam, quæ eſt lapidea, ſe leges obſeruaturos, & munera non ſumpturos: aut aureã perſoluturos ſtatuam. deinde in Acropolim profecti, eadem iurabant. Myrtho autem coronabantur, & * plerunque mortis copia illis erat, ſi quis, quò non licebat, deſcenderet: *Iudices ſortiri. & Arbitros, unum è tribubus ſingulis, * Imperatores eligere ex omnibus: & ſecundum ſingulas prytaneas inquirere, num ſinguli bene imperare uideantur. * & ſuffragijs * Ciuium condemnatũ iudicant, atq; Equitum Magiſtros duos, & Tribunos decem, & hæc quidem publicè: Priuatim uero Theſmothetæ, quando ius dicendum ſit, præſcribunt: & publicas accuſationes in Populum promulgant, atq; ſuffragia. Tum & actionum intentiones introducunt & iniquitatis actiones, atque ſi quis legem non utilem tulerit, inſuper et Ducum examinationes: Actiones porro apud hos inſtituuntur, malæ uſæ ciuitatis, munerum Inquilinorum corruptelæ, munerum ſycophan-

communiter mortis poteſtatem habent

& & uero

tiæ, falſæ citationis, falſæ inſcriptionis, inſidiarum, non dati nominis, adulterij. Tum & præturis cenſuram adminiſtrant, & iudicio liberatos, Senatus decreta, iudicia emporialia, & metallica, ſiq; ſeruus maledicat libero. Inſuper & præturis iudicia ſortiuntur, & priuata, & publica. Vrbium commercia rata faciunt, contractuum Iudices inducunt, & falſi teſtimonij actiones ex Areopago.

VII PRAETORIS OFFICIVM.

PRætor porro, Orgia diſponit, & Thargelia cum ſuis Procuratoribus. Actiones uero apud illum ſortiuntur, iniuriarũ, ebrietatis, in Arbitrorum delectum, orphanorũ tutelæ, tutelarum ordinationes, Hæredum, & *hæreditariorum* altercationes. Curatores quoque Mulierum, quæ à Viris ultimò impregnatæ uidentur. Tum & orphanorum domus elocant. Hic uero * ἐπώνυμος est, & ab eo tempus numeratur.

Cohæredum adiudicationes cognominis

VIII REGIS OFFICIVM.

SEd Rex, myſterijs præeſt cum Curatoribus eorum, Bacchi feſtis, & certaminum lampadis & patria adminiſtrat ſacrifitia. Dicuntur autem apud illum, dies, ſeu actiones impietatis, ſacrilegij, controuerſiæ. Sed & generibus, et ſacris omnibus ille ius dicit. Et cædis actiones, in Areopagum inducit. coronaq; depoſita, ſimul cum ipſis iudicat. Contendentibus porro interdicit, à myſterijs, & alijs legitimis abſtinere. iudicat & inanimatorum cauſſas. Huius porro Coniugem, Reginam uocant.

IX IMPERATORIS OFFICIVM.

IMperator, Dianæ Venatrici ſacrificat, et Marti. Ordinat quoque certamen funebre eorum, qui bello cecidere. Et * Harmodio, ſuiſq; parentalia celebrat. Apud hunc autem, actiones intenduntur Inquilinorũ, eodem cum Ciuibus ciuitatis iure utentium, Hoſpitum. Sortem diſtribuit, ſingulis ſcilicet Tribubus partem, illam quidem Arbitris concedens. Inducit porro actiones, defectionis, immunitionis, Hæredum, & Inquilini.

8

DE



X DE* CONSESSORIBVS.

ASSESSORIBVS.

COnſeſſores autem nominantur, quos Prætor, Rex, & Imperator, binos ſcilicet ſinguli, quoſcunq; uoluerint eligunt. eos uero, apud Quingentos cenſeri oportebat, deinde in foro Allegantur & tabulæ, quod iudicio legitimo iudcatum ſit.

XI DE INTRODVCTORIBVS, & Arbitris.

INtroductores, Magiſtratus cuiuſdam ſorte electi nomen eſt. hi uero actiones, ad Arbitros introducebãt. Arbitri autem decem ſunt, ſinguli ſcilicet ex Tribubus ſingulis. Cenſi uero, & probati, quatuor annis regnant. ad Panathenæorum adminiſtrationem, muſicum, gymnicum, & equeſtre certamen.

XII DE MAGISTRIS EQVITVM, TRIBVnis, legum cuſtodibus, & Prytaneis.

EQuitum Magiſtri duo, ex omnibus Athenienſibus electi, res militares curabant. Sed Tribuni decem, unus è Tribu qualibet, Equitibus præerant. ſicuti ordinum Duces, armatis Militibus. Legum cuſtodes faſcia alba coronantur, & pompam Deo mittunt. primoſq; in concionibus occupant accubitus, nonnulla ſuffragijs decerni prohibentes, quæcunque minus utilia fuerint. Sed Prytanei, Senatum quotidie congregant, niſi quis dies nefaſtus fuerit. & prytaneis ſingulis, Populo præſcribunt ante Senatum, & ante concionem, de quibus nam agendum ſit. Concionum porro principalis dicitur, in qua Magiſtratus confirmant, ſiquidem boni fuerint, aut abrogant. in qua & publicas cauſſas, quicunque uoluerit, recitare poteſt. & publicatorum profeſſiones ante iudicia, & hæreditatum ſortem recitant. Secunda concio habetur, uolentibus, ſupplicatione facta, intrepide loqui de priuatis rebus, & publicis. Tertia, Præconibus, & Legatis celebranda eſt, quos antè Prytaneis ſcripta tradere oportet. Quarta uero, de ſacris, & ſanctis.

XIII DE PRAEFECTO.

SEd Præfectus dictus, unus Prytaneorum eſt, ſorte electus. Eundem uero bis Præfectũ, creari non licet. Habet autẽ hic,

 ſacrorum

ſacrorum claues, ubi pecuniæ ſitæ ſunt, & tabulæ· Cumq; Prytanei, aut Senatum, aut Populum conuocant, hic ex ſingulis concilijs primam occupat ſedem, ſola prætoria excepta.

XIIII DE RECEPTORIBVS.

Receptores erant decem, qui uectigalia, tributa, & telonia recipiebant· & controuerſias, quæ circa hæc erant, dijudicabant. quod ſi qua maior erat, ad forum transferebant.

XV DE QVAESTORIBVS.

Quæſtores Deæ, electi erant ex Pentacoſiomedimnis, ſed pecunias præſente Senatu recipiebant· hi uero, * κωλακρέται dicebantur. Habebant quoque poteſtatem remittendi mulctam, ſi iniuſte à Principibus iniuncta fuiſſet.

XVI DE SCRIBIS.

Scribæ, qui iuxta prytaneam à Senatu ſorte eligitur, ad tabulas ſeruandas, & decreta· Secundus, delectus ad Senatus Leges. Sed qui propter ærarium eligitur Scriba, & Populo, & Senatui prælegit.

XVII DE *CONTRAROTVLATORIBVS.

9 Contrarotulator, primum quidem electus erat, poſtea ſorte creabatur· omniaq; tranſſcribebat apud Senatum deponens.

XVIII DE CENSORIBVS.

Duo erant, hic quidem Senatus, alter iuriſdictionis, Cenſores· & hos Senatus ſorte deligit, ut ius dicentibus adſint.

XIX DE NAVARCHIS.

Nauarchæ, ſunt claſſem curantes, & triremium, ſolutionem.

XX DE VENDITORIBVS.

Venditores, telonia uendunt, cum alijs ad fiſcum pertinentibus· & eorum, qui poſt primam ex Areopago ſententiam, exules ſunt, ſubſtantias, & publicata bona. unus autem ex his imperat, qui uendita confirmat· Ad hos quoq;, Inquilini nondum cenſi abducebantur.

DE



DE CORRECTORIBVS. XXI

Correctores, quemadmodũ & Confeſſores, ad nouem Principes eliguntur, qui à repetundarũ Reis mulctam exigunt.

DE QVADRAGINTA. XXII

Quadraginta autem, primũ Triginta ſoli erant, qui per Populum obeuntes, ea quæ ad decem drachmarum ſummam accedebant, dijudicabant· ſed quæ ultra hanc excedebant, Arbitris transferebant. Poſt Triginta oligarchiam, medij inter Triginta numerum, & Quadraginta fuere, Mille & ducenti· & ex his, publica munia obeuntes erant· Sed Demoſthenes, Lege lata pro his, Trecentos ditiſsimos inſtituit.

DE ILLATORIBVS. XXIII

Illatores, qui menſtrua introducebant iudicia· erant autem ferè conuiuialia, & mercatoria.

DE LEGISLATORIBVS. XXIIII

Legiſlatores mille erant, quibus ueterem legem abrogare, nouam autem ſancire licitum non erat· Leges enim nouas, Senatus probabat, Populus, et Iudices. Hi uero obſeruabant, ne quis inter Pelaſgicũ meteret, aut ulterius foderet· & Prætori hoc tribuebant· Mulcta autem, tres erant drachmæ, & nocumentũ ſimplex.

DE VNDECIM. XXV

Vndecim ſunt, quorum ſinguli è ſingulis eliguntur tribubus, ipſiſq; Scriba adnumeratur· & ſecundum Phalereum, Nomophylaces nominati ſunt. Captiuorum uero curam gerebant, fures capiebant, plagiarios, & graſſatores. quos ſi confeſſi eſſent, morte mulctabant· ſin minus, in forum inducebant. ſiq; conuiciſſent, tollebant. Vna autem carceris ianua, Charonia dicebatur, per quam ad mortem ducebantur.

DE NOTARIIS. XXVI

Notarij, ſingulorum notabant debita, & non ſoluentes in iudicium uocabant· Singulis quoq; mulctas, prout dignum erat, adſcribebant. Et In frumenti diſtributionibus, frumenti Notarij conſtituebantur, ſecundum Antiphontem:

DE

XXVII

## DE PRAECONE.

PRæco quidem alter Myſticorum, à Ceryte Mercurij Filio, & Pandroſa Cecropis Filia· alter uero, circa certamina. Alij quoq; pomparum Præcones, ex Euonidarum familia· alijq; in foro uenales res promulgantes.

XXVIII

## DE LIBRARIIS.

Librarij ſex coſtituebantur Ciuium albo inſcriptorum, & triginta alij hiſce adnumerabãtur· Mulctabant eos, qui ad conciones non accederent· & eos qui concionibus intererant, ſcrutabantur. Atq; * funiculum minio tingentes, per lictores eos, qui in foro erant, ad concionem pellebant. Sed qui in Librum Lixiarchicum iam inſcriptus erat, patrimonium occupabat. Patrimonium autem, & λῆξις appellatur.

XXIX

## DE *HESTIARCHIS.

AEDILIBVS

EXpiabant hi luſtrationibus minoribus concionem, & theatrum· Expiatio enim illa, & luſtratio dicitur.

XXX

## DE CIRCVITORIBVS, & Ephebis.

CIrcuitores, ephebi, regionem cuſtodientes circuibant, utpote militaria iam curantes. Et inter Ephebos recenſebantur octodecim annos nati, duo uero * inter circuitores numerabãtur. Vigeſimo autem anno in Lixiarchicũ Librum inſcribebantur, & ſub * diu iurabant· Arma non dehoneſtabo, nec adſtantem, quiſquis is fuerit, ſocium relinquam. pugnabo quoque pro focis, & aris ſolus, & cum multis· patriam nec turbabo, nec prodam. nauigabo, contra quamcunque deſtinatus fuerim regionem· ſolennitates perpetuas obſeruabo, receptis conſuetudinibus parebo, & quaſcunque alias Populus prudenter ſtatuerit· & ſi quis leges receptas ſuſtulerit, niſi comprobauerit, non permittam. tuebor deniq; & ſolus, & cum reliquis omnibus, atque patria ſacra colam· Dij * Hiſtores, * Agrauli, Enyalius, Mars, Iupiter, * floreat, augeat, ducat.

ad circumnauigationes

Dio

Cognitores

Syluestres

Floreo, augeſco Duci.





## DE SACRIFICIS. XXXI

DEcem hi exiſtentes, ſacrificia offerebant quinquennia· ſacrificium ſcilicet in Delum, in Bauronem, Heraclidarum, & in Eleuſinam.

## DE ORGEONIBVS. XXXII

ORgeones, qui conſtitutis quibuſdam diebus tributim offerebant ſacrificia aliqua.

## DE TRIBVBVS. XXXIII

In has, Pueros ſimul, & Virgines introducebant· eos ſcilicet qui iuſtam inibant ætatem, in die Cureotide· Et pro Maſculis quidem, coriandrũ offerebant· pro Fœmellis autem, dotem nuptialem.

## DE GERARIS. XXXIIII

HAe arcana ſacra Baccho immolabant, cũ alijs quoq; myſterijs· has autem quatuordecim exiſtentes, Rex conſtituebat.

## DE TRIBVNIS. XXXV

HI ſunt, qui Tribubus imperant· aliquandiu Naucleri dicti ſunt. unde & tribus Naucariæ. Naucaria autem, aliquando fuit duodecima tribus pars· et Naucariæ erant duodecim. quatuor, ſecundum Tertiam quamlibet· Hi uero tributa tributim collata adminiſtrabant, & qui ex hiſce fiebant ſumptus. Naucaria autem quælibet, duos exhibebat Equites, & nauim unam, unde nimirum nomen ſumpſit.

## DE TRITTYARCHIS. XXXVI

TRittyæ præterea Præſes, Trittyarcha dicitur. Trittyarum uero ſingularum familiæ, tres ſunt. Et tribus quidem, uſque ad Cecropem, quatuor fuerunt· Cecropis, Autochthon, Actæa, Paralia. Poſt Cranaum uero adnominatæ ſunt, Cranais, Atthis, Meſogæa, Diacris· Sed poſt Erichthonium, Dias, Palladia, Neptunia, Vulcania. Verũ ab Ionis Liberis, Erichthone et Leonte· * Oplitæ, Aegicores, & Cades. Ab Alcmæone autem, Apolline interrogato, multa nomina in decem redacta ſunt· Erechthis, Cecropis, Aegis, Pandionis, Acamanthis, Antiochis, Leontis, Oenis, Hippothoontis, Aeantis· His uero addiderunt duas, Antigonidem, &

Hoplitæ

Demetriam: quas poſtea Attalidem, & Ptolemaidem nominaue-
runt. A Tribubus autem, tributim iudicare dicitur: Contribulis, a-
lienigena, Tribulis, Tribulium Deorum ſacra, tribunitius ſanguis,
Eupatridis inteſtinum bellum, & his ſimilia. Tribuum Reges ex * Euparidis
exiſtentes, in primis ſacrorum curam gerebant, cōſidentes in pala
tio, quod circa Bucolium eſt. Quum autem quatuor tantum tribus
eſſent, in ternas partes ſingulæ diuidebantur: & hæc pars, trittys
nominabatur, genus, & phratria. Singulorum uero generum fa-
miliæ erant triginta, ex totidem Viris conſtantes, quæ Trigeſimæ
Gentes uocabantur. Et eiuſdem familiæ, ſeu generis participes, Cognati,
olim Collactaneiq́; cognationis quidem non eiuſdem, ſed propter con-
Eupatridæ uentum hunc, nominabantur. Tres autem erant * familiæ ueteres,
Agricolæ * Euparidæ, Geomori, Demiurgi.

## XXXVII DE MVLIEBRI ORNATVS Præfectis.

MVliebri mundo Præfecti erāt, propter Mulierū ornatum: Et Mulieres inornatas mulctabant, earumq́; mulctas ſcribentes apud platanum, quæ in Ceramico eſt, exponebant: Viginti hos eligebant, poſt triginta reipublicæ, & legum Curatores, de optimis deligentes. Erat & Fontium cura, Magiſtratus quidem, eiuſdem nominis ſeruos ad hoc operis deſtinatos habens: Tum & leo quidam, Fonticuſtos appellatur, æneus fonti cuidam, è quo aquam ad iudicia, quæ aqua diſpenſantur, hauriebant, inſidens. Procurator autem quiſpiam, ſorte electus erat, dictus Ἐφύδωρ, clepſydræ æqualitatem cuſtodiens. Theoricæ pecuniæ ſunt, in feſta, Deorū honores, et Vulgus diſtributæ. & hoc quod dabatur, theoricum dicebatur: quemadmodū & eccleſiaſticum, & iudiciale, quod & triobolus erat, duo oboli, & obolus: Quorum adminiſtrationis Præſes, ſorte electus erat ſupra illos, qui noui Ciues inſcribuntur, uel etiam delentur. Et Imperatores quidem, Magiſtrorum Equitum nomina. Et Hellenotamiæi, qui uectigalia colligentes, & in inſulis tributa ab inſulanis exigunt, eorumq́; obſeruant reſpublicas. Aediles quoq́; & Sacrifici, officiorum nomina. Erogatores, qui frumen
tum



tum emetiuntur: Frumentarij uero, qui coëmunt. Inſuper & Petitores, officij nomen fuerit: aut Exactores, ſecundum Demoſthenem, Nemo exactoribus nomē dedit: Similiter & Inquiſitores aliquis ab illo ſumpſerit, nomen publicæ cuiuſdam functionis, qui latentia inquirunt. Ordinum Præfecti, ſcriptos habentes eos, qui ex Catalogo erant, deſignabant utrorumque nomina: & hoc, ſiſtere uocabatur. Prytanea uero, tempus eſt, quo unaquæq; Tribus præſidet. Et cum decem eſſent, ſingulæ Tribus pluribus diebus præſidebant: poſtquā autem duodecim factæ ſunt, ſingulis menſibus ſingulæ præſident. Ignifer, Puer, per uirtutē expiatis uitijs, ſub chlamyde & faſcia amictus, circumit, ignē aris inferens. Concio con uocata, quæ repente congregatur, neceſſitate aliqua maiore obor-
ta. Tum & Conuocatio dicitur, cum * & * eos ex agris uoca- etiam
rent, triremiū * Præfectos, & Nauarchas reliquos, tum & mari- que
timos omnes, Salaminioſq́;. Nautæ autem uocantur, hi quidem marini ſolum, aut maritimi: alij autem, Salaminij.

## DE ATHENIENSIVM FORIS, VNde dicantur, & quas actiones iudicent. XXXVIII

FOra Athenis ſunt, Vicus Martius: iudicabat uero actiones cædis, & uulneris ex prædeſtinatione, incendij: ueneficij, ſi ſcilicet quis dans occidiſſet. fiebat autem conteſtatio, & deinde iudicium. Exordijs uero uti, aut affectuum commotione non licebat.
Poſt primam autem ſententiam, exilium capere licebat, ſi quis Pa-
rentes occidiſſet. Menſibus * que ſingulis, tribus diebus continuis uero
ius dicebant: quarta ſcilicet menſis deficientis, tertia, & ſecunda.
Nouem Principes, qui ſingulis annis poſt cenſum datum, ſemper
Areopagitis addebantur, ſub * diu iudicabant. Cædis autem actio Dio
nes intendere licebat, uſq; ad Conſobrinos: & iureiurando inqui-
rere, quis nam mortui Cognatus ſit. ſiq; Familiaris fuerit, accuſa-
tur, & relegatur. Forum iuxta Palladium, in hoc ius dicitur de cæ
dibus inuite commiſſis: Nam poſt Troiæ excidium, Græcorū qui occiſos,
dam Palladium habentes, Phalero appulerunt, & per ignorantiam abiectos
ab incolis * occiſi * abiecerunt, & horū quidem nullus uiuus ap- eſſe

pulit· Acamas autem indicauit Græcos eſſe, qui Palladiũ habeant· & hi quidem ſepultos, ſecundũ Dei oraculũ, Ignotos nominarunt. Illuc uero conſtitutũ eſt Palladium, et de fortuitis ibidem iudicant. Forum apud Delphinium, ab Aegeo conſtitutum eſt· dedicatum autem eſt Apollini Delphinio, & Delphiniæ Dianæ· Primusq; ibi iudicatus eſt Theſeus, expians cædem ab illo occiſorum latronum, & Pallantidarum· quos occidiſſe quidem confeſſus eſt, hoc autem iure feciſſe affirmauit. Forum in Prytaneo, ius dicit de occiſis, ſi ignoti fuerint, & cadaueribus incidentibus, aut interemptis· Hoc autem forum Tribuum Reges conſtituerunt, quos oportebat incidens cadauer eijcere. Forum putei, ibi iudicabatur, ſi quis exulum de cæde fortuita accuſaretur, & ſecundam actionem uoluntariæ cædis acciperet. Erat & in mari iudicium, et Reum quidem adnauigantem, & non tangentem terram, à naue defenſionem ſui dicere oportebat, neq; ſcalam, neq; ancoram terræ inijcientem. Nota autem fora ſunt, Heliæum· & Trigonum, cuius meminit Dinarchus: Medium parabyſtum, & Maius parabyſtum. cuius Maioris, meminit Lyſias: Et in parabyſto Vndecim iudicabant ea, quæ Meticho honeſtiora erant, cuius meminit Androtion: ⁎

Forum in Lyco· à quo & Lyci decas. & Iunonis iſthic templum conſtitutum erat, habens feræ formam: Olim uero conueniebant ſimul iudicantes fora. ⁎

Magnũ uero Metichi forum, ab Artifice Meticho ſic dictũ eſt· iudicabant uero trigeſimum annũ tranſgreſſi ex Viris integris, & ærario nihil debentibus. Iurabãt uero in Ardeto foro Apollinẽ Patrium, Cererem, et Iouem Regem. ⁎ Ardetum porro, prope Eliſſum eſt· nominatum autem eſt ab Heroë quodam, qui ſeditioſum Populum ad concordiam adiurauit. Iuramentum uero Iudicum erat, ſe de illis rebus, de quibus leges habentur, ſecũdum eaſdem iudicaturos· de quibus autẽ leges nullæ ſunt, iuſtiſſimam laturos ſententiã. Iurantium uero ſimul, & iudicantium omne hoc, ἀμφιορκία dicitur. Heliæa autem, Quingentorum erat· Si uero mille Iudicibus opus erat, duo fora coniungebantur· ſiq; Mille & quingentis, tria. Calculos

Ardetus



culos autem duos habebant æneos, perforatum, & non perforatum· et urnam, cui camus impoſitus erat, per quem calculus immittebatur. Deinde & duas habebant urnas, quarum hæc quidem ænea, altera uero lignea erat· & hæc quidem condemnans, illa uero abſolutoria· Aneæ autem operculum ſuperiacebat, unius calculi foramen habens, quo poſtea arcana magis iudicantes contra ſuſpectos utebantur. Forum deniq; funibus circumdabatur, iubente quidem Rege· Theſmothetis autem, forum implentibus. Funium autem ambitus à quinquaginta pedum ſpacio ducebatur, & Miniſtri adſtabant publici, ne quis iudicio nõ indigens accederet. Fororum autem iudicialium ianuæ, κιγκλίδες dicuntur· quas Romani, ⁎ Cancellos uocitant. Dimittebantur uero Iudicia, ſi prodigia inciderent· Et Interpretes uocabantur, qui prodigia, et alias res ſacras dijudicabant. Ἐφέται, numero quidem erant quinquaginta & unus· Dracon autem hos conſtituit, de Optimatibus electos: Ius autem dicebant ſanguinis Reis, in quinque iudicijs· His uero, Solon Senatum ex Areopago addidit. Penè autem ludibrio habitũ eſt Ephetarum iudicium· Dicti autem uidentur, quod primum Rege iudicante fortuitæ cædis Reos, Dracon Ephetis, iudicium hoc permiſit ἐφέσιμον, id eſt translatitium id à Senatu faciens. Nautodicæ, qui male uſæ ciuitatis actiones agunt. Iniuriarum ⁎ Actores erant, ſi modo Cratero credendum eſt, qui ſuffragia poſcenti, cauſas introducere nolebant· hoc autem uſitatum fuit in Sicilia: Arbitri uero ex ſexagenarijs ſorte deligebantur, illiſq; ſortiebantur arbitria· Et infamiæ pœna definita erat, non iudicanti conſtitutum ⁎ illi arbitrium. Olim uero nulla ſacrorum actio, niſi prius ad Arbitros perueniret, agebatur. Dicebant autẽ, committere arbitriũ· Et ipſum arbitrium, ἐπιτροπὴ dicitur· eius uero prouocatio, ſi in forum fiebat, in urnam calculos utroſq;, Rei ſcilicet, & Actoris priuatim conijcientes, decernebant. Recipiebant autem Arbitri, à iudicante drachmam, quam διάστασιν uocant, inſcribente ipſo in tabulam crimen ipſum, & mulctam· Accipiebant et drachmam aliam, pro iuramento Rei. Tabellæ æneæ, quibus olim inſculptæ erant

Cancellatis

uero

rant leges ſacrorum, & patriorum rituum. Cyrbes, tabulæ ſunt triangulares, acuminatæ, quibus leges inſcriptæ erant. Axones, quadrata erant ænea, leges cõtinentia. Axones autem, & cyrbes, olim in Acropoli reſeruabantur· poſtea uero, ut omnibus harum copia fieret, in Prytaneum delatæ ſunt. & propterea dicitur, legem inferiorem cum Acropoli comparare. Nomina ab Arbitris ſunt, Arbiter, arbitrium, arbitrium ferre, arbitrium ferens, tulit arbitrium, decreuit, Sequeſter, Arbitrum eſſe, Arbitrorum ſententia, condemnati, Arbitrorũ ſententia liberati, Coarbiter, coarbitrium ferens, ab Arbitris damnatus, in Arbitrorum iudicio uincens, ſimul arbitrium ferre· Συνδιαιτηθῆναι enim, διαίτημα, et ἐνδιαίτημα aliò refertur. Ordines præterea erant quatuor, Pentacoſiomedimnorum, Equitum, iugatorum, mercenariorũ. Et illi quidem, quod quingentos medimnos liquidorum, & aridorum colligerent, dicti· & ærario, talentum ſoluebant· Illi uero Equitum cenſum ſoluentes, quod equos alere poſſent, dicti uidentur· menſuras autem colligebant trecentas, & ſemitalentum ſoluebant. Iugatorum autem tributum ſoluentes, à ducentis menſuris dicti ſunt· & ſoluebant minas decem. Mercenarij autem ordinis, nullum Magiſtratum obibant, neq; quicquam ſoluebant. Sed Anthemion, Diphili Filius celebratur epigrammate, quod ex mercenario ordine in equeſtrem translatus eſt. Et imago eſt in Acropoli, equus Viro adſtans, & Epigramma Diphili·

Anthemion hunc equum Dijs obtulit,
Mercenarium ordinem equeſtri permutans:

Sed qui ante fora, & alios cœtus publici miniſtri ſunt, lictores dicuntur· quibus iniunctum erat, immodeſtos arcere, & non conuenientia dicentes abripere· Tum & Scythæ appellabantur, & Sagittarij· Atq; Peuſinij ab eo, qui primus eorũ inſtituit officium. Telonia autem erant, quæ ſoluebãtur quinquageſimæ collectoribus, et exactoribus· hæc autẽ uectigalia uocantur, & emporialia. Non nunquam & decimas inſtituerunt. Et *decimæ, telonij ſpecies erant. Et iumenta alentes, ζευγίσιον tributum ſoluebant. Cæterum olim

decima



olim in Pnyce, comitia celebrabant. Pnyx autem, locus erat iuxta Acropolim· apparatus more uetuſtæ ſimplicitatis, non ad theatri ſplendorem. Aliæ autem conciones, in Bacchi theatro congregabantur· ſolaq; conſularia comitia, in Pnyce. Vnde Populi tumultum, Comici πνυκίτην uocant. Primum autem accubitum, & primum lignum uocabant· & in foro, primam cathedram. Quæ autẽ Iudicibus, in ſellis ipſorum ſubſtrata ſunt, ſtoreæ uocantur. Homicida, occiſor, mactator, ueneficus, occidens, cædis ſtudioſus, cæde pollutus· Occidit, interemit, cæcidit, mactauit, dolo peremit, cæde polluit· *De huiuſmodi autem, pollutus, cõtaminatus, prophanus, ſanguinis reus, ſanguinis plenus. Reſq; ipſa, cædes, interemptio, cædis pollutio, mactatio. Referantur etiam ad iudicialia, conſcij, communio· Communes pecuniæ, apud Demoſthenem· Communicantes enim, Xenophontis proprium eſt. Indiſtributa bona, cõmunia, promiſcua, diuiſa· Diſtributa enim, ſordidius eſt. Et uerbum, communicare, bona communicare, ſubſtantiam miſcere, cõiungere diuitias· congerere, corrogare, coaceruare· Subſtantiam in unũ conferre, conſtipare, commiſcere. Communiter, communicator, communicatus, communionibus ſtudens· Et communione dignus, & communionis expers. Contraria autem, dirimere, ſorte diuidere, ſortiri in multos, diuidere· Diſtribuere uero, alterius ſignificationis eſt. Et partiri, ſordidius· Melius autem, In partes diuidere. Diuiſio ſubſtantiæ, diſtributio, ſortitio· Partitio enim, aliquanto humilius eſt. Et δάτησις, durius· Melius autem, δασμός. Et ij ſanè, in quos diuiditur· participes, conſortes, partium acceptores· Diuidentes uero, diſtributores dicuntur. Et In diſtributorum diuiſionem, dicunt Rhetores: Sæpenumero quoq; conſortes, & conſortem eſſe dicitur de illis, qui alicuius flagitij participes ſunt· Et his penè ſimiles, participes, participantes, ſorte partientes, diſtribuentes, ſorte diuidentes. Et nomen, ſortitio· Et uerbum, ſortiri, ſorte participare. Et Sortita bona, ſecundum Demoſthenem:

Ad hæc

DE

## XXXIX DE LEGATIS, ET QVAE AD HOS SPEctant· et quæ de Præconibus, de honoribus, ſtipulationibus, & contractu.

LEgati, Nuncij publici, legatio, Legatũ agere · legationem ad-
miniſtrare, legationem mittere, legare, legationem perperam
obire, legatione mitti· Mala legationis adminiſtratione uti, quo ma-
gis utitur Demoſthenes · et Platon, Malæ autem obitæ legationis a-
ctio, contra hoſce erat: Legatus uero, & Nuncius ſit, & Miniſter·
Alterius autem ſignificationis eſt, Præco, & Caduceator. Cadu-
ceus autem, Legatorum geſtamen erat· & in Prytaneum, ob cau-
ſas peregrinas uocabantur. Legatos quoque nominabis, legatio-
nem adminiſtrantes · Vnde & de Præcone dicitur, legationem
peragere. Et uerba, Legatum agere, adminiſtrare, legationem mit-
tere, legationem remittere. A Præconibus autem, præconari di-
ces, promulgare, denunciare, enunciare, prædicare, & annun-
ciare, præconium afferre, inducias denunciare. Et res ipſa, præ-
conium, promulgatio, denunciatio. Et contrarium, indenunciata
bella· non indicta cauſſa inſilientes, & non denunciati· Sacroſan-
quocunq; ſancti autem erant, & * ubicunq; illis tutò proficiſci licebat. Immu
nitas, pacis reciſio· Fœdera ferire, pacem afferre, libare, libatio-
nes petere · Fœderati, Confœderati, & ſimilia. Aurea coronari
corona, germine denunciari, promulgari, deſignari, & ſimilia.
Et res ipſæ, denunciatio, promulgatio, prædicatio, deſignatio.
Inſuper & alij honores, munera, præmia, honores, gratiæ, frumen
ti diſtributiones, frumenti ſtipendium, Conuiuam eſſe · Purpura,
primus accubitus, æneũ ſtare· immunes opes tam peregrinis, quam
in rebuſpublicis. Stipulatio, commerciũ, contractus, tabula, pactũ
ſcriptum, confeſſio ſcripta. A ſtipulatione autem, ſtipulatus eſt, &
ſecundum ſtipulationem egit · atque ſtipulatio nautica· Et Stipula-
tionis transgreſſio, apud Demoſthenem, aliquid agere illis, quæ ſti
pulatione continentur, contrariũ. A contractu porro, contrahere·
Et pactio- Quemadmodũ à pacto, paciſci, paciſcentes, * pactio, & pactum
nem quoq; nunc dicunt · Et gratitudinis pactum, & pactum amicitiæ.





## DE MVTVO, ET DIIS A SOLONE constitutis · pignore, depoſito, ædium remiſſione, * XL

& ijs quæ circa ipſa.

MVtuum, debitum, ſponſio, nauticum, elocationes, fœnus
nauticũ · Commeatus periculum ſuſcipiens, commeatus,
& remeatus periculum continens· Periculoſum, dubium, quæſtuo
ſum, lucro carens. Tum & funibus circumdare ſacra, dixerunt in
* obturationibus · & obſepire, utpote in Plynterijs, & huiuſmodi nefaſtis
diebus. funibus autem cingere forum, cum arcana iudicarent, ne
quis adiret inauſpicatus. Tres iurare deos Solon iubet, Supplicem,
Expiatorium, Depulſorium: Pignorare eſt, cum quis dote data ali-
quid, quanti ea conſtat, oppignorat. Pignusq; eſt, quaſi depoſitum,
proprie quidem dotis · illud uero, mercedis quoq; · Et uerbum, oppi-
gnorare. Donum deponere, pro in depoſitũ dare · Poni autem, pro
depoſito ſumere. Et hoc quidem depoſuit, illud uero depoſitum eſt·
Similiter, ſpopondit, & ſponſione datum eſt. Hyperides uero ad
Charytem dicit, Datus, pro depoſitus. Actiones quoque erant re-
miſſionis. Et dicere licet, remiſit, remiſſum eſt, remittere, ignouit,
conceſſit. Deſeruit accuſationem, gratificatus eſt, contribuit, red-
didit, accuſationem ſuſtulit, deleuit· Contentionem nondum fini-
tam dereliquit, reliquit, deſtitit, ceſſit, pepigit. Spõte ſuccumbens,
ſubcedens, inclinatus· Et ut Hyperides, Renunciauit remiſſionem:

## DE CONVIVIIS, CONGREGATIONE Senatus, conſeſſu · publicationibus, & ſimilibus. XLI

COnuiuia, * conuiuatoriæ, Conuiuatorũ ſymbolum, conui- Conuiua
uatoriæ actiones, conuiuialis lex, conuiuij penſio, conuiuij tores
conſtitutio· Deferre conuiuium, implere conuiuium, penſionem re
linquere. Conueniunt quoq; conuiuatorijs, particeps, participa-
tio· Et illud Hyperidis, Cohabitationis particeps: Quæſtor con-
ſedit, conuenit, confudit, commiſcuit, conſtipauit, collegit, coor-
dinauit, coaceruauit · præſedit, conſedit, ius dixit, conſuluit, conſi-

lium præmiſit, Senatus erat conſeſſus· cõgregati erant Senatores,
conuenerunt· Curia impleta eſt, plena erat· Eadem autem de Popu
lo quoque dicat quis, ac Iudicibus. Publicare ſubſtantiam, proſcri-
bere, publice proſcribere, publicationem decernere· Subſtantia ce
dere, concedere bona, res, ſubſtantiam, ſortem, patrimonium, poſ-
ſeßionem, opes, omnes diuitias· patrimonio priuari.

## XLII DE PRAESCRIPTIS DIEBVS, FVNEribus, luctu, & quæ hiſce conueniunt.

COnſtituti dies, funera, tertiæ, nonæ, trigeſimæ, exequiæ,
libamina, iuſta· Terram ſuffodere, ſtruere rogũ. Parentalia,
ſepultura, ſepulchralia· Monumentum, ſepulchrum, tumulus, co-
lumna, querela, ſtatua, libitinæ, tymbi, & urnæ.

## XLIII DE NOXA, MVLCTAM FERENdo, & diem dicendo.

NOxa, nocumentum, damnum, mulctæ periculoſæ, damno-
ſus, et ſimilia· Nocuus, nociuus, nocenter, nociue, periculo
ſe· Damnoſe enim, durũ eſt. Mulctam ferre, dare, ſoluere, perſolue
re, exoluere, deponere, conferre, & ſimilia. Et res ipſæ, collatio,
redditio, ſolutio, exolutio, depoſitio· reliqua enim, ſordidiora ſunt·
Nomina uero nulla extant, nec aduerbia. Et contraria, exigere,
pignora ſumere· pignora capeſſere, & poſtulare. Atq; res ipſa, exa
ctio, poſtulatio· Oppignoratio enim, ſordidum eſt. Dices inſuper,
forum repletum eſt, ſortitum eſt, ſorte diſtributum eſt, conſedit,
conſtitutum eſt, conuenit, reſedit, iudicauit, ius dixit, decreuit, cal
culum depoſuit, ſententiam tulit. Calculis damnauit, cõdemnauit,
damnationis ſummam tulit, damnatione notauit, mulctauit, mul-
ctam irrogauit. Abſoluit, calculis liberauit, dimiſit, ſoluit, iudicio
liberum decreuit· & ſimilia. Impletio, ſors, conſtitutio, cõuentus,
decretum. Damnatio, condemnatio, iudicium, ſuffragiorum ſtipu-
latio, mulcta decreta, mulctatio, mulcta, mulctæ irrogatio, pœna,
punitio, debitum, ſupplicium, intentio, iudicium. Abſolutio, libera-
tio, & hiſce ſimilia. Mulctare, mulctam attenuare, ſubattenuare.
Iudices ſurgere, conſurgere· Forum dimitti, Senatum, et Populum
Non



Non ceßi, non conceßi, non remiſi, non timui, nõ perculſus ſum,
non declinaui, nõ deflexi, non deſtiti, nõ deuiaui, nõ depulſus ſum,
nõ ſubductus ſum, nõ ſum traductus. Appropriauit, uẽdicauit, ſub
duxit, occupauit, decertauit. Prouidere, conſilium conferre, con-
ſulere, conuenire, conſilia communicare, coniungi, conferre auxi
lium, ſimul uincere, ſuperare· Miſceri, cõtingi, colligari, alligari in
uicem. Præhenſum eſſe, habere, eiuſdem eſſe ſententiæ, æqualia
decernere, idem ſpirare, unanimes eſſe, iiſdem ſuffragiis uti· Iiſ-
dem gaudere, iiſdem triſtari· eadem amare, eadem odiſſe. Iiſdem ac
quieſcere, unum eundemq; eſſe Populum. Et res ipſæ, conſenſus,
concordia, unanimitas, una eademq; confeßio, conſonantia, con-
centus, decretum, colligatio· hæc ſola· Σύνδεσις enim, durum eſt,
licet Platonis fuerit. Sed contraria horum, ſcindi, diuidi, ſeduci,
turbari, tumultuari· laborare, inuicem diſtare, diſſonare, diſſenti-
re, aliud ſapere· Inuicem diſſolui, inuicem remitti, reprobari, parti-
bus diſcindi, in partes diuidi, diduci· alternare. Et ipſæ res, factio,
ſeditio, diſſenſio, defectio, turba, tumultus, labor, diſſonantia, di-
ſcordia, diuerſa cõſultatio, alienatio mentis, alternatio, diuiſio, in-
imicitia· alia uero, ſordida ſunt· Nomina uero nulla ſunt, præter fa-
ctioſus· Στασιώδης enim, contemptum eſt. Et turbulentus, ſordi-
dum· quemadmodum & tumultuarius. Ab inimcitia autem, diſſen-
ſionum, aut inimicitiarũ ſtudioſus· Nam ſine additione, inimici uo-
cabulum uſitatum non eſt· ſed magis, diſſentiens. Et alternator, du-
rum. Aduerbia autẽ, factioſe, diſſentienter, diſſonanter. Et res, tur
bulentum, tumultuarium· hæc enim receptiora ſunt, quàm ab illis
deriuata aduerbia. Ab inimicitia autem, inimice, & ſeditioſe.

## DE RELVCTANTIBVS, ET collaudantibus. XLIIII

REluctari, ſupplãtare, impedire, refrenare, turbare, cõtubare,
elidere, obſtrepere, diſcindere, inhibere, ſuſtinere, depellere,
phibere, conſopire, cõdemnare, dißẽtire, reclamare; circũſtrepe-
re, contradicere, turbare, linguã auertere· Sed obturare os, melius
eſt. Vocẽ eripere, elidere, extrahere, impedimẽto eße· Auditũ tan-

 tumnon

*tumnon obturare, retinere, obſepire. Collaudare, recipere, admittere, ſuſtinere· Gratulemini, conueniatis, conſentientes ſitis· affirmate, annuete, ſuffragemini, ratificate, calculum addite.*

XLV *DE DOMIBVS, VBI CONVIuantur Prytanei.

THolus, *in quo cœnabāt quotidie, quinquaginta ex* Quingentorum Senatu. Tribus, *penes quam imperium erat, immunis habebatur·* Et *eadem immunitate fruens, tributis liber, & tributorum expers dicebatur.* Tributarius *erat, niſi cui immunitas dono data eſt.* Collega, *qui cum alio publicum munus adminiſtrat.* Et immunis *dicitur, qui tributorum expers eſt.* Defunctus, *qui tributa recenſet, ſine tributo publicum non obiens munus.* Et res ipſa, *immunitas, remiſſio, conceſſio, munerum carentia·* Nam *tributorum libertas, ſordidum eſt. Subſtantiam uero immunem, dixit* Dinarchus: Et *eiuſdem tributi perſolutor, eodem ciuitatis iure fruens, æqualem ad honores gradum habens, inquilini tributo liberatus.* Et *res ipſa, tributi æqualitas, ciuitatis æqualis fruitio, æqualis honorum uſus.* Tributarius *uero, etiam tributis obnoxius· tributum ſoluens, deponens, conferens, in publicum dans tribuensq́; dicitur.* Et *ipſa res, tributum, depoſitum, collatio, inſumptio publica, perſolutio.* Contributarius *deniq; ſimul tributum ferens, conferens, ſimul ſoluens, unà deponens, ſimul perſoluens· tum & uerba, ab hiſce participijs.* Et *res ipſæ, contributum, collatio communis, commiſſio tributorum, corrogatio.*

LIBRI OCTAVI FINIS.

IVLII



# IVLII POLLVCIS, DICTIONARII LIBER NONVS.

## IVLIVS POLLVX, COMMODO CAESARI S.

DIctionarium quoddam inſtitutorium, à Gorgia Sophiſta conſcriptum eſt. & hoc quidem audire, puerile· & idē conari, parui momenti uidebatur, huic componendi generi nondum cōuerſato. nunc autem aggreſſus, cœpi huiuſmodi Libros, ceu rem frugiferā, æſtimare· alia enim omnia, & uſum eorū probo· Et uocabulorum catalogus, natura tædioſus exiſtens, diſpoſitionis modo ad ordinis quandam formam uenuſtiorem redactus eſt· ut non magis lectis quis defatigetur, quàm ſequentia audire deſideret.

 CAPITA

## CAPITA LIBRI NONI.

HOc Libro nomina de urbium ædificijs cõtinentur, omniaq́; quæ à terminis, Populis, uicis, agris, regione, aut hortis dicũtur. Exteriores urbis partes. Nomina ab urbe deriuata· Vrbium formæ, earum laudes, & uituperia· & nomina, à ciuitate dicta. De partibus maritimis. De uectigalibus. Publicani laus, et uituperium. Partium, intra mœnia & urbes exiſtentium nomina, priuatarum & publicarum, præſtantiorum & uiliorum. Inſuper & numiſmatum adſunt nomina, tam maiorum quàm minorum· eorumq́; partes, eorũ uocabula, et ſi quid in hiſce nominibus propriũ, aut communiter, aut ſecundum urbes obſeruatum eſt· Vbi etiam in tranſcurſu, num calidos potus Maiores noſtri biberint, diſcutitur. De ueteri moneta, & noua· deq́; numis, qui Barbari æſtimati, Græcanici tamen ſunt. De primis monetæ excuſoribus. De monetarum inſcriptionibus. Quantum putent talentum continere. De pecunia, et pecunijs· argento, argentis· ære, et æreis. Præterea de ludis, teſſera, taxillis· & de eo quod dicitur, Mouebo hunc à ſacra linea. De diagrammiſmis, aſtragalis· deq́; eorum numero, et tractatione. de cane, Coo, Chio, Steſichoro, Euripide, ludo articulari, et ludo

pheuide ad hamillam. De pila ad Scyrum, * Phennida, aporraxi, Vrania, cothurnicum iactu, & nominibus huic proprijs. De Baſilinde, oſtracinde, Chalciſmo, himanteligmo, ephedriſmo, epoſtraciſmo. Aſcomaſmus, in cotyla, æneam muſcã, præſtantiſſime ô Philelie, trygodiphiſis, melanthe, teſtudo· ſcanthariζare, nates percutere· Pentalitha, phittamaliades, phittariæ, phittameliæ, platagonium, *

telephium telephyllum, caryna, malorum grana, latages, colabiſſare. Porro ſynonyma quoq́;, ſimilis, fraudis, cunctandi, admonendi, uincendi, turbæ, angendi, cauillandi, rei, ſciendi, plerunq́;, occidendi, dubitandi, ſufficiendi, terrendi, exponendi, incendendi, perficiendi, expellendi, intrandi, ferendi. Et nomina uariæ figuræ, ab ου diphthongo incipientia.

NOMI-



## NOMINA DE VRBIS AEDIFICIIS, & quæcunq; à terminis, & Populis. I

POrro ut etiã de urbe, et urbis partibus loquamur, ſic dicendum eſt· coloniæ deductor, coloniã deducens· Vrbem extruens, non tamen πολισός. Condiens, et Conditor· Et apud Herodotũ, Συγκτίσης: De eodem et ædificans, fabricans, urbem ſubſternens, parans, paratus, operans, expoliens, faciens, extruẽs, machinans· & ſimilia. Et res ipſa, ædificatio· Et iuxta Thucydidẽ, Habitatio, Cohabitatio: Reliquorum enim deriuatiua, aut dura ſunt, aut etiã ad alias res cõmunia. Verbum autem, coloniã deducere, urbem condere, extruere, inhabitare. Et aduerbium, inhabitatorie. Sed opus ipſum, ciuitas, urbs, cohabitatio, ædificium. Verum Xenophon non mœnia modò, ſed omne quod mœnijs continetur, Murum dixit. Vir autem, Ciuis, urbanus, habitator, incola, inhabitator, inquilinus, Indigena, colonus. Et ipſa multitudo, Populus, turba, populares, Tribules, genera, familiæ. Atq́; partes extra urbem, termini, conterminalia, forum, Populi, uici, agri, ſuburbia, prædia remotiora, regiones, horti, paradiſi, uillæ, domus uoluptuariæ· quorũ nonnulla, etiã in urbe fiunt. Et à terminis quidẽ dicitur, Cõterminus Iupiter, columna terminãs, fluuius cõfinis, confinis urbs, locus conterminus, ager noſtris finibus contentus, bellum externum, opus determinatum· Tellurem terminare, determinare regionem. Virum finibus eijcere, extorrem fieri, & fines conturbare. Terminans uero, terminator. Et Ager obæratus, determinatus. Et terminãs columna, terminus Dieſq́; terminatus, pro definito. Sed à Populis, iuxta Populos habitantes, cum Populis conuenientes, popularis multitudo. Tum & in Populo uerſari, & peregrinari, & Populo cohabitare· Cohabitatio. peregrinatio. Extera bella. Et apud Thucydidem, Externi ad populares: Et * copia totius Populi. multitudo

Et omni Populo, aduerbialiter. Totius Populi cõuentus, publicatio, epulum publicum. publicæ feriæ, opus publicum, habitator publicus· publicare, publicũ eſſe. Populi Præſes, publicus uenditor, Populi amator, Populi amor· Concionator, concio, popularis, Populi

ſtudioſus, Populi oſor. Democratia, democraticus. A populis e-
tiam dicatur, Miniſter publicus & cum Populo communicans, ut-
pote aliàs extra urbem habitans. & ſimilia.

## II A PAGIS DICTA, AVT AGRIS.

A Pagis uero, ſeu uicis, Vicinus, Vicina, pagi Princeps, pagi
Præſides Κωμοδρομεῖν, & cauillari. Inſuper & Comœ
dia, Comicus Poëta, Comœdiæ conſcriptor, Comœdiæ Actor,
& cauillans. Comica fabula. Et Comicum, quoniam in uicis Cho
Forſan ri olim conſtituebantur. * Statim hinc & Comicus dictus fuerit.
Et Comeſare, & Comeſator, apud Platonem: Atq; hedycomus,
cantilena. Ab agris autem, Atticæ formulæ ſunt rus proficiſci, ru-
ri habitare, ab agro uenire, & ſtatim ab agris diſcedere, & rus
proficiſcere. Ruſticitas uero & agreſtis, pro aſpero. Et Ruſticus,
qui rure uiuit. De utriſq; autem ἄγριος dicitur, magis tamen de a-
ſpero. Fortaßis & præda, & uenari, atq; uenaticus canis, quoniam
& hæc extra urbes fiunt. Inſuper & agreſtes feræ, & omne ca-
piens linum. Et Venatica Dea, & Venaticæ Deæ lucus. Dices præ
terea & Ruſticum carmen, et agreſtem Muſam caprariorum ſcili-
cet, & Paſtorum: Ἀγριώτης enim, Poëticum eſt. Non inconue-
niens etiam eſt addere, quod Ninus Beli Filius, natum in agro Fi-
lium, Agronem nominauit.

## III QVAECVNQVE A LOCO, & hortis.

SEd à loco, ſacer locus, indigena Populus, inquilinum factum,
et localiter, ruſticũ, Ruſticus uiuendo. In loco manſit, locum
amare, loci amor. Et Χωροφιλεῖν, apud Antiphontem: Inſuper &
incola, Indigena, inquilinus, colonus. Separare, cedere, concedere
et omnia alia, quæ τῆς χώρας uocabulo conueniunt. Cæterum ab
hortis, Hortulanus, Hortulanũ eſſe, hortum colere, hortorum cul-
Vide ſu- tus, & hortulana ianua. Et κῆπος, tondendi ſpecies. Sed paradiſi,
pra Lib. II Barbaricum nomen uidetur conſuetudine autẽ, in uſum Græcum
peruenit, ſicuti & multa alia Perſica:

DE



## DE SVBVRBIIS, EORVM PARTIBVS, & ijs quæ extra urbem ſunt. IIII

VErùm partes extra urbes exiſtentes, & omnia quæ agros
ſpectant, in Agricultura antè prædicta habes. Suburbiorũ
autẽ fuerint, et munitiones, quæ et cuſtodias uocabis. Præſidia, *
turres, ſpeculas, tum & munimenta uallum, et ualli. Foſſæ, pali, ſti
pites, tentoria, ſcenæ, tuguria, tabernacula, caſtra omniaq; ea quæ
munitionis cauſa, exterius extruũtur. * In re uero ludicra, propter Ludenti
multorum uſum, caſtra, etiam παρεμβολὴν nominare licebit, alle
gando quendam è Neotericis Theophilum dicentẽ in * Pancraſti Pancra-
ca. Deinde intra uallum hæc, & caſtra. Et in Aetolis Criton, Hic tiſte
enim nobis caſtra ſunt: Partes uero eorum quæ extra urbes ſunt,
publice quidem ſacra loca, loci initiatorij, magalia, palatia, oracu-
lorum loca, heroa, ſepulchra, monumenta, polyandria, tumuli. A-
pud ſolum autem Thucydidem, Abſcondita ſepulchra, monumen-
ta dicta inuenies. Extra urbem quoq; ſunt, antra, ſpecus, cauerno-
ſa refugia. Et Theopompus in Pantaleonte, Speluncã dixit. Ex his
quoq; fuerint, nemora, luci, caulæ, ſtabula, porticus, ſtationes peco
ris, caprarum greges, paſcuæ, ſepta, cubilia, porcilia, haræ, porco
rum greges. Tum et Gruũ greges, & Anſerũ greges, ſecundũ Pla
tonem et Columbariũ dicit, in Theæteto: Inter ſuburbia quoq;, lo
ca urbem ambientia numerentur nisi loci cuiuſdam nomen eſſe pu
temus apud Thucydidẽ, cum inquit, In peripolijs iſtis depræhenſus
eſt: Ex ſuburbijs porro, in urbem eundum eſt. Et ab urbe quidem,
non urbanus modò, & urbanitas ſed & urbicus, & ciuilis. * ur- &
banus eſt, in urbe morari, Aedilis. Et * Aſtylips, apud Critiam: Deſertor
Comœdia quoq;, Vrbanam oleam uocat eam, quæ in urbe eſt. Sed urbis
urbem nominabis, in continente ſitam, inſulanam, littoralem, à ma
ri remotam, mediterraneam, à mari allutam, marinã, maritimam,
mari appropinquantem, mari proximam, ad mare conſtitutam. Ἀγ
χίαλος enim, Poëtarum eſt. Quæ autem utrinq; mari alluitur, bi-
maris, ueluti Corinthus. Et quæ in medio maris utrinq; inhabitata
terra eſt, utrinq; alluta, utrinque adnauigabilis αὐλή, & iſthmus.

E Vbi

Vbi uero utrinq; exiſtens mare terrã ſeparat, hoc· maris canalem,
Euripũ, & fretum uocare oportet. Vocabis autem urbem recenter
ædificatam, nouam, recentem, nuper conditam, modò factam, noui
ter elaboratã, recenter conſtitutã, cui ſuprema modo manus addi-
ta eſt, habitatoribus coætaneam · ſed diu ante, uetuſtã, antiquam,
uetuſtiſſimam, antiquis diuitijs abundantem, priſcam, ſenem, peran
tiquam, peruetuſtam· Et Populum huius, uetuſtum, inquilinũ, ter-
rigenam, indigenam, patrium· illius uero, peregrinum, alienum, ad-
uenticium, alienigenam. Sed à magnitudine urbem laudando, dices·
latam, amplam, prælongam, longam, longiſſimam, magnam, maxi-
mam, ingentem, grandem, faſtuoſam, conditam, ampliatam, exten-
ſam, diffuſam · Cæterum in planitie campeſtri ſitam, planam, equo
rum curſui patentem, currulem, populoſam, magna planitie prædi-
tam, extenſam, patulam: & ſecundum Homerum, Latiſ iam. * Κη- Cetoſa
τώεσσα uero, ſumme Poëticum eſt. Sed in monte ſitam, monta-
nam, altam, præaltam, bene munitam, difficilem captu, inuiam, ac-
ceſſu difficilem, conſpicuam, manifeſtam, excelſam, lucentem, ar-
duam, in altum tendentẽ, montes æmulantem, excellentem, arci ſi-
milem, tantũ non nubes ſuperantẽ, uerticibus æthera tangentem,
aërem ferè contingentem uel nubes, nubibus proximam, lucido cir
cumfuſam aëre, libero aëri expoſitã. Vrbem uero maiorem uitupe
rans, dices· immenſam, immodicã, inconcinnam, cuſtoditu diffici-
lem, acceſſu difficilem, uix implendam, male habitatã, erratilem, di
ſperſam, diſtractam, Indigenarũ inopia laborantem, omnigenam,
uarijs Gentibus repletam, inornatam, indiſcretã, turbulentam· tur
barum plenã, petulantiæ, indecentiæ· Omnibus Populis refertam,
uarios Populos continentem, collectitiam, alieni Populi plenam,
Hoſpitibus abundantem, hoſpitalem, exteris repletam, peregrino-
rum plenam, omnigenis hominibus confertam, adductitia anno-
na indigentem, incolas non nutrientem · inuectione opus haben-
tem, introductis frumentis, inuectis cibis· A mari magis, quàm ter
ra nutritã· quam Mercatores magis, quàm Agricolæ nutriunt. &
ſimilia. Similiter & campeſtrem uituperando, dices· cauam, ſupi-
nam



nam, paluſtrem, aditu facilem, facilem captu, quam primo incurſu
quis capiat· Montanam autem uituperando, dices · commercijs in-
conueniens, uiæ inepta, *intrita, cõmercijs carens, appropinquatu infrequens
difficilis, inhoſpitalis, aſpera, inuia, accliuis, agreſtis, uallis, con-
uallis· ferarum magis, quàm hominum urbs· capraria magis, quàm
urbana· Tempeſtuoſa, æſtatem difficilem habens, hyeme moleſta
propter niuem· et ſimilia· Aliàs porro laudando dices, Viris ſcaten
tem, florentem, iuſtam, rectam. & ſi uituperes, inflammatam, tur-
bulentam, tumultuariam, afflictam, tenebricoſam, grauem, mole-
ſtam, intolerabilem multitudine · turbarum plenam, uexationum,
anguſtiarum, et tumultuũ. In qua uero Populus paucus fuerit, homi
nibus egens· in ſolitudine, in ocio, in quiete, ocioſa, libera· Sed ſi ca
uilleris, deſertã, ſolitariam, moleſtam, paucis hominibus habitatã·
incolis deſertam, inhabitatam, hominibus carentem, uacuã· Simili-
ter et paruam laudans, dices· ſufficientem, moderatã, non prægran
dem, mediocrem, modicam, mediocriter diſpoſitam, menſuratam,
habitabilem, commodam· & ſimilia· Sed ſi uituperes, arctam, bre-
uem, miſeram, ærumnoſam · oppidulum, ciuitatula, pagus. & alia
multa. Quod ſi inueneris in præcedentibus Libris, humani, & ho-
ſpitalis laudes· aut inhumani, et inhoſpitalis uituperia, etiã ſi eadem
non de urbibus, ſed de Viris dicta ſint, licet tamen uſum ad urbes
transferre · Quemadmodum & quæcunque de locis ſunt ſalubri-
bus, aut morbidis, aliaq; huiuſmodi, ad urbes quoq; referenda ſunt.
Præterea magnæ ciuitatis Ciuis, Μεγαλοπολίτης dicatur · par-
uæ uero, μικροπολίτης· Vnde & ab Ariſtophane, Paruæ ciuita-
ti conueniens dictum eſt. Nouæ uero ciuitatis Ciuis, Νεοπολίτης
ſecundum Platonem, et Epicharmũ dicentem * · Nouus habitator, in Harpa-
in Harpagis· et ſecundum Eupolim dicentem in Aurea ætate, Νεο- gis
κάτοικος: Verũ à ciuitate nomina ſunt, ciuitas, Ciuis, politia, po-
litiæ ſubiecti, rempublicã adminiſtrare, rempublicã ſollicitare, rei
publicæ præeſſe. Et Reipublicæ ſollicitatio, ut Sanyrion in * Gelo Riſi.
te: Politica ſapiẽtia, Vir Politicus, et politica oratio· Dij * tutelares, Ciuici
& urbis Præſides. Et Moribus ciuitatis amorem referens, ſecun-


dum

dum Thucydidem: Et Rempublicā ſollicitare, apud Antiphontem: & multa huiuſmodi. Vrbanum uero, Eupolis in Diade Ciuilem nominauit, ueluti indigenam. Dicatur quoq; Patrij, Platone dicente, Patrios Deos: Sed Iſthmo, aut freto adiacēs urbs, bimaris dicetur. Et multas ſubiectas habens urbes, & regiones, πολύπολις· Nimis enim affectatū eſt, continentem, εὔπολιν uocare. Et multæ urbes in unum conuenientes, natio. Sed multi uici in unum nomen redacti, urbs. Poëtis enim, qui & urbes, Vicos uocant, non acquieſcendum eſt. ut apud Euripidem in Ixione, Eubœa Athenis quædā uicina urbs eſt· & rurſum in Timenidis, Peloponeſus tota urbibus abundat: Tres autem ſunt urbium in extructione figuræ, continens, inſula, cherſoneſus.

V

## DE PARTIBVS MARITIMIS.

rupes, littus

PArtes uero urbium, à mari quidem, * littus, maris locus petricoſus, ripa, portus, portus introitus, portus profunditas, portus receſſus, ſtatio, crepido, naualia, nauium tecta· Et ut Ariſtophanes in Babylonijs, Nauiū ſtatio: Inſuper et telonia. Teloniū uero in Codone Poſidippi dictū eſt, Puerum ad teloniū feſtinantem: Decimarum collegia, decimationes, quinquageſimarum collectiones, cuſtodiæ. Tum etiam Decimarum receptacula, hoc autem nomine Antiphanes uſus eſt in Piſcante· Et qui hiſce præſunt, publicani, collectores, ellimeniſtæ: Decemilegi, ſecundum Demoſthenem: Et ut Anaxilas in Glauco, Decimatores: Vigeſimarum collectores, quinquageſimas colligentes. Et Quinquageſimas colligere, in Philonidis Cothurnis dictum eſt. Impuri, ſcortatores, Megarenſes, ſæui, parricidæ. Telonium uero, Ellimenium, ut Eupolis in Autolyco· Ellimenium, quod tibi, priuſquam ingrediaris, dandum eſt: Et decima, uigeſima, quinquageſima· & ſic ſecundum ſingularum exactionum partes, nomen conſtituitur. Tum & παραγώγιον, uectigalis nomen. ſi oportet in defenſionem communis uſus, aliquem citare, à Philippide in Enauigante dictum· Vt paragogium poſthac conferas, exigam: Ipſum uero opus, uectigalis perſolutio. Et uectigal perſoluere, uerbū. Et exigere, telonia exigere, petere, colligere·



colligere· Et quod ab his ſoluitur, teloniorū notatio· Quod uero notatū non eſt, notatione obmiſſū. Et ut Ariſtophanes in + Polyeido, Ellimeniſtā agis, aut decimatorem? Telonij penſio· Teloniū pendere, deponere, perſoluere, reddere, numerare, exoluere, cōferre. Et teloniū debitum, conſtitutū· et magis affectato uerbo, ſolenne, pro cōſtituto dices. Quod autē legibus non eſt conſtitutū, immune· Et res ipſa, immunitas. Et nō homo ſolum, immunis dicitur· ſed et portus, in quo nihil exigitur. Et publicanū uituperans dices, grauis, moleſtus, angens, prædans, deprædans, deglubens· mari aſperior, tēpeſtate uiolentior, ſubmergēs appellātes· Inhumanus, difficilis, * implebilis, immodicus, turpis lucri ſtudioſus, uiolentus, ſuffocās, feriens, graſſans, demergens, rapiens, auferens, extorquēs, temerarius, impudens, impudicus, ingratus, immanſuetus, ſæuus, inhoſpitalis, ferinus· cautes, petra prominens, naufragium, immitis bellua. & quæcunq; in Morum uituperio habes. * Affectatori autem dicendum eſt, Salmidyſus, Caphareus· & quæcunque alia in mari ſunt inacceſſibila, & horrenda loca. Si uero publicanum laudaueris, dices· legitimus, hoſpitalis, iuſtus, * legis obſeruantior, manſuetior præda, integrior conditione ſua, pudere ſciens, conſolator nauticæ moleſtiæ, in quem quis ſpem collocet, ad quem quis lubenter appellat. Sed telonia accipere dices, emere, & conducere· & Principes elocare telonia, uendere, proclamare, mercede locare. Partes porro circa portum, ſignum, agger, emporium· Et ut Hyperides dicit, * Grus, ubi onera extrahunt: Et Ἀρτόδειγμα dictum, ſignum dare uenalium uectoribus, apud Hyperidem in Salſamentis: Sed emporij partes, tabernæ, lupanaria· quæ & fornices uocaueris· Et multitudo non nautica modò, quæ in Nauticis recitata eſt· ſed & Mercatores, Caupones, & quæcunque in Tractatu De Artibus habes. Porro partes circa urbem ſunt, murus· & muri partes, quæ Militaribus adſcripta ſunt. Tum & portæ, & portulæ. & aſtantes hiſce, ianitores· quemadmodum muris mœniorum, cuſtodes. Et portarum, ianuarumque partes, tabulæ, naluæ, uertebræ, cardines· & quæcunque in Tractatu De Domibus inuenies· Ingreſ-

Multiformi

inexplebilis

Ambitioſo

intimius lege, manſuetius quàm ualde multum

Elatio

ſis uero omne illud dicitur, pomœrium, intra muros, intra mœnia: interius autem, Plateæ, ſecundum Xenophontem, & Homerum: Vnde Latas plateas habens, Homerus formauit: &, Apollo Ἀγυιεὺς: Hæc autem & biuia nominata eſſe inuenies, non apud Ariſtophanem modò dicentem in Theſmophoriazuſis Biuiũ, huic oportebat indere nomen: ſed & apud Hyperidem De Retributione Ad Paſiclem, Domum magnam, Chabrij dictam, & biuium: Hæc & uici uocantur: Vnde Vicinos uocamus, prope nos habitantes, et Vicinas: Ariſtophanes enim, aut in Fabulis, aut in Centauro inquit, In uicis cauponarijs deluſum: et in Lyſiſtrate, Præterquã quod Vicinus: Ion uero in Phœnice manifeſtius, Sed & Theretron, horum uero Vicini Dij: Videtur mihi et comus, à uico nomen duxiſſe: & encomium, pro uictoria cantatum. Vicinos autem, contiguos, cohabi-

forſan uero tantes, adhabitantes, adhabitatores: *inſuper & prope agentes, et fores habentes proximas. Eupolis uero in Adulatoribus, etiã Conuicinum dixit: In his uero uias frequentiores, Populo tritas appellabis, currules, regias, & equeſtres: ſed anguſtiores, angiportus, et uicos ſtrictos, ſecundum Homerũ dicentem: Foris autẽ ſtat Deus,

Forſan & uicum dictam inuenias à ubi itur in uicum ſtrictũ. *Statim quoq; ῥύμην dictam uidebis: et, ut nunc loquuntur, platea: Philemone dicente in Panegyri, Plateã hanc ſolã tibi condidit Rex: & Philippide in Phileuripide, Quotã *in uia, ut Puer tertiam teneat plateam: hoc enim, angiportũ Athenis erat. & Laciades, Rectà tranſiuimus uicum: Et ædificiorũ multitudo, habitationes, uiciniæ: Et habitationum ambitus: ut in Senecta Ariſtophanes, In ambitu cohabitationis ſtans: Et circumhabitatiuncula parua, domicilium. Et Domuncula, dicit Demoſthenes

pharmaca tractantes Contra Olympiodorum, Et hic quidem præbendit *pharmacoterentes, & domunculam: ego uero accepi ſcutificos, & domum: * Adeo ut domuncula, ſit domicilium paruum. Apud Lyſiam uero ad Philonem De Theocledis cæde, Aedicula inuenire licet: Sed in æ-

tabernæ diculam poſteriorem muliebris cœtus: Fortaſsis & officina, et *diuerſoria. Publica autem ſunt, acropolis: quam & arcem uocaueris, & urbem. & Deos in hac exiſtentes, caſtrenſes, & tutelares: & poſterio-



poſteriorem acropolis partem, poſticum. Inſuper acropolim, & regiam quis uocauerit, & Tyranni ædes: Præter hanc, & curia: & domus quædam urbis, ubi conuiuabantur, qui à publica redibant legatione, & qui ob factum aliquod frumentationis honore ornati erãt, ſiq; quis honoris cauſa ſemper alendus erat. Sacra uero ſunt, templa, nemora, luci, & pinnæ: quæ in Sacris antè prædicta ſunt. *Et in ingreſſu quidem ſic * uocauerunt, in quæ cœlitus demittitur fulmen. quod & incutere, ferire, & immittere dixerunt: & Iouem in eo exiſtentem, Deſcenſorem. Ambitum autem ingreſſus, intactum nominabis. Sed & urbis partes ſunt, porticus, ſtadia, prætoria, curiæ, ludi literarij, ſcholæ: Pædagogia, quæ & *φωλεοὺς uocarunt. Scholam quoq;, Chorum nominauerunt. unde ludimagiſtrum, Choragũ: et docere, chorum ducere. et maxime Dores, ut Epicharmus in Vlyſſe Transfuga: in Harpagis uero, Choragium, pro ſchola dixit. *Niſi forte ſcholam, *διατριβὴν quoque multorum more dicere uelis, uide ne te illud apud Aeſchinem torqueat, Et honoratum in Puerorum διατριβῇ: Eſt & lex quædam Attica, actionis contra philoſophantes, cuius Sophocles Amphiclidis Sunius meminit: In quo quædam *his præfatus, induxi ſti non licere cuiquam Sophiſtarum, ſcholam inſtituere: Inſuper non ignobiles ciuitatis partes ſunt, gymnaſia, & balnea: & fortaſsis coquinæ quoque, Eupolide dicente in Populis, Vt coquinam: Tum et illud Platonis, Spoliarium: Et apud Xenophontem in Athenienſium Republica, Balneæ, * paleſtræ, et ſtadiorũ arena: Xenophon uero, ſine ſtadio Arenam dicere uidetur, in Oeconomico dicens, Si in arena obambularent: Et in Ariſtei Orpheo dictum eſt, Erat mihi palæſtra, & ſtadium prope: Publicis quoq; adnumerandum eſt, theatrum. Et theatri pars, præter prædictas, oſtium: ut in Alexidis Gynæcocratia inuenire licet, Hic nos iuxta oſtium *, ceu peregrinas ſpectare oportet: Præter theatrum quoque ſunt, ſtadium, equorum curſui deſtinatus locus, Cantorum domus, curia, forum, prætorium, regia aula, regia porticus, regium tribunal. Cenſorum domus, ubi Cenſores conueniunt, ἐλληνοτήριον, ubi ſorte

Margin notes: Quæ uocabantur — luſtra — Si itaq; — Conuerſatione Sunieus contra hos — ad hæc — conſi[illegible]

ſorte eli-gentes ∗ſorte creati ſunt. Tum et armamētaria erant, ubi arma ſeruabantur.∗ theſauri, penus ubi pecuniæ, & frumenta. In Menandri Eunucho, & Granaria: quæ Siculi, Rhogos nominauerunt, quod nomen extat in Epicharmi Buſiride: Sed & Pompeium, nimirum domicilium fuerit publicum, Demoſthene ad Phormionem De Mutuo dicente, Et illis quidem in Pompeio emetita: Erat etiam domicilium publicum, carcer, ergaſtulum, cuſtodiæ domus· Et Gorgyra, ut dicunt Iones: Notandū uero, quod nō carcer modò, apud Atticos∗ οἴκημα dictus eſt· ∗et nō lupanar, ſed et∗ οἰκήσιμον. quoniam et Platon in Protagora inquit, Erant autem in οἰκησίμῳ quodam, quo antè ceu ærario uſi fuerant· & rurſum in Legibus, Publicis οἰκησίμοις, id eſt carceribus, excipere inquit. Et Thucydides Libro Tertio, Carcer, qui mœniorum erat: Sed & ciuitatis partium ſunt, Virorum conciliabula, comeſatoriæ domus, cœnacula, compotatoriæ ædes, piſcinæ, canales, libethra, fontes, porticus, ſedes· Et ut Sophron inquit, Conſeſſus: Quod autem horologium uocant, fortaſsis & Polum aliquis dixerit, ſecundum Ariſtophanem in Gyretade· Polus hoc notat, quantum Sol conuerſus ſit: Publicorum quoque eſt, Bibliothecæ, ut Eupolis inquit, ubi libri uenales ſunt. ſic enim locum hunc, non libros uocarunt Attici· quemadmodum reliquas formulas, à uenditis rebus denominarunt. ut cum dicunt, Abijt in obſonium, in uinum, in oleum, in ollas: Et ſecundum Eupolim, Tranſierunt in allium, & cepas, thus· tum & aromata, & merces: Sint et popinæ ex urbis partibus, non artium, ut reliquæ ſunt officinæ ſed locus, è quo coquos conducunt. ut Antiphanes in ∗ Stratiota, ∗ Videtur ex popinis ueniens, in obſonium ∗ conijciens. Macella autem uocarunt, ubi uenales uendūnt carnes. Et hæc nimirum urbis partes inhoneſtiores ſunt, popinæ, aleæ domus, ludorū ædes, lupanaria, proſtibula, uoluptuariæ domus. Partes quoq; urbium, ſubterraneæ domus, crepitacula, putei, lacus, fluuij, fluuiorum ripæ, littora, pontes, portæ, fornices· Eſt autem fornix, ædificij genus· quoniam & Sophocles in Lacænis dicit, Arctam ſubijmus fornicem, & non Barbaram: ueruntamen

*Margin:* Et Domicilium neq; habitaculum — Milite, Simulare incidens

tamen



tamen & Platon in Legibus, Thecam ſubterraneam ipſis elaboratam eſſe, fornicem, prælongum lapidem: Ex urbis partibus ſunt, & ærariæ fabricæ· Et Pithones, ut Eupolis nominauit. Et Cellæ uinariæ, ſecundum Xenophontem: Multæ uero officinæ, quibus ab artibus ſingulis nomina adſunt, antè De Artibus dicta ſunt. Partes etiam urbis ſunt, domus communis, hoſpitale· & ut in Inacho Sophoclis, Communis ſtatio, & ſtabulum equorū: & ut in Hippolyto Euripides, Occultato∗ad equum, ſtatim inueniens ſtabulum: Lyſias uero De Achillidis cæde dixit, Equile: Tum & ſtabulum, dicitur iumentorum ſtatio. Et κλεῖσιον, ∗ à concludendo· cuius etiam ianuæ, ∗ κλεισπάδες dicuntur.

*Margin:* apud ab aliter claudendo clauſuræ VI

## DE SPECIEBVS, PARTIBVS, NOMInibus talenti, minæ, ſtateris, drachmæ, penticontadrachmæ, & pentadrachmæ, earumq; partibus.

SEd non inutile fuerit, pauca de moneta dicere· Quæ enim nummularios ſpectant, adulterinū argentum, et probatū, antè prædicta habes· nihilq; refert, numiſmatum ſpecies, & partes definire. Platone enim Teſte, Eſt et ars quædam ciuilis, numiſmatū et numiſmatis, opus politicū: Cum autem talentū, maxima ſit et auri & argenti pars, conueniet huic nimirū, Demoſthenis Quinquaginta talentorū penſio: facile uero hoc nomen, ſecundum hanc præſcriptā formulam & augere, et minuere licet· Nam et centū talentorū precium dicere licebit, iuxta prædictum uocabulū, et decem talentorum. tum ab omni numero, uel maiori, uel minori ſimiliter· ut tamen durities, & aſperitas ſoni uitetur. Talentum uero, & ponderis nomē fuerit, apud Ariſtophanem dicentē, Talentomuſica ponderabitur: atq; illud Homericum, Et tunc quidem Pater duo appendit auri talenta: hoc enim ipſis, ponderum nomen eſt. Sed hoc in∗ Cratini Stolis, ∗ ταλαντοῦχος incertò dicitur, num preciū, aut modum intelligat· ſicuti cum et Alcæus in Endymione dicit, Ingentium dolorum· Antiphontis enim Talentum, pondus ſignificat. Et Ariſtophanes in Fabulis, aut Centauro, Lapis decem talenta ponderans:

*Margin:* Primū quidem talentum ualēs, quid iſtorum ſit, incertū dicas

F derans:

derans: Valebat autem auri talentum, tres Aureos Atticos· argenti uero, ſexaginta Minas Atticas: Fuit et numeri nomen· Vnde multa talenta habens, pro diuite· Et res multis talentis conſtans, pro cara· Et illud apud Homerum, Iacebant autem in medio duo auri talenta: Sed et Talentũ Duplex dices, ſecundum Demoſthenem, et Triplex: Et Dimidium talentũ, ut Homerus, Sed auri dimidium tibi addam talentum: Vetus autem mos eſt dicere, Quintum ſemitalentum, et Septimum ſemitalentũ· aut Quatuor ſemitalenta, aut Duo dimidia, aut Sex ſemitalenta· Et in ſumma, quotcũq; quis ſemitalenta enunciet, præcedentem hæc numerum, perfectum eſſe oportet: *ne ſeptimum, ſextum, uel tertium pro duobus, & ad hoc ſemitalentum ſemper adnumerandum eſt. Veteribus quoq; uſitatum eſt, Vnum ſemitalentũ dicere, pro tribus ſemitalentis· quemadmodum & Tres ſemiminæ, pro una dimidia mina: Quod autem apud Homerum Talentum, quàm minimum ualuerit, ex equorum curſu conijcies. in quo tertium brauium, eſt lebes· quarto uero, áuri duo talenta. Mina uero, eſt maxima talenti partium, cum in nomina minora talentũ redigitur. Inſuper et trientem talenti dices, et quadrantem: & tertiã talenti partem, et quartã partem. et huiuſmodi partes ex numero manifeſtæ ſunt, ſed nõ ex nomine. Erat uero mina, ponderis, et numiſmatis nomen. cuius *dimidia pars, ſemiminã· & tertiam, ſemiminã *dices pro duabus minis et ſemi. Minã quoq; cũ reliquis uocabulis cõponentes, ut Herodotus in Quinto Libro dixit, πεντέμνεον, id eſt Quinq; minis cõſtans· Lyſias uero contra Autocraten, Obuenit mihi uiginti minis conſtans couiuiũ: Cæterum ſtater aureus, minã faciebat· In ponderibus enim, minam momenti, ſtaterẽ uocauerunt. Et cum quinq; ſtateras cõtinens dicunt, quinq; minas intelligere uidentur· ut in Hippocratis Depoſito, Quoniã enim uideor albus homo, pinguis, ocioſus, capiat ligonẽ aſſuetus inſumere πεντάστατηρον, ſpiritus conſurget: Eſt et ſtater, numiſma· ut cũ Ariſtophanes dicit, Stateris uero ſerui ludebamus: Illud enim in Ranis, Salutis quinq; ſtateris conſtantis ambiguũ eſt, num pondus ſignificet, aut numerum. Sed Eupolis in Populis, numiſma intelligit

præter ſeptimum, ſextum· ſi uero tertium, duo· cũ hoc autem dimidium ubiq; adnumerandum

dimidium dixeris, duas & ſeſemiminã dices.



telligit dicendo, Habens aureos ſtateres ter mille: Sed in Imperatoribus, pondus intelligit· Et cum eſſet *recentior Croca, quinque ſtateres habebat, næ per Iouem· nunc uero, ſordis facile habet talenta duo: Atq; hi quidem ſtateres, uocabantur Darici illi, Philippici. alij, Alexandrini, omnes aurei exiſtentes. Et ſi aureus dicas, ſtater ſubintelligitur· ſed ſi ſtater ſolum, non plane intelligitur aureus. Sed in Anchiſe Alexãdrides, etiã Semiaureus dixit. Sed quæ ſtateris precio conſtant, στατηρίδια uocabis· ut Theopompus in *Callæſchro, Non ait aliorum eſſe medios ſtateres: Attica mina, drachmas centũ continet· ſicut certiſſimum eſt, ex Eupolis Adulatoribus· *Cœna appoſita, centum drachmas conſpice, deinde affert Adulatoribus, uini minam alteram· Vnde patet, quod priores centum drachmas, pro mina dixit. Drachma uero, obolos continet ſex: Vnde & epobolia dicitur, ſexta mulctæ pars. Et quod drachmæ precium ualet, δραχμίδιον, ut in *Holcadibus Ariſtophanis: Non autem Drachma modò, numiſmatis nomen erat· ſed & Pentecontadrachma, & Pentadrachma, apud Cyrenenſes: Tum et quadridrachma dicebatur, tridrachma, & didrachma. Vetus autem erat Athenienſium moneta, Bos appellata eo, quod bouem inſculptum haberet· & hanc Homerum putant intelligere dicentem, Ἑκατόμβοιω ἐννεαβοίων: Sed et in Draconis Legibus eſt, Soluere decabœum: Et in Deli profectione Præconem proclamare tradunt, ſi alicui munus deſignat, quod Tot illi tradentur boues· & dari pro ſingulis bobus, binas drachmas Atticas: Vnde nonnulli, Deliorum, non Athenienſium proprium quoddam numiſma eſſe, Bouem intelligunt· Hinc quoq; dictum eſſe Prouerbiũ, Bos linguam conſcendit· cum quis argenti cauſſa tacuit. Erat etiam, ut Ariſtoteles in Cyrene tradit, Quadriſtater, & Tetraſtateria, ſemiſtaterum aurea numiſmata: Media autem drachmæ pars, ſemidrachma uocatur. Et tertia ſemidrachma, duæ drachmæ dimidiatæ. Semidrachmam uero, etiam triobolum uocabis· Oboli enim octo, Semiſextarius appellantur· ut in Lamia Crates inquit, Semiſextarius eſt auri, *diſciplinæ octo oboli: Erant etiam Triobolum, & diſcas

iunior

Pulchri turpi

Cœnã appone, centum drachmas ecce· Deinde infert Adulatoribus, Vinum appone

Hecatomben centũ boum

 Diobo-

Diobolum, numiſmatũ Atticorum ſpecies. Diobolum quidem, noctuam inſculptam habens: illud uero, in utraq; parte Iouis faciem: Tetrobolum autem, faciem quidem ſimiliter, duas uero et noctuas. Sed tetrobolum, & triobolum uſitatiſſimum eſt. Cæterum diobolum, ſæpenumero ſolutis dictionibus efferũt: ut Demoſthenes, Sed in duobus obolis uidebant, ſi hæc eſſent inſculpta: Eſt uero Diobo-

Militibus

lum in Aeoliſicone Ariſtophanis: Quod mihi ſolum in maxilla relictũ eſt, fuit diobolum: Et in Theopompi*Strattiotis, tetrobolum accipere, τετρωβολίζειν dictũ eſt: Etenim quis nunc bene uiuat τετρωβολίζων? ſi nunc diobolum ad Vxorem nutriendã Vir accipit: Et oboli dimidia pars, ſemiobolus: Et ſemiobolæũ, quod tanti conſtitit: ut in Ranis Ariſtophanis, Carnesq; interim hiſce uiginti elixæ ſemiobolææ: Sed in Tractatu De Argento, tres ſemiobolos τριημιοβόλιον dixit, In ore habens Treſemiobolum: Obolus quidem, æneos habeat octo: Et duo ærei, quarta pars, & per apocopen τεταρτημόριον uocatur: hi autem & δίχαλκον fuerint, cum oboli ſint quadrans. Quatuor autem ærei, ſemiobolus. Sex ærei, triens, quando tres oboli partes ſunt: nonnulli & quadrantem, hoſce nominauerunt, ut tres quadrantes habentes. Quod autem ſex æreos, trientem uocarint, inuenire licet in Philemonis Sardio: Memento,

Pice occupato

æreos mihi debes quinq;: ego tibi æreos quinq;, tu uero mihi trientem. ſex ergo dans, quinq; æreos accipe: Et manifeſtius in*Pittocopumeno, Ecce adeſt, ut cernis unicuiq; triens: in quatuor enim ſic triobolus exponitur: Viginti quatuor enim obolis exiſtentibus in triobolo, ſex cuilibet ſunt ærei, quatuor ipſis exiſtentibus, quos ille trientem uocauit. Cum autẽ Thucydides Trientem equeſtrẽ dicit, tertiam ſortem intelligit: Herodotus uero, tertiã partem. Quod uero apud Philemonidem Triens, nonnunquam Plato Quadrantem uocat: Quod autem quatuor ærei, ſemiobolum conſtituebant, in eadem Philemonis Fabula dictũ eſt: Prima oboli parte nobis collata, & æneis quatuor: & poſt hæc, Atque tres ſemioboli æris, ca-

canoni

lidæ erant: Hic uero magnam quis quæſtionem ſoluat, de qua, *dubitaui ſæpius, num apud aliquem Veterum calida utentium, de potu illud



illud dici inuenire liceat. & hæc ſane apud Homerum, claritatẽ habent magnam: nam ſi quis ignitos lebetes, cum lebetibus ignis expertibus comparet, putaret hos pro calidæ aquæ apparatu ordinari. Idem quoq; fuerint illi, in tripode igni appoſito, qui ad lotionem calefiebat, quorum non paruus erat uſus: Apud Homerum enim, nec elixas carnes quidam Heroum comedebant: licet huiuſmodi illi obſoniorum præparatio cognita fuerit, cum inquit:

Veluti lebes interius feruet, multo igne petitus,
Pinguedinem coquens tenelli porci:

De potu uero, apud Homerum nequaquam inuenire licebit, calidam aquam ad potum referri: apud ueteres autem Medicos, & ſanè cum Hippocrates inquit: Frigidum, infeſtum eſt neruis, oſſibus, dentibus, et cerebro: manifeſtum eſt, quod calida dentibus offerenda ſunt. Ego uero illud in Theſmophoriazuſis Ariſtophanis dictum, Ahenus caleſcit, de Mulieribus potum præparantibus intelligo: idemq; in Eupolidis Populis, dictum eſt. Sed quoniam nec illud in argumentum calidæ potationis abſurdum eſt, * quod contrà in Ariſtophanis Georgis manifeſtè de lotione * dicitur: Ex urbe nunc in agrum diſcedamus, ut dudum * in lauacro lotum puniamus: Tum & illud apud Philemonem, Aheni calidum erat ad Bibendum * paratum, & arguit certò calidi potationem: Nam numiſmatis bucca, non lauacri eſt, ſed potionis menſura. Pentechalcum autem, quinque æreos dictos eſſe, inuenimus in Ariſtophanis Geminis, aut * Vlauro, * Quoniam * hæc paſtam, & inteſtinum quoddam appoſuit, ut puto, pentechalcum * captans: Sit & ſymbolum, tenue quoddam numiſma, ſemiſecta ſcilicet numi pars. Hermippus quidem in Hormophoris inquit, Ab inſtitoribus capiam ſymbolum: in * Demotis uero, Niſi tibi ſymbolum offeram permutans, permutatum uidetur dimidium. * Quod autem ex una tantum parte ſignatum fuerit hoc numiſma, * notandum eſt: aut diuidendum, ut habeat utramque partem. Quod autem uendens, & emptor, * hoc ſymbolo compræhenduntur, & confirmantur, redarguunt, id parui admodum fuiſſe precij: Ariſtophanes qui-

ſuccurrit mihi illud dictum à nobis illic in ſolio æreo lotũ comparatum manifeſte arguit iecinoris fibras accipiens Popularibus Poſtea Itaq; ſi conſiderandum pro hoc ſymbolo acceperit, atque debueris,

Non ſeneſcente

nes quidem in * Agiro dicens, Hoc uendo diobolo, & ſimilia. Sed Archippus in Hercule Nupto inquit, Virorum optimus, & mihi Hoſpes ſingularis· cæterum apud me exiſtens, habebat ne ſymbolum quidem: Erat & collynum, paruum quoddam numiſma· Callimachus enim dicit, de Inferis loquens· E domo bouem collyno uendunt, quanticunq; quis fortè addixerit: Vocabant etiam quoddam Tritocollynum Poëtæ, numiſma paruum. quod & Homerum intelligere putant, in Hecatombe ἐννεαβοίων· utpote ad drachmarum multitudinem, armorum preciũ compenſantem. ut ſimpliciter hoc Homero * teſtari exiſtiment, putanti antiquitus contractus non pecunia, ſed aliarum rerum retributione factos· ut cum inquit,

teſtimoniũ perhibere

Inde ſanè emebant capite comati Græci.
Alij quidem ære, alij uero ſplendido ferro·
Alij quidem pellibus, nonnulli uero ipſis bobus:

Boues enim hic tergoribus opponens, manifeſtum eſt· animal, non numiſma intelligi. Inſuper Peloponeſi monetam, nonnulli Teſtudinem à ſculptura dictam putant· Vnde & Parœmia, Virtutem, & ſapientiam uincunt teſtudines: Sed in Eupolidis Captiuis dictum eſt, Obolum pulchram teſtudinem inſculptã habentem: Verum et Cora, numiſma apud Athenienſes erat· ut Hyperides inquit, Puero aliquid in Braurone anathematum ſacrorũ ſuffurato, in pyram adiectam eſſe conſcientiæ coram: Cæterum & quadridrachmam dices, Et poſtquam quadridrachmam accepit, uidetur dijudicare lucrum poſſe: Cora uero, forte et Virgo dicetur. ut in Scirone nominauit Euripides, loquẽs de Corinthijs meretricibus· Et has quidem pullo ducet liberè, nouem uero · * quatuor incedunt equis argenteis, imprimis uero Athenienſes amant Virgines, quas Pallas fert: Virgines ergo, coras uocat, quibus Palladis inſculpta erat facies· Vnde & Eubulus in Anchiſe, numiſma hoc, Mineruæ pullum uocat. Et Pullus quidẽ, moneta dicta eſt Corinthiaca, quod Pegaſum inſculptum haberet. Veruntamen Aeginæam drachmam, Attica maiorem, decem enim habebat obolos Atticos, Athenienſes Drachmam magnam uocarunt· Aeginenſium odio, Aegineam appellare no-

& poſtea



re nolentes. Aurum uero, argento decuplo præſtantius fuiſſe, manifeſte quis ex Menandri Depoſito diſcat. præfatus enim, O pes talenti aurei tibi ſunt ô Puer expenſæ· his ſtatim de ijſdem loquens, ſubiungit, Diues hic decem talenta abliguriens: Sed obolorum nomen· Veteres quidem Obolis buporis utebantur ad cõmutationes, quorum multitudo ad drachmam, * & ipſa drachma uocabatur· Nomina autem * hæc, moneta licet in hunc uſum mutata, ex Veterũ monumentis remanſerunt· Ariſtoteles uero eadem dicens, in Sicyoniorum Republica, paruum quoddam cudit, & Ophellos nominat dicens· Cum ὀφέλλειν idem, quod augere ſignificet· etiam hos eo, quod magis augeantur, ſic nominatos eſſe· Vnde & ὀφέλλειν, neſcio qua ratione, dictum tradit· et in oboli uocabulo, φ in β mutari, propter literarũ harum affinitatẽ: Byzantiorũ autem Ferreus, numiſma quoddam erat ſic dictum, ferrea moneta parua· * Adeo ut pro, eme mihi duobus æreis· dicamus, eme mihi duobus ferreis· Vnde & in * Strattis Mirmydonibus dictum eſt, In * balanijs, præfinitus dies, tota tellus, ô Milites, ferreorum: Ferrea quoque moneta, Lacedæmonij utuntur, ingenti magnitudine parum ualente· aceto uero eius uigorem, propter ſcindendi difficultatem extinguunt. Syracuſijs uero Stannum, argenti loco haberi, Dionyſius * Author eſt· et numiſma illorum, quatuor faciebat drachmas Atticas, pro una. Numus uero, Romanum uidetur numiſmatis nomen· eſt uero Græcum eorum, qui in Italiæ, & Siciliæ ſunt finibus· Epicharmus quidem in Ollis inquit, Sed ſimul pulchræ, & pingues oues, mihi inueniunt numos· & rurſum, Præco ſtatim profectus, eme mihi decem numis pulchrum uitulum: Et Ariſtoteles in Tarentinorum Republica tradit, numiſma, ab ipſis Numum uocari· eiq; inſculptum eſſe Tarentem, Neptuni Filium delphino uectum: Inſuper in Agrigentinorũ Republica inquit Ariſtoteles, Aliquem mulctari triginta libris· litram uero, conſtituere Obolum Aeginæum: cæterum apud eundem in Himereorum Politia, etiam alia inueniet Siculorum nomina· utpote Vnciam, quæ ualet æreum unũ· & Sex talenta, quod eſt duo ærei· & Tria talenta, quæ ſunt tres:

uidebatur uocari numiſmatis incidentis in hunc uſum

Itaq; pro Strattidis crumenis præcedens

atteſtatur

tres: Et ſemilitrum, quod ſex & litram facit, quam obolum eſſe æſtumant · decalitrum uero, obolos facere decem, & ſtaterem eſſe Corinthiacum. Quod autem et Comicorum nonnulli, Litræ mentionem faciant, ſupra De Ponderibus dictum eſt. non enim Dores

ut modò, ſed etiam Atticorum quidam, ut Diphilus in Sicelico *Emere paſtillos, nihil uero habere, niſi cicynos quoſdam, ualentes duas litras: Cum Litris uero, etiã alia nominauit Numiſmatũ nomina E-

quæq; pichar mus in Harpagis, utpote cũ dixit · Vates ſanè, *Mulieres fa-

antempun tuas defraudant * argento. alia quidem, litrã · aliæ uero, ſemilitram

cio recipientes, & omnia ratione cognoſcunt: & rurſum, Ego uero marſupium, litrodecalitrum, exangium, & pentangium: Habet enim iucundum quiddam, horũ cognitio, fortaſsisq; nec uſus abſurdus eſt · Puto enim & Hyllos, quo nomine Xenophon uti conſueuit, monetæ Barbaricæ nomen eſſe. Tum et Danicam, nonnulli numiſma putant Perſicum: Numiſmatis quoq; nomen, Crapattallus, ſiue ioco, ſiue ſeriò dixit Pherecrates in cognomine Fabula · Dicit uero Crapattallum, eſſe Enadri drachmam: continet uero, euthias octo · Euthiam autem, eſſe triobolum, & ualere cidabos octo: Fortaſsis autem honeſtum aliquis putauerit, etiam numiſmatum ratio-

Argeus nem inquirere, ſi Phedon primus *Græcus numiſma excuderit · ſiue rempublicam, ſiue aleam adminiſtrans. ſiq; Athenienſibus & Lycijs, Erichthonius · ſiq; Lydis, Xenophanes. ſiue Naxij, ſecundum Agloſthenis opinionẽ · nemo enim hic curioſum eſſe, dignum

Sappho putabit. Mitylenæi quidem, *Sapphonẽ monetæ ſuæ inſculpſerũt ·

gallinaceo Homerum, Chij · Aſis, Puerum delphino uectum · Dardanis, *gal

rum lorum pugnam · Aſpendij, Luctatores · Rhegini, Leporem · Cephalenij, Equum · Thaſij, Perſam · Argiui, Murem: nõ enim ſecundum Librorum argumentum, curioſitas. Inſuper audiuntur, Stateres Crœſij, Philippici, Darici: Numiſma Berenicium, Alexandrinum, Ptolemaicum, Demaretium. quorum cognomina, nota ſunt omnibus · Demareta enim, Gelonis Vxor, in Libyco bello, illo mundum inquirente, à Mulieribus rogata · precibus illarum cedens, numiſma cudit. Hoc autem non obmitendum, quod Atticum Talentum, ſex mille



mille faciebat Drachmas Atticas · Babylonium uero, ſeptem mille · Aeginæum uero, decem millia · Syrorum autem, quingentas & mille · ad Atticæ ſcilicet drachmæ calculationem, quemadmodum & Minas Atticas: Atticum quidem, minas habet ſexaginta · Babylonium uero, ſeptuaginta · Aegineorum, centum, ſecundum proportionem. Mina uero, qualis apud Athenienſes eſt, centum habuit drachmas Atticas · ſic & apud alios, ualuit nationis eius minas, ſecundum proportionem ſingulorum talentorum, iuxta additionem ſubtractionemq;. Talentum quidem Siculum, quàm minimũ ualuit · Vetus quidem, ut Ariſtotelis tradit, uiginti quatuor numos · Poſterius uero, duodecim · Valere autem numum, homolia tria: Nihil autem refert, numiſmatum expoſitioni ſubijcere, cur Χρήματα dixerint Attici · Χρήματα quidem apud illos, de re, aut negocio · apud Iones uero, etiam de pecunijs dicuntur · quemadmodum et Κέρματα, id eſt Aeris minutiæ · Sed κέρμα dicere, Atticũ non eſt · apud Dores uero, etiam Κέρμα dictum eſt. idem que & apud Atticos quis inueniat, ut in Amphidis Vinitore, Paruula quædam minutia: Et apud Antiphanẽ in Cyclope, Κέρμα enim adipiſcor: In Philippi quidem Phileuripide, Sic putat eius diſtrahere minutiam: Et Κατακερματίζειν, id eſt In minutias redigere, de oratione dixit Plato: De argento uero, Ariſtophanes in Cõuiuatoribus, Neq; argentum in minutias commutatum eſt: Et in Sphingibus, Drachmã paulo ante*abiens ſumptã permutauit in piſcibus: In Aeoloſicone quidem, Minutia carere, Ακερμίαν nominauit. Vt uero apud Veteres Atticos Κέρματα minime ſingulariter dicta ſunt · ſic & argenta, pro argento, rarius apud illos aliquis inueniat. ego autem inueni in Inſulis Ariſtophanis, niſi hæc ceu non Ariſtophanis propria, ſuſpecta eſt · Non tamen ſic Eupolidis Adulatores, in quibus dixit · Ferunt, rapiunt aurum ex familia, argentaq; uaſtata ſunt: Sed in Triphallite Ariſtophanis, etiam Argentulum dictum eſt, Poſtulanti à Mulieribus argentulum: Quem uero nunc æreũ, Attici Χαλκίον uocare conſueuerunt. quemadmodum ab argento, Argenteum & ab auro, Aureum: ut Ariſtophanes quidem in Ranis inquit, *Non Neq; enim

G

non enim* niſi hiſce *adulterinis, * Sed omniũ, ut * uidetur pulcherri-
Quin mis numiſmatũ, Et ſolummodò rectè excuſis, et tinniẽtibus utimur
apparet nequaquam · ſed his peßimis æneis, Heri aut paulò ante excuſis,
ſculptura peßima: Manifeſtior autem Eubulus in Amphibolo, Pri-
mum illos applicans, æreo uenenum è manu abſterſit: Sic & Crati
nus aurum, Aurea dixerit · Quando adulatores, ex Aegypto aurea
furantes compeſcuit: Aerei quidem, numiſma quoddam erant par-
unquam uum · ut cum Demoſthenes inquit, Nec æreum * nunquã, * ne ho-
& hodie die quidem: Multorum uero, & idiotarum uſus, æs pro pecunia di-
nullum cit · ut, æs non habet, et ære alieno laborans. Hoc autem in Epichar
mi Perſis dictum eſt, Aurum, & æs debens: fortaßis idem & apud
Atticos, ſi quis torqueat. Tum & illud in Ariſtophanis Cõcionan
abijt tibus, numiſma ſignificat, cum inquit · Plenã * æris perã habens:
acciperet ſed illud quod ſequitur, ambiguum eſt · Proclamauit præco, ne*
ullus æreũ quis reliquum æris caperet, argento enim utimur: Thucydides por
amplius ro ſtateres, Phocaites nominauit · Erat uero quoddam numiſmatis
genus, ſic dictum · ut dicit in Apophthegmatis Calliſthenes, de Eu
Atarnite bulo * Atarneto · Poëtam Gerſium negligentem, profectum in Mi
tylenam, admirantem ſcripſiſſe · quod Phocaites, quos in ea babe-
bant, magis proprias in Mitylena haberent, quàm in Atarne:

## VII DE SYMPOSIORVM LVDIS, TALIS, teſſaris · mouebo hunc à ſacra linea, & cæteris.

Q Vandoquidem uero de ſympoſiorum ludis, utpote cottabis,
& griphis, atq; teſſaris prædiximus · non abſurdum nimi-
rum fuerit, breuiter ludorum nomina percurrere, obſcuritatem eo
rum explicantes. De teſſaris quidem, bona, & mala teſſararũ for-
tuna uti dicitur · tum & iactu infœlicem, & fœlicem eſſe. Notan-
dum uero, quod teſſara illud ipſum eſt, quod iacitur · & inſculptum
ei concauitatis ſignum, figura * ſcilicet, uel linea, iactus numerum
ſignificãs · Et maxime unitas, quam aſinũ nominant, teſſera dici ob
tinuit · ſicuti et Prouerbiũ teſtari uidetur, Aut ter ſex, aut tres teſ-
argentei ſeræ: Foramine uero hoc teſſeram denominatã dicimus, * argenti
aliquem



aliquem numerum adnumerantes · ſecundum ſingulas unitates, dra
chmam aut ſtaterem diuiſum, aut * pro quocunq; ludebant, ludo quemcun-
dicto pleiſtobolide. qui uero unitatum numero ſuperabat iaciens, que
depoſitũ recipiebat argentum. Sed in Amipſij * Sphendone, modo Funda
Aleæ declarato · * etiã Τριμναῖον mentio facta eſt, ueluti minam & ante di
ipſis in ſingulas teſſeras deponẽtibus. Apud Dores uero, hoc ludo ctum eſt
utentes, Τριμαπίπτου dicitur · Et Τριμαπίζειν, ipſum opus. Scy
raphia autem, teſſerarum inſtrumenta nominata ſunt eo · quod A-
thenis maxime ad Scyrum ludebant, in Scyradis Mineruæ templo:
Sed aleatoria inſtrumenta, antè De Artibus expoſita ſunt. Sed ta-
lis * ludere, talorum ludus · & talus, nomen erat. & taxillis certa- uero
re, atque talorum luſor · & huiuſmodi, in illis antè prædicta ſunt.
Quoniam uero calculi, tali ſunt. quinque uero unuſquiſq; habet lu
dentium, in quinque lineis · rectè à Sophocle dictum eſt, Teſſaræ
quinque lineis notatæ, & talorum iactus · Inter quinque uero utro-
rumq; lineas, media erat, ſacra uocata · Et inde mouens calculum,
Prouerbio locum fecit, Moueo hunc à ſacra: Multis autem teſſe-
ris cõſtans ludus, laterunculorum eſt, loca lineis diſpoſita habens.
& una quidem * albi pars, ciuitas uocatur · & teſſeræ ſingulæ, ca- laterunculorum
nis. Teſſaris autem, in duas partes ſecundum colorem diuiſis, ludi
huius ars eſt · comprehenſione duarum teſſerarum concolorum, al-
teram diſcolorem tollere · Vnde & Cratinus luſit, Pandionidem
Regis urbem, * pro adulatore quam dicamus, noſti · & canem, & huius de
urbem, quam ludunt · Huic autem ludo, proximè accedit Grammiſ
mus, & diagrammiſſare · quem ludum nõnulli, & lineas uocarunt.
Sed aſtragalis ludere, aſtragalizare, aut ἀστρίζειν fortaſſe dicetur ·
Nonnulli enim Poëtarum aſtragalos, Ἀστρίχους nominauerunt · Ari-
ſtophanes autem, Aſtrichos: Forma autem aſtragalorum iactus,
numeri rationem habebat · & unitatem ſignificans, canis uocatur.
oppoſita autem pars, Chias · & Chius dicitur, hic iactus. Dena-
rius autem numerus, & quinarius, in aſtragalis non ſunt, ſicut in
teſſeris · Plurimi uero Venatorem, Coum · canemq;, Chiũ appella-
ri putant. Tum & Steſichorus nuncupatur quidam, in aſtragalo-

 rum

rum ludo numerus, qui octonarium ſignificat· Poëtæ enim huius In Hemera ſepulchrum, ex octonis omnibus compoſitum, peperiſſe tradunt, Ἀπαντοκτὼ, id eſt Omnia octo, Parœmiam: * Quoniam uero quadrageſimum numerum, poſt trigeſimi præſtantiam coniunxit Euripides. deinde ſi quis aſtragalorum iactu, quadraginta colligeret· Euripidem, eum numerum uocauerunt. Sed & Pueros in ſpoliarijs, aſtragalos è ſportulis rapere, Plato inquit. Sed ludere par impar, aſtragalorum multitudine manibus contecta, diuinationem habet parium & imparium. Idem uero et fabis, nucibus, amygdalis, et pecunia facere ſolebant· ſi modo uera in Pluto tradit Ariſtophanes, dicens· Stateribus uero nos ſerui ludebamus, par impar: Alij itaq; circulo ducto, * iacto aſtragalo conabantur, ut aſtragalus in circulo permaneret· & hunc ludum, in hamillam uocarunt. Neq; me latet, quod et cothurnicem ducto imponentes circulo, hic quidem cothurnicem feriebat digito· hæc uero ſi ictui cedens, recalcitraret extra circulum, uictus erat cothurnicis Dominus· In * Taxiarchis enim Eupolis, dicente Phormione· Non itaq; circumſcribes circulum, quantum in prandium decernatur? quid eſt ad hamillam? * prandium præbebo, aut * molam ceu cothurnicem feriam? Ludus autem tropa dictus, plerunque aſtragalis fit· quos in foueam, de induſtria ad horum exceptionem factam, proijciunt. Sæpenumero tamen glandibus, & nucibus, aſtragalorum loco, ludentes utuntur. Cæterum ſphæræ ludi nomina ſunt, epiſcyrus, Phænnida, aporraxis, Vrania· Et epiſcyrus quidem, etiam ephebica, & promiſcua, cognomento dicitur· Luditur autem iuxta multitudinem, paribus ad pares diſpoſitis. deinde mediam lineā indifferentem educentes, quam ſcyrum uocant, huicq; pila impoſita eſt· alias duas lineas, poſt utrorumq; ordinem deſcribentes, ad cæteros, qui primum electi ſunt, pilam mittunt. quibus negociū erat, pilam aduolantem reijcere· donec alterutri, alios ad aliam lineam uſq; pepuliſſent. Phœnnida autem dicitur, aut à primo Inuentore Phænnido· aut à φυνκίζειν, id eſt decipiendo. quoniam aliò, ſimulantes in aliam partem pilam mittunt, decipientes credulum· Videtur au-

*In quadraginta uero ijs, poſt triginta præſtantiam Athenis*

*demittētes aſtragalum*

*Imperatoribus*

*prandebo maſſam.*



tur autem * minoris pilæ ludus, qui à rapiendo * nomen ſumpſit· ſed & mollioris pilæ ludum, aliquis ſic nominauerit. Aporraxis uero, oportebat pilam directè * ſolo iniectam, et reſultum pilæ manu exceptū ad contrarios mittere, et numerabatur ſaltuum multitudo. In Vrania uero, hic quidem reclinans ſeſe, pilam in cœlum proijcit· excipientibus autem cura erat, eam, priuſquā terram contingeret, arripere. quod & Homerus, in Phæacibus intelligere uidetur. Quando porro pilam ad murum mittunt, ſaltuum multitudo numeratur· & uictus quidem, aſinus uocabatur, omneq; peragebat iniunctum illi officium· Victor uero, Rex erat, & iniungebat. Dices autem pila ludentes, pila ludere, pilam iacere, mittere, emittere, dimittere, contrà mittere, in aduerſum iacere, expellere· pilæ idoneum eſſe, concinnum, compoſitum, diligentem ſpeculatorem, intentum. Licet etiam ſphæromachiam, pilæ ludum ad ſcyrum nominare. Verum & cothurnicem ferire, luſus eſt· Et ipſum opus, cothurnicis ictus· Ludentes, cothurnicum ſectores, et συμφονόποι dicuntur. Et cothurnices ferire, reuerberare, inſtigare, irritare, exaſperare· & hæc, ex cothurnicum luſui pertinentibus nominibus. Et * τηλία quidem piſtrici * ſimilia ſunt· Circulos enim deſcribentes, cothurnices ad pugnas mutuas conſtituebant· euerſa uero, circuloq; excidens uincebatur & ipſa, & cothurnicis Dominus. Et nonnunquam quidem pro ipſis ludebatur cothurnicibus, nonnunquam pro pecunia. Eſtq; nonnunquam, cum hic quidem conſtituit cothurnicem· ille uero medio ferit digito, deinde capite pennam euellit. & ſi cothurnix indurauerit, uictoria penes eius nutritorem eſt· concedente uero ea, & fugiente, feriens, aut euellens uincit. Cothurnices autem uictas inclamantes, auribus excitabant, obliuionem uictæ uocis conciliantes· & inclamare iſtud, τρυλλίζειν, & ἐντρυλλίζειν dicitur. Dicam uero & aliorum ludorum nomina, eandem formam cum nominum definitione habentium· Baſilinda, oſtracinda, dielcyſtinda, myinda, chytrinda, Phryginda, cinetinda, acinetinda, ſchœnophilinda, ſcaperda, ephentinda, ſtreptinda, pleiſtobolinda, apodidraſcinda.

*eſſe ex minore pila ut uocant in ſolum iacientē, excipientem ſaltū pilæ manu iterum remittere*

*cribrum ſimilis*

Regius itaque eſt, cum ſorte diſpoſiti, Rex quidem, quod facien-
dum eſt, præcipit · qui uero Famulus ſorte factus eſt, omnia per
Teſtaceus agit. *Oſtracinda uero, cum Pueri linea in medio ducta, & diuiſi
inter ſe duas in partes· hæc quidẽ extra teſtulam, altera intra eſſe
æſtimatur. mittente autem aliquo ad lineam, teſtulam · quæcunque
pars ſuperior fuerit, hi ad illum feſtinantes perſequuntur, alij uero
conuerſi fugiunt· Quod ludi genus & Plato innuit, in Amatorijs
Ad Phædrum: Quicunque autem fugientium captus fuerit, aſinus
uocatur. hic uero teſtulam proijciens, dicit· nox, dies. interior enim
eius pars, pice oblita eſt, quæ nocti reſpondet· uocatur autẽ teſtulæ
Diſtracto transmutatio, hoc ludi genus. *Dielcyſtinda autem, plerunq; in pa
rius læſtris luditur, ueruntamẽ etiam alibi· Duæ autem ſunt Puerorum
partes, alij trahentes alios· ſiq; ad aliam partem tranſmigrarint, pe-
Murinus nes illam uictoria eſt. *Myinda uero, quidam conniuens uoces ob-
ſeruat, & quemcunq; ſuffugientiũ arripuerit, ſtatim hunc conni-
uere cogit, & cõniuentem occultatos, caſu inuenire· ſiq; quis con-
niuens attingat, aut aliquis præmonſtret, diuinatur, nũ adeptus ſit.
Ollarius ludus, unus quidem in medio reſidet, & olla uocatur · alij
aut circum uero uellunt, * trahunt autem etiam uerberant circumcurrentes.
trahunt, ſed ab ipſo conuerſo depræhenſus, eius loco reſidet. Eſtq; nonnun
aut etiam quam, ut quis capiti ollam impoſitam ſiniſtra teneat manu, in cir-
culo obambulans · hi uero ipſum feriunt interrogantes, quis ol-
lam? Et ille reſpondet, ego Midas. quemcunq; uero cõtigerit pede,
hic pro eo cum olla circumit. Phryginda, teſtulas contritas ſini-
ſtræ manus digitis interponentes, teſtulas dextra manu ſecundum
motorius numerum feriunt. Sed* cinetinda, à κυνεῖν, quod oſculari eſt, no-
men ſumpſit· quod teſtari uidetur Crates, in Ludis· Sed ferè de ple-
riſq;, in ea Fabula idem Poëta diſſeruit· Dicit autem, inter cœtus ui
Immoto- riles cinetinda ludi, utpote inter Amicos optimos. *Acinetinda au-
rius tem, contẽtio erat, quis ſeſe immobiliter ſtando ſuſtineret. * Schœ
Funem nophilinda, in circulo ſedetur, unus autẽ funem habens, clam apud
amans aliquem deponit· ſi uero ille, apud quem iaceat, ignorauerit, circu-
lum circumcurrens uapulat. ſi uero depræhenderit, currentem fu-
gat uer-



gat uerberibus. Scaperda, trabem in medio perforantes ſtabiliunt,
per foramen autem funis tractus eſt, cui utrinq; unus alligatur, non
trabem aſpiciens ſed auerſus · quicunq; uero alterum ui attraxerit,
ut in trabis ſummitatem perueniat, hic uincere putatur. & hoc,
ſcaperdam trahere uocitant· nonnunquam duo, terga inuicem præ
bentes, trahunt uno alligati uinculo. In * aphentinde autem, ut con  dimiſſorio
ijcere licet, oportebat teſtulam in circulum * miſſam ſic modera-  demitten-
ri, ut in circulo conſiſteret. * Streptinda porro, teſtulam teſtula,  tem
aut numum numo depoſitum appellato, conuertebant. Sed * plei-  Verſorius
ſtobolinda, non * teſſerarum modò, ſed & aſtragalorum eſt, * de  plurimi
maioris numeri iactu. Cæterum * apodidraſcinda eſt, hic quidem  iactus
in medio conniuens conſidet, aut alius eiuſdem cohibet oculos, hi  per teſſe-
uero occultantur· ipſo autem ad inquiſitionẽ conſurgente, quemli-  ras
bet oportet ipſum in locum ſuum præuenire. Sunt præterea & alij  ad plurimũ
ludi, quæ nominum formæ reſpondent, Chalciſmus, implicato-  numerum
rius, ephedriſmus, hypoſtraciſmus, aſcoliaſmus. Et Chalciſmus  iacere
eſt talis, rectum numiſma rotantes, oportet rotatum illud continuè  fugitiuus
digito ſuſtinere· quo ludi genere, imprimis Phrynen meretricem de
lectatam eſſe tradunt. Sed implicatorius, duplicis lori, Labyrinthi
in morem, quædam eſt complicatio· per quam oportet, baculo in-
ſerto, duplicaturam tangere. niſi enim lorum ſoluatur, implicatur
loro baculus· & hunc inſerens, uictus eſt. Porro ephedriſmus, lapi
dem erigentes, ad illũ eminus pilis iaculantur, aut lapidibus· qui ue
ro lapidem nõ proſternit, proſternentẽ baiulat, compreſsis ab ipſo
oculis, donec rectà ad lapidem perueniat. quem* δίορον uocitant.  biterminũ
Cæterum epoſtraciſmus, teſtulam marinam in aquæ ſuperficiem
mittunt, numerantes ipſius ſaltus, in aquæ ſuperficie factos ante
ſubmerſionem. ex ſaltuum enim multitudine, iacienti uictoria ad-
ſcribitur. Verũ cindaliſmus, ludus eſt paxillorum· Cindalos enim,
paxillos uocauerunt· Opus autem erat, non modò paxillum terræ  elidere uer
argilloſæ infigere, ſed etiam infixum * ante paxillum eius percuſ-  berantem
ſo capite expellere· Vnde etiam Prouerbium manauit, Clauo cla-  caput alte
uum, & paxillo paxillum: Nonnulli uero Dorum Poëtarum, hoc  ro paxillo
ludo

ludo ludentem, * κινδαλοπαίκτην uocauerunt. In aſcoliaſmo
autem, uno ſubleuato pede, altero ſolo ſaltare oportet quod ἀσκω-
λιάζειν uocauerunt. * Aut in longitudinem ſaltitabant, aut unus
quidem * hoc inſequebatur, alij uero utroq; pede fugiebant donec
aliquem, uno pede illatus, perſecutor nanciſci poterat. Aut ſtantes
ſaltabant, ſaltus ipſos numerantes penes multitudinē enim, erat ui-
ctoria. Ἀσκωλιάζειν quoq; uocatur, utri uacuo, ſed ſpiritu inflato,
et inuncto inſilire, ut propter unguentū laberentur. Sunt præterea
& alij luſus, in cotyla, ænea muſca, præſtantiſſime ô Philelie, fe-
catio, galleruca, Chelichelona, talitro ludere, rathapygiʒare, pen
talitha, phittamaliades, phittari, phittameliæ, crepitaculum, tele-
phyllum, lilium, malorū grana, lattages, collabiſſare. Ludus in co-
tyla eſt. hic quidem, * manus retro torquens cōiungit alius uero i-
ſtis genibus, inclinatus, fertur manibus, ferētis oculos ſupprimens
Hunc ludum, & * equitationem, & cybeſindam uocant. Muſca
ænea, faſcia Pueri alicuius oculos obligantes, hic quidem conuerti
tur clamans, æneā uenabor muſcam Hi uero reſpondētes, uenabe-
ris, ſed nō capies funiculis ipſum cædunt, uſq; dum aliquē arripue
rit. Luſus uero, præſtantiſſime ô Philelie, plauſum habet Puerorū,
cum acclamatione huiuſmodi quando nubes præuerterit Deum
Vnde & Strattis in Phœniſſis inquit, Deinde & Sol obtemperat
Pueris, ſi dicant, præſtantiſſime ô Philelie: Fecatio uerò, riſus gra-
tia inuenta eſt oportet enim aliquid in fecis lebetem immerſum, ma
nibus retro ductis, ore eximere. Galleruca, animal uolatile eſt
quod & melolantham uocant, ſiue ob genarū lanuginem, aut quod
cum lanugine natum. cui linum alligantes, dimittunt quod circuli
inſtar, inter uolandum implicatur. quod & Ariſtophanes innuit, di
cens Lino ligatum pede, ſicut melolanthem: Chelichelona autem,
Virginum luſus eſt, ſimile quippiam cum olla habens. hæc enim re-
ſidet, & teſtudo dicitur hæ uero circumcurſitantes interrogant,
Chelichelona, quid agis in medio? Illa uero reſpondet, lanas conne
cto, & filum Mileſium Deinde hæc rurſum, tuus uero Filius quid
faciens, perijt? Illa uero dicit, Alba ſuper equa in mare deſilijt. Ta-
litro

Cindalis ludentem Videlicet ſic

circumagit manus retro, et cōnectit ille uero genu inſiſtens, iſtis fertur, præhendens equitatum



litro ludere, eſt medio manus digito, pollici ſubmiſſo, naſum ferire.
Sed ῥαθαπυγίζειν, eſt pede obliquo coxam percutere. Pentali-
tha autem, ſiue lapilli ſint, ſiue calculi, ſeu aſtragali, quinq; ſurſum
eijciuntur ut manu conuerſa ea, quæ proiecta ſunt, in poſteriorem
manus partē recipiantur, uel ſi non omnia * poteſt ea ſaltem, quæ
nouit, & in manu iacent, digitis denuo recipere. Verbum autem
πεντελιθίζειν, in Hermippi Dijs extat ſed nomen, eſt pentalitha.
magis autem Mulierum luſus eſt Quemadmodum et Phittamelia-
des, Phittari, & Phittameliæ, Virginum ludi Sponſas enim cele-
brantes currunt, ſe inuicem ad feſtinationem excitantes. Platago-
nium uero amatores, aut amicæ ludebant. ſic enim & crepitacu-
lum uocitant, & ſiſtrum quod Catabum, Nutrices nominant, re-
creantes ægrè dormientem Puerulum: Sed & papaueris, telephyl-
li dicti, folia, primis duobus ſiniſtræ manus digitis, in circulum in-
uoluta implicantes, & uolæ alterius manus infligentes ſi ruptum
hoc ictu folium, ſonum altum ederet, amicas illorum meminiſſe exi
ſtimabant. Inſuper & lilium duplex exiſtens, & uacuum, interius
inflantes, ut ſpiritu impleretur in fronte rumpentes, * ſonitu hoc
ſimilia iudicabant. Præterea & malorum ſemen, quod malis ſum-
mis ineſt, primis dextræ manus digitis humidum adhuc exiſtens,
& lubricum comprimentes ſi in altum exiliret, hoc iudicabant a-
micarum beneuolentiam. ueluti & ſtillarum ſonitu, ſi reliquiæ po-
tus cottabiſantium ſonarent. Collabiʒare eſt, cum quis planis ma-
nibus, proprios comprimit oculos hic uero feriens interrogat, *
quiſnam percuſſerit. Et tantum de ludis, his uero ſecundum ſyno-
nymiam ſubiungemus ſimilitudinem, diſſimilitudinem fraudem,
cunctari, admonere, ordine iuxta Libri completionem.

nouit, tum ſcientium, qui adiacent, recipiantur reliqua digitus

ſono huic

utrum

## SYNONYMA SIMILIS, DISSIMILIS VIII fraudis, cunctandi, admonendi, & reliqua.

DIces itaque de ſimili, uериſimilis, aſſimilis παρόμοιος e-
nim idem, quod aliquantum ſimilis eſt. Conſimilis, perſi-
milis, æqualis, referens Ariſtophanes autem in * Polyeido, etiam mi

Multiformis

H Γεισιμ-

προσεμφερὴς dixit· Aſsimilis autem, Plato: Veruntamen et imaginem aliquis dicat, ſculpturam, typum, imitationẽ, exſculptionem, ſculptura, effigies· Effigiatũ. ſic enim in Horis Cratinus, Ille idem ſic effigiatus: Ariſtophanes uero in Theſmophoria Zuſis, Leonibus hæc facta eſt effigies: Et uerba, ſimilem eſſe, referre, repræſentare, accedere ad ſimilitudinem, ∗ Tum & εἰκέναι aliquis dicat, προσεικέναι· tum æqualem eſſe, formam referre, ∗ imitatum eſſe, exſculptum eſſe, exciſum eſſe, effigiatum eſſe: Et aduerbia, ſimiliter, conſimiliter· Παρομοίως enim, ſordidum eſt. Veriſimiliter uero, æqualiter, ∗ pariter· quæ enim ab alijs deriuantur, duriora ſunt. Res uero, ſimilitudo, æqualitas. Contrarium uero, diſsimile, inæquale· & quæcunque oratione efferri poſſunt, negationem uerbis addendo. Verbum autem ſolum eſt, diſsimilem eſſe, à quo rei uocabulum non extat· quemadmodum nec uerbum, à diſsimili. Rei autẽ nomen, diſsimilitudo· Ab utriſq; autem, aduerbia· diſsimiliter, inæqualiter. Fraus, fraudulentia, uerſutia, tergiuerſatio, detrectatio, deceptio, paralogiſmus, ſeductio, figmentum, faſcinatio· Et alia ſignificatione, ſophiſma, artes, argutiæ, dolus, inſidiæ, impoſtura, aſtus, error, captatio. Et uerba, decipere, fallere, uerſutijs eludere, ſupplantare, detrectare, ſeducere, fingere, falſò concludere, faſcinare, Sophiſtam agere, artibus eludere, imponere, uerba dare, furari, auertere, captare· Tum & eludere, unde rei uocabulum non eſt· Eluſio enim, durum eſt. Fortaſsis & Supplantare, Platone dicente in Secundo De Legibus· Ne ſupplantemus, ∗ ueluti decipiamus, aut fallamus: ueruntamen ne ab ∗ his quidem, concinnum eſt rei uocabulum. in eodem uerò Libro eſt, ∗ Et quid ſanè de errante dicamus, ut ſit ueluti deceptus? ut etiam de hoc, & error dicatur· paulò enim ante Plato inquit, Hoc autem magis nos uidetur ſeducere: eiuſdem quoq; ſignificationis fuerit, ∗ φιλοῦμ. Nomina autem à prædictis ſunt, deceptor, faſcinator, fraudulentus, inſidiator· quæ enim ab alijs deriuãtur, aut duriora ſunt, aut aliud ſignificant· Participijs itaque utendum eſt, aut ∗ potentiali dictionis figura· ut deceptorium, ſeductorium. neque enim huiuſmodi ab omnibus

inuenire

aſsimilem eſſe. & propè, æquè

tanquam hoc

Ecquid igitur unquã dicamus balluci-nantem adulari poſseſsiua



inuenire licuit. Aduerbia autem ſola ab his, de quibus hæc deriuantur nomina· deceptorie, faſcinatorie, fraudulenter. Veruntamen & Fictè, Platone dicente· Non fictè, ſed reuera philoſophantes: Morari, immorari, ceſſare, deſidere, tergiuerſari, moram ducere, procraſtinare, tardari, terrere, cunctari, reponere. Στραγγεύεσθαι uero, in Ariſtophanis Nubibus: Sordidum enim eſt, Prolongare, in Præconibus Aeſchyli: Morari uero, etiam Actus eſt, apud Demoſthenem, Quibus nos morantur: putant autem nonnulli, illum cunctari intelligere. Tum & Ociari, apud Platonem, & alios multos dictum eſt· ſed ego uocabulum non approbo. Res uero, mora, cunctatio, tarditas, deſidia, ∗tergiuerſatio, ∗procraſtinatio, remora, ceſſatio, moræ ductio, ∗ Ὑπερθέσεις enim, ferè ſordidum uidetur. Et στραγγία quoq;, peſsimum eſt. Socordia uero, ignauia, et ſegnities· quorum uerba non extant. niſi Νωθρεύεσθαι, apud Hyperidem De Lycophrone· quod ego non multũ approbo. Nomina uero, morator, cunctator· fortaſsis & ignauus, tardus, ſegnis· Et ſocors, nam & hoc quoq;, apud Platonem extat in Phædro· Socordes quomodo ad diſciplinas perueniunt? Sed in Amipſij ∗ Sapphunte, Socordius diximus· Ab alijs uero, nominum loco, participijs utendum eſt· aduerbia autem, omnino ſunt ſordida. Admonere, commonefacere, caſtigare· Carpere, ſecundum Demoſthenem dicentem· Carpere quidem omnino, et facile, et cuiuſuis eſſe, quis dicat· ∗ ſed ne patiamur nos, quod in alijs carpimus: Fortaſsis hiſce ſimile & uidetur, corrigere, emendare, concinnare, conuertere, curare, mederi, ſubuenire, purgare, repræhendere, reducere in uiam, ſaluare, & reuiuificare. Ariſtophanes uero in Pluto, etiã ∗ Ἐπικρούσασθαι, Impellere pro cõmonefacere accipit. Res uero admonitio· aut ſecundũ Platonem, Cõmonefactio· Menandri enim Νουθετισμὸς, ſordidum eſt. Repræhenſio uero, caſtigatio, culpatio, correctio, emendatio, concinnitas, cõuerſio, cura, ſanatio, et purgatio· quæ uero ab alijs deriuantur, non huius ſignificationis propria ſunt· Nomina autem ab his, caſtigator, corrector· ab alijs enim, partim dura, partim ambigua ſunt. præter Admonitorẽ, quo utitur Sophocles, dicens in Pro

H 2 cride·

auerſio dilatio depoſitio

Sappho

&

Impellere

cride·Punitores,& admonitores:Superare,ſuperiorem eſſe,uince-
re,excellere,præcurrere, decertare,deuincere,præualere,demo-
liri·Debellare enim,et ſeruum facere,alterius ſignificationis ſunt.
quemadmodum & mancipare,atq; ſubigere, ſubijcere, ſupprime-
re· pugna nauali uincere, pedeſtri prælio ſuperare, equeſtri pugna
debellare,equitatu præualere·A quibus rei uocabula ſunt, robur et
Et uictoria,ſola·*captio,et demolitio· Superatio enim,apud Thucy-
uiolentior didem,*durius eſt.ſiue quis*ſimile eſſe putet,debellationi,& de-
ſimilem certationi·*quodam Decertationem, pro debellatione dicente, e-
illo tiam*διαπολέμησιν inueniens·Subactio enim,et ſubiectio,præ-
deuaſtatio dura ſunt . Seruitute autem dicta, καταδούλωσις, id eſt redactio
nem in ſeruitutem,durius eſt · Nonnullorũ etiam aduerbia, inuiſa ſunt:
à pleriſq; autem,nihil uſitatum extat . Turba, multitudo, conuen-
Forſan tus,cœtus,Populus,congregatio,collectio,conſtipatio·*Tum &
collectio,et corrogatio,thiaſus, Chorus·ueluti ſi quis dicat, Viro
rum turba,Mulierum multitudo,Puerorum cœtus,Hoſpitum con-
uentus,Inquilinorum Populus,ſeruorum congregatio· Coaceruа-
cauponum tio enim durius eſt.Mercatorũ cœtus, * tabernarium conſtipatio,
contuber- nautarum collectio, Gubernatorũ concurſus, ludentium thiaſus,
nium & iocantium Chorus.De ijſdem uero dicitur , toto Populo conue
toto agmi- nerunt,omnigenæ, * cateruatim· πανσυδὶ enim,* ſordidum eſt.
ne Gregatim,ſecundum ætates,ſecundum ordines, ſecundum fami-
uiolentius lias,ſecundum genera,ſecundum conditiones,ſecundum artes, ſe-
tanquam cundum turmas·Vnde illud Homeri, Turmatim,*ut Poëticum eſt.
quotquot Et aliter quis dicat,omnia genera, *omnes ætates, omnes familiæ·
quod & *ut Pueri,& Vxores. Tum alia forma dices, nemo eorum abe-
rat,nullus non aderat,nullus abeſſe ſuſtinuit·nemo erat , qui abeſ-
ſet,nemo nec Senex,nec Puer , quicunq; ibi habitabat· E domibus
profluebant,conuenerunt,collecti ſunt,congregati ſunt,coaceruа
ti ſunt,concurrerunt,confluxerunt,feſtinatione conuenerunt,*
congredie commixti ſunt.ſimul libauerunt,in unum collecti ſunt · Omnia im
bantur,ac- pleta ſunt,cuncta repleta ſunt·arctabantur, premebantur. Locum
celerarunt etiam hic habent Poëtica,Plures quàm arena , Fluctus ſuperantes·
Quot



Quot folia,et flores.et ſimilia.Gloriari,arrogantem eſſe,iactare,
grauiter ſe habere,oſtentare,magnifica loqui,ſplendida effari,ſu-
perbire,elatum eſſe,extolli,inflari,altum ſapere, excellere, deſpi-
cere,portentoſa agere·Sed in Eupolidis Populis , etiã*καυχήσα- gloriatum
σθαι extat·Quorum res ſunt,gloriatio,arrogantia,iactantia,oſten- eſſe
tatio, magnificorum uerborũ ſermo,iactabunda oratio,deſpicien-
tia,deſpectus,monſtroſitas.Superbia uero,rei uocabulum eſt· Sed
ſuperbire uerbum,non approbo.Nomina autem, à gloriando qui-
dem , per participium glorians dicenda ſunt· Gloriabundus enim,
durum eſt.Sed ab alijs iactator,iactabundus,elatus, magniloquus,
altiloquus,elatus,ſuperbus,arrogans,inflatus· et ipſa quoq; horum
nominum participia . Inſuper altum ſapiens, excelſus, ſuperbiens,
& contemptor·Sed ὑπεροπτικὸς,durius eſt.Melius uero eſt, de
ſpiciens,ſuperbus,& ſublimis.Et à portento,portentoſus·Et Por-
tentiloquus,ex Platone:Et aduerbia à nõnullis, arroganter,iactan
ter,iactabunde,magniloque,faſtuoſe,elate, inflate ·Deſpicienter
enim,& ſublimiter,aſperiora ſunt. Superbe, contemptim, deſpe-
cte.Pulchrum etiam eſt,illud Thucydidis,Iactabundum:*Suggil- Ludere, de
lare,naſo ſuſpendere,carpere, laceſcere,ſubſannare, uilipendere, ludere
mordere,irridere·Durius enim eſt,ridiculum facere. Et deridere,
humilius·Et χλιάζειν ,prædurum nimis . Σιλλαίνειν uero, Illude-
re,& Cauillari,Poëticum magis eſt. Res uero ipſæ, * ſuggillatio, luſus
ſcõma,cauillatoria,ſanna,ſubſannatio,morſus,mordacitas,irriſio.
Et nomina quoq;,*ſuggillator,ſuggillatorius,cauillator, ſubſanna luſor,luſo-
tor,ſubſannatorius·χλεύαξ enim,Comicum magis eſt.Mordens rius
uero , & mordax , irriſor. de hoc , & ſcurra dicatur , à me uero
hoc nomen non approbatur· nugari enim , aliud ſignificat . omnia
uero ab his participia,meliora ſunt. Sed aduerbia,ſuggillatorie,ca
uillatorie,mordaciter·Ridiculè enim,aliò refertur.Et irriſorie,du-
rius eſt.De eadem re dicat quis,negocium,res,opus,ſtudium,exer
citium,tractatio,tractatus, diſciplina,artificium, pertractatio. Et
agens,operans,ſtudens,exercens, tractans,pertractans, diſcens,
peragens·τεχνάζων enim,& τεχναζόμενος,aliud quiddam ſigni
 ficant.

ficant. Melius uero eſt, artem pertractans · & ſimilia. Scire, cogno
ſcere, nouiſſe, uidere, intelligere, diſcedere, perdiſcere, aſſequi · A-
lia enim ſunt, putare, conijcere, dubitare, ſuſpicari, ſuſpicionẽ ha
bere, coniecturam facere, ſignis colligere · quàmplurima autem
poſſeſſiua pro nominibus, participia habent, aut * potentiali forma deriuata
uocabula. Doctus · Εἰδήμων enim, duriuſculum eſt. Cognoſcens
uero, & cognitione ualens · Illud enim Xenophontis, Cognitor,
aliud quidpiam ſignificat. Sciens uero, et perdoctus, ſcitus, uidens,
intelligens, animaduertens, intelligibilis, intellectu ualens, diſcens,
Dediſcens diſcendo facilis · * Perdiſcens uero, & καταμαθητικός, abſur-
diora ſunt prolixitate. Inſuper aſſecutus · quemadmodum ab alijs,
colligens, collectiuus, conijciens · Coniectator enim, inſuaue eſt.
Coniecturis colligens, & conijciendo ualens · ueluti et Plato alicu
bi, Animam uocat, Coniecturis ualentem: Suſpicans uero, & ſu-
ſpicioſus, dubitans, ſuſpicionem habens, et coniecturis inquirens.
Huius quoq; ordinis, idem ſignificantes hæ formulæ fuerint · cito,
celeriter, celerrimè, quàm celerrime, quàm ocyſſime · in celeritate,
in feſtinatione, repentina uelocitate. quàmplurimum, plerunq;, fre
quenter, ut quàm maxime, uſitatiſſime, frequentiſſime · Ad pluri-
mum. hoc enim Alexis, in Poëtria dixit, Ad plurimum hoc facio:
ſed Frequentiſſime idem dixit, in Geminis: Alij uero uſitati modi,
dicendum de occidendo · occidere, trucidare, cædere, mactare, tollere, con-
eſt ficere. de hoc uero Xenophon dicit, Confecit leonem: Ariſtopha
abſolute, phanes autem, Viros confecit: Tum & proſternere, de eodem di-
efficaciter, cunt · Herodotus enim inquit, Poſtquã ipſis omnes proſtrati ſunt,
ex effica- pro cæſi ſunt · Vnde & ſic intelligunt illud Ariſtophanis in Equiti
cia, ſupra bus, Ego nunc te Herculem proſternam: De eodem quoque dices,
modũ con- ambigere, controuerti, dubitare, alternare, incertũ eſſe. de eodem
tentè, affa- nimirum, & conijcere · Ariſtophane dicente, Conijcientes, et fin
tim. gentes: De quo * nam dicendum ſit, ſufficit, ſatisfacit, ſufficiens
Efficere di eſt, ſufficientiã habet, contentus, contentus eſt · ſufficienter, * de
ctum eſt in eodẽ * uero, Ἐκποιεῖν dixit Lyſias De Achillidis Cæde: Idem quo
Lyſia que fuerint, terrere, turbare, minari, denunciare, abdicare, terre-
facere,



facere, tumultuari, conterrere, percellere, concutere, contur-
bare, timorem incutere · Et ſimilia quoque, exponere, clam ex-
ponere, clam tollere, efferre, exportare, ſuffurari, auferre · Et *
ἐκσκευάσασθαι · Demoſthenes enim dixit, Agricultura enim expromere
poſt iudicium * exportata eſt: Similia & hæc, incendere, ardere, exprom-
urere, comburere, igne uaſtare, flammas conſumere, inflamma- pta
re · ignem ſubmittere, ſubdere. flammam elidere, excutere, exci-
tare, concitare, elicere. Ipſam uero rem Homerus uocat, Nociuum
ferens * φλέγμα: Tum & uſtionem aliquis dicat, magis torto ardorem
uocabulo · melius autem incendium, & combuſtionem. Sed apud
Hyperidem: * De Lycophrone ſcriptum inueni · Aut naualium pro Pro
ditionem, aut palatiorũ incendium, uel excidium arcis · & ſic mul-
tis in Libris ſcriptum extat. Incendens uero, * ſtatim Incenſor di- forſan
cetur, ſecundum Aeſchylum, & Sophoclem · qui ſic Fabulas ſuas
inſcribunt, hanc quidem Prometheum, illam uero Nauplium: Li-
cet præterea dicere, factum eſt, confectum eſt, tranſactum eſt,
operatum eſt, elaboratum eſt, finitum eſt, ad finem perductum eſt,
manus ſuprema impoſita eſt, abſolutum eſt, ad umbilicũ peruenit,
perfectum eſt · Ἐδρᾶσθαι enim, & ἐτολμήθη, alterius ſignifica-
tionis eſt. Res uero ipſa, factio, abſolutio, finis, confectio, perfe-
ctio, elaboratio · Ad finem peruenire, ad finem perductum, abſolu-
tum, exornatum · Et ipſe Vir, faciens. Licet quoq; dicere, agens, ope
rans, elaborans, finiens, perficiens, conficiens, abſoluens · Perfe-
ctor, confector, diſpoſitor, elaborator. Tum & hæc dices, perſe-
cutus eſt, egit, exegit, fugauit, pepulit, relegauit, eiecit · Demoſthe-
nes, etiam Exterminauit, dixit. Et Hyperides, Extorrem fecit, Ex-
pulit, Proiecit, Excuſſit: Thucydides uero, Perſecutione pepulit: I-
pſa uero res, pſecutio, actio, fuga, exterminatio, eiectio, pulſio, er
ror. Et Vir, exul, extorris, errans, errabundus · ab alijs uero, parti-
cipia. Tragicum uero eſt illud Sophoclis, Διωκτὸς, pro perſecuto.
Expulſus uero, exactus, pulſus, fugatus, exterminatus, eiectus, re-
legatus, & errans. Similia ſunt & illa, intrauit, aduenit, ingreſſus
eſt, incurrit, accurrit, illatus eſt, irrepſit, introijt, ſeſe inſeruit, inſi
lijt, in-

lijt, inſultauit, *intruſus eſt, ui irrupit. Vrbē occupauit, obtinuit, in urbē irruit, urbe *potitus eſt, ueluti uentus, ignis, fulmen, nubes, grādo, nix, peſtis. Et alia orationis figura, *hoc urbi incuſſit, immiſit, iniecit, intulit, illiſit, infregit. Ferens, inferens, adferens, ſubleuans, leuans, tollens, baiulans, portās, onera ferens, ſufferens. Et id quod fertur, onus, ſarcina, pōdus. Merces uero, portatoriū, et *φέρετρον, et κόμιστρον, atq; φορά. Quemadmodum & ipſum opus, onerum geſtatio, & latio: quæ enim ab alijs deriuantur, ſordidiora ſunt. Hæc uero ſignificationē diuerſam habentia, orationis figura conueniūt: concinnitas, conſonantia, ſimplicitas, bona conſtitutio, urbanitas, proſperitas, decor, ſucceſſus fœlix, abundantia, opulentia, fœlicitas, fertilitas, copioſus prouentus, ſentiendi facultas, cōſilij copia, dicendi facultas, diſcendi facilitas, uocalitas, collimatio, pronunciationis integritas, æquitas, gloria, dexteritas procreandi, matrimonij fœlicitas, gignēdi ſucceſſus, generoſitas, reuerētia, eloquētia, fama integra, pietas, robur, concinnitas, frugalitas, beneficentia, facilitas, procliuitas, redolentia. Et apud Xenophontē, Pedum dexteritas: Et apud Euripidē, Bona inſtitutio: Et apud Critiā, Intelligēdi dexteritas. Atq; Redolentia, apud Ariſtophanē. Quemadmodū et hæc, Eloquentia, Forma, Beneuolentia, Benignitas, et Diſpoſitio cōcinna, apud Poētā: Tum et hæc, ſenſibilia, facilia factu, facilia trāſactu, deceptu facilia, placabilia, toleranda, bene diſpoſita, bene ordinata, parabilia, bene adminiſtrata, bene elaborata, bene concinnata, decertatu facilia, facilia captu. Præterea hæc, euangeliū, *uile, bene cinctum, robuſtum, bene ordinatū, inſigne, exercitatum, frumento & uino abundans, ſeruis inſtructum, rationale, intelligibile, cordatum, formoſum, urbanum, pulchros oculos habens, pulchricomum, pulchris genis præditum, pulchra crura habens. Tum & facile, expeditum, facundum, conſonans, *ſordidum. Quemadmodum & ſenſibiliter, decenter & illud apud Ariſtophanem, Facile: Sunt præterea à multis alijs aduerbia, & mutuæ à nonnullis formulæ.

*[margin:] illiſus · immiſſus eſt in urbem · ipſum precium eius quod fertur, & eius quod uehitur. · facile emptu · mundatum*

LIBRI NONI FINIS.

IVLII



# IVLII POLLVCIS, DICTIONARII LIBER DECIMVS.

## IVLIVS POLLVX, COMMODO CAESARI S.

INcidi olim in Xenophontis Librum, de equorum cura tractantem: inueniens uero in nominis diſcuſſione *illum Eratoſthenē in Tractatu De Vaſculis citare, decreui Eratoſthenis Librum, propter uſus utilitatē quærere. ut uero inueni, tantūmnon nihil eorum, quæ ſperabam, habuit: illud itaque à me ſperatum, & ab illo non completum, ipſe perficere ſtatui. arbitrorq́ te, ubi examinaueris, hoc omnium utilitati prælaturum. Licet enim, & in alijs inuſitati nihil contineatur: hoc tamen inter uſitatiſſima uerſatur, quibus ſingulariter utimur. Plurimos porro hic Teſtes citamus, quia nominum maxima pars, authoritatis defenſione indigent, aut utendi audacia. Si uero quod nomen prædictum antè, etiam huic inſcriptum fuerit, ne ualde mireris. Vaſculorum enim nomina colligentem, non ex Veteribus modò, ſed ex horū formis quoque oportet colligere.

*[margin:] illud*

I CAPITA

CAPITA LIBRI DECIMI.

HVic Libro armamentariorum, & ipſorum uaſculorum inſunt nomina · & quæcunque de his, aut ab his, ſunt deriuata. Cap. I
De uaſculorum theca, & foro. Cap. II
De Patrefamilias. Cap. III
Ianitorum uaſcula, & quomodo ea nominentur. Cap. IIII
Portarum cuſtodis inſtrumenta, & opera. Cap. V
De nominibus aquaticorum inſtrumentorum. Cap. VI
De uaſculis ante cubile, ubi & lectulorum ſpecies. Cap. VII
De lectorum neceſſarijs,* Cap. VIII
De uaſis, excrementis faciendis ſeruientibus. Cap. IX
De * uaſculorum lotione Cap. X
De lectulo adiacentibus. Cap. XI
De uehiculis, & eorum partibus Cap. XII
De armis equeſtribus. Cap. XIII

(*atq; etiam herilibus, & domeſticis uaſis ad lauandum)

De libris, & inſtrumentis ad horum cōſcriptionem. Cap. XIIII
De forenſibus inſtrumentis. Cap. XV
De gymnaſij armis Cap. XVI
De balnei uaſis. Cap. XVII
De libaminum uaſculis. Cap. XVIII
De uaſis, in quibus aqua calefit · inſuper & poculorum, & menſarum nomina. Cap. XIX
De uini uaſculis. Cap. XX
De uomendi uaſculis. Cap. XXI
In quibus pedes abluant, & pocula. Cap. XXII
De menſa, & eius uaſculis. Cap. XXIII
De coqui uaſculis. Cap. XXIIII
De Piſtoris inſtrumentis. Cap. XXV
De lucerna, unguenti uaſis, & Figulis. Cap. XXVI
De ijs, quæ thoro ſeruiunt Cap. XXVII
De gynæcei uaſculis. Cap. XXVIII
De Agricolæ inſtrumentis. Cap. XXIX

De pi-



De piſcatorijs, & nauticis armis. Cap. XXX
De inſtrumentis ad ueſtium curam, & quò eædem reponantur. Cap. XXXI
De crumena Cap. XXXII
De glottocomeio. Cap. XXXIII
De decipula, & ſuper quo uolucres dormiunt. Cap. XXXIIII
De abaco Cap. XXXV
De domunculis, in quibus animalia nutriuntur, & alijs huiuſmodi. Cap. XXXVI
De Pictore, & huic conuenientibus Cap. XXXVII
De Epheborum habitu, & alijs miſcellaneis Cap. XXXVIII
De perſona, & ſimilibus · deq; catena. Cap. XXXIX
De ſubligaculis, & ſimilibus · atq; quibus Pueri ludant. Cap. XL
De ijs quibus ſal interitur, & alijs ſimilibus. Cap. XLI
De ſcala, tympanis, cymbalis · ubi, & quibus aucupes utuntur. Cap. XLII.
De pera, & huiuſmodi. Cap. XLIII
De aureis uaſculis, & alijs ex metalli materia. Cap. XLIIII
De Agrorum inſtrumentis, & ſimilibus. Cap. XLV
De uaſculis plicatis. Cap. XLVI
De pelle lotoria, & alijs commixtis. Cap. XLVII
De figulina terra, & alijs idoneis. Cap. XLVIII
De aciali, iunco, & renone. Cap. XLIX
De utre, flagellis, & gemmis diſtincto uaſe. Cap. L
De clauis · ubi & de operculo, & ſimilibus. Cap. LI
De Figulis, Citharœdi inſtrumentis, & teſtaceis. Cap. LII
De ſacrorum uaſis plicatis, & alijs. Cap. LIII

I 2 CAPVT,

## I. CAPVT PRIMVM, DE ARMAMENTARIIS, ET IPSORVM VAſorum nominibus, & quæ à uaſis deriuata ſunt.

OPtimum mihi uiſum eſt, uaſculorum nomina, quæ
ad familiam, agros, et artes ſpectant, colligere: ut
ea quaſi ex armamentario deſumpta habeas, ſi
alicuius horum ſubueniat neceſſitas. Ipſum ita-
que Armamentarij nomen, in Aeſchyli Pſycha-
gogis inuenies. Et apud Aeſchinem Contra Cteſiphontem, Ar-
mamentariũ extruebant. Thucydides uero hoc, Repoſitorium uo-
Opibus cat dicens. * Vtenſilibus et uaſculis repoſitorium: Herodotus uero
ea, Ἐπίπλοα dixit, quæ facilime hinc inde portari poſſunt: quem-
admodum fictilis dicitur, ſupellex reliqua. Iſæus autem ſingulari
numero, Ἐπίπλοον dixit. Poterunt hæc, & reconditoria dici, &
ſupellex domeſtica. Ἀποσκευὴ enim, recens nimis eſt. Vocabis
Neceſſa- eadem, & Domeſtica uaſa, & * Vtenſilia uaſcula: hoc quidem ſe
ria cundum Alcæum Poëtam, dicentem in Paſiphaë, Et næ per Iouem
alia uaſcula: illud uero, ab utendo denominans. Neque tamen me
præterit, quod uaſcula ad theoriam, & ſacrificia deſtinata, χρυσ-
εια nominauerunt: ſicuti et Plato Comicus dixit, in Hellade: ego
tamen & in domeſticis uaſculis, hoc nomine uti poſſe aliquem iu-
dico. Hæc autem à Recentioribus, etiam Μαλακὰ uocata ſunt:
quemadmodum & Manualia: Vt Menandrus inquit in Perinthia,
quàm mol- Vt * μαλακὰ ex urbe capiens, * totum illico exilit: deinde, Mol
lia lem, ô miſer, habentes ſupellectilem, poculum argenteum hoc ar-
in ripiens è theca, mihi arrhabonem dabis: huiuſmodi uero ſupellecti
lem, ἐνδυμλόειαν multi uocitant: mihi uero nomẽ hoc non proba-
erit tur, indico tamen, ſi quis forte utens, defendere uelit. * eſtq; in Li
bello quodam, quod in Olympiadis actis, de condemnatorum aufe
rendis muneribus ſic ſcriptum ſit. Melius uero ἐνδυμλύειαν, ſu-
pellectilem uocare: παγκλησία enim, Tragicum magis eſt. Vaſa
autem, Vaſcula Comici frequentius uocitant. Vocantur autem ua
ſa quæ-



ſa quædam, igni deſtinata, & ignis expertia: ſicuti & uaſa, trire-
mica, & nautica. de quibus Xenophon inquit, Vaſa lignea, & * parata
utenſilia: Demoſthenes quoque, Vaſorum attritionem dixit. No-
mina autem hinc formata ſunt, domum uaſis inſtruere, aut agrum,
uel quodcunq; fuerit. Tum etiã σκευὴ, aut militaris eſt, aut mimo
rum, aut iumentorum. Vnde dicitur inſtructa iumenta, pro inſtra-
tis: & uaſa uehentes, currus. & uaſigera. Atque in Ranis Ariſto-
phanis, Vaſigerulus: Et uerbũ, uaſa uehere, ac uaſa portare. Tum
& ex agris remouere, apparatum quendam inſtruere, & negociũ
quoddã inſtituere. Porro Homeri, apud Thucydidem, Cõmunibus
armis utentes: Et αὐτόσκευος, pro operario: Atq; ἄσκευος, pro
nudo. Et nullis armis inſtructus, pro frugali, & ſimplici. Præterea
ab his quoq; formantur, Vaſorũ confectio, quadruplatoria actio.
* Inſtructum negocium, ut Iſæus De Hæreditate Archipolidis, Pa Et
ctis uero quatuor ab illis * inſtructum: Idem quoq; Rhetor Ad Ly inſtructis
ſibium inquit, Huiuſmodi quidem hiſce de mortuo inſtruentes: Et
Habitus, dicit Hyperides Ad Demiæam: Apparatus, apparare, ap-
parantem plurimo precio conſtantia. Indiſpoſitè, Xenophon: &,
Vaſorum Artifices: Subſtantiam diſponens, ut inquit Demoſthe-
nes: Familiam inſtruentes, ut Dinarchus: Opes erogare, menſam
reſtaurare, murum extruere: pompæ inſtructor. Cratinus uero in
* Panoptis, Vaſorum cuſtodem, Σκευωρὸν uocare uidetur: Hunc Omnia
autem, nonnulli σκεῦδον uocant, Barbaricis ſcilicet impedimentis ſpectanti-
præfectum: alij uero, commeatus procuratorem ſic uocari pu- bus
tant. Sed pro coctum eſſe, Paratum eſſe, in Sexto Pædiæ Libro di
cit Xenophon: Et omnia in aqua elixa, pleraq; parata ſunt: Demo-
ſthenes autem dixit, Molientem, ſeu machinantem:

## I CAPVT SECVNDVM, DE EO QVO VASA FERVNTVR, & ubi uenduntur.

LIgnum porro, ſuper quo uaſa geſtantur, Σκόυοφόρον uocat Ariſtophanes: Plato autem, etiam arcum in Inſtitutione intelligens, dixit· Fortiſſimum habebat armigerum: ſed ſecundum multorum uſum, idem quoque fuerit illud Ariſtophanis in Phœniſſis· Et lorum meum habent, & uas portatorium: manifeſtius autem in Ranis, Tranſponens uas portatorium, quoniam cacaturis: Vaſigerum uero, Eupolis in Taxiarchis Vaſigerulum, iocando nominat. Fori autem partem, ubi uaſa uenduntur, circũ nuncupauerunt· ut Alexis in Galaſiride innuere uidetur, Quò uero me ducis in circo? Porro et muliebre forum appellarunt, locum ubi uaſa uenduntur. Vocabis autẽ uenditionẽ ſupellectilis, à præcone promulgatam· quã nunc auctionẽ uocitant, forum, & omnium rerum uenditionem. Nomen autẽ Ἀπρατία, Ionicum eſt· ſic dictũ de leuioribus uaſculis, quæ pro libito transferri hinc inde poſſunt. quæ et ἔπιπλα uocata dicimus. A uaſis uero, nũc & ipſorum uenditionẽ, forumq; denominauerunt· Quemadmodũ & Attici, à rebus uenalibus, locorũ nomina deriuarũt· dicentes· In obſonium, In unguenta, In recentẽ caſeũ, In mancipia: Veruntamen ſi in Libro quodã, ἀπρατίαν uolueris uocare, ut defendendi adſit authoritas· reperies uocẽ hanc, in Secundo Iamborũ Hipponactis, Integrã uero auctionẽ habet: et apud Theophraſtrũ, in Decimo De Legibus:

## I CAPVT TERTIVM, DE PATREFAMILIAS.

VNiuerſæ quidem domus Dominum, Nauclerum· & Ἑστιάμωνα, Dorice· Patremfamilias, & familiæ Diſpenſatorem, uocare oportet. Tum & domus mercedem, non naulum modò, ſed & * στέγανόμιον ſuprà prædictum habes. Ludens quoq; ipſum, Hoſpitẽ uocare licebit· uocabulorũ autem penuria laborans, uocem hanc, ceu celebrem minus æſtimauerit· Neq; tu quidem, illud celebre putas, cum tamen non omnino inuſitatum ſit· ut autem dictum hoc ſcias, quoniam * honoris ſtudioſus uideris, in Aeſchili Siſypho uſitatum eſt· Ecce Hoſpes, ſcintillantem lucernam colligit· Ariſtophanes uero in * Obrimo inquit, Siquidem Hoſpes iuſſerit· aut quis Hoſpes eſt? Strangulabis autem me, ſi nouũ dixero uocabulum, & domus Principem uocauero· Veruntamen * nouiſſimum illud, & uſitatiſſimum, Paterfamilias ſcilicet, & Materfamilias non approbo· ut autem intelligas, oſtendã hæc ambo in * Theanes Pythagoræ Vxoris Epiſtola ad Timaretam ſcripta inueniri. Paterfamilias quoq;, dicit Alexis in Tarentinis:

tecti precium



dignitatis amans

Forti

recentiſſimum

Theano

## CAPVT QVARTVM, DE IANITORIS ARMIS, ET QVOMODO nominentur. I

ARma uero circa ianuas ſunt, uectes, obijces, ſeræ, claues, repagula, claues recluſorij, clauſtra, laqueus· Malleus. ſic enim id, quo fores pulſantur, uocauere. Tum & anuli, coronæ, & coraces. Apud Recentiores uero, et Occluſoria inſtrumenta dicta ſunt. Apud Ariſtophanẽ uero in Veſpis, Concluſoria ea, quæ fores claudunt. Et * Ἐπισπαστῆρες, apud Herodotũ· dicit autem, * Serã arripiens, tenaciter tenuit: Illud uero * in publico foro ſcriptum, Vecti ferreo· quidam accuratius interpretati, * ſeram intelligi putauerũt· Quoniã etiam apud Demoſthenẽ dictum eſt, de corporis parte, τὴν κλεῖν, id eſt Humeri iuncturam, confringentem: utrumq; enim nomen, alteri eſt homonymũ· corporis ſcilicet pars, inſtrumento· & ipſi parti, inſtrumentũ. Apud Lyſiã porro Ad Philippum, * Ἐπιτροπαῖς pro * ſeris inuenimus. * Κλειδίον uero, in Ariſtophanis Aeoloſicone: Sed in Platonis Comici Inquilinis, Signa, ſigilla, clauis, ſera: Ianuæ quidẽ, & fores dicuntur, et ualuæ. Θύραι uero ipſæ ianuæ hiatus eſt. In * Demiopratis uero, Vendita eſt ianua diſſecta, & fores concurſoriæ: Verum in Cratini Dionyſalexandro, Poſtes dicti ſunt. Et * porticus uariæ. Pro ianua, etiam

Attractores

Anulos

Publicè uenditis

claues

Curatores

Clauibus

Clauiculis

ueſtibula

uariegata

ὀπὴ

οἰσῶ dictum eſt, in Ariſtophanis Aeoloſicone et, διόπως, *pro peruio. A uectibus præterea dicitur, Fores obſtruxere, in Lemnijs Ariſtophanis: A ſeris autem, ſerare, obſerare, concludere, occludere de quo etiam dicitur, ianuam obtendere, contrahere, attrahere, obijcere, obſtruere, inducere, applicare, adiungere. Quemadmodũ aperire, idem eſt recludere, remittere, extendere, reuoluere. Apud Comicos uero *Ἀναζυγῶσαι idẽ, quod aperire ſignificat. Quemadmodum pro claudere, *Ἐπιζυγῶσαι: Porro & ζυγάθριον, id eſt uectem utraſq; tabulas obſtruentem, foribus obtendebant. Tum & ianuam obſtruere, *nonnulli dicunt. Et Nemo obſtruxit ianuam, in Danaidibus dicit Ariſtophanes: Thucydides uero, quendam Iaculi manubrio, loco obicis ianuam concluſiſſe tradit. *Claudendo autem fortaſſe idem fuerit, pangere, et compingere fores: ſicut & aperiendo, idem eſt Reſoluere. ut inquit Euripides, *Reſolue compactas partes ædium: Veluti contrarium dixit Ariſtophanes, Veſtibula pangere aut rurſum, Compingere fores: At ſecundum Archilochum, πακτῶσαι, pro claudere.

Educere in go: Inducere iugum pro claude, conſueuerunt ponere. illi Idem & pangere, et compingere fores: ſicut et aperire, idem eſt ſoluere Solue

## CAPVT QVINTVM, DE IANITORIS VASIS, ET OFFICIIS.

QVoniam uero domum purgare, & aſpergere, ianitoris officium eſt conuenientia hiſce inſtrumenta dicamus, utpote κόρημα, id eſt ſcopæ. ſic uero tam inſtrumentum, quàm expurgatæ ſordes dicuntur. Ipſum uero uerbum, ſcopari dices. Ipſum uero inſtrumentum, & uerbum, ab Eupolide dictum eſt in Adulatoribus. Has arripiens ſcopas, aulam ſcopatur: Scopis autem purgatum, in Scenis coniunctis dicitur, apud Ariſtophanem: ſicuti in Callipide, In ipſis ſordibus humi decumbam: Quod ſi ſcopis purgare, etiam uerrere dices: fortaſſis & ſcopæ, uerriculum dicentur. Si uero ianitorem, purgare dicis: quid intererit ipſum, purgatorem uocare? uſus enim à purgando etiam, ad proprium nomen deducit. Quemadmodum et Molitorem, aliquis ipſum uocauerit, *quo licet manifeſtum ſit, hoc molam ſolummodo ſpectare. Veruntamen Archippus



chippus in Piſcibus, forũ, μυλήκορον nuncupauit. Rigare uero, quoq; irrogare, perrigare, humectare, et aſpergere uocare licebit. uas uero quo hoc aſpergitur, urceum, hydriam, amphoram, amphoriſcum, amphoridium, uas fictile, cothonem, ſtamnũ, calpem, uas, uaſculum uas terrenum, teſtaceum, aut æneum dices. Per quæ autem aqua immittitur, ſulci, aquæ ductus, riui, canales. Et ὀχετοκρῆνα uocabis, riuorum fontes, ut Hyperides De Riuo:

## CAPVT SEXTVM, DE IIS QVIBVS AQVA EFFERTVR.

VNde uero aqua effertur, ſunt fontes. E puteis uero, & ciſternis ſi aquam haurias, inſtrumentis, ut arbitror, opus eſt: hydria ſcilicet hauſtoria, amphora, fune, loro, reſte, cyatho, rotula. tum & ciconiæ huc pertinent. Rotulæ partes ſunt, *τονίκ, τοπία, ἐξονία. Huc quoque referenda, harpage, fuſcina & lupus, inſtrumentum extractorium. Quod uero harpagem, fuſcinam uocent in Concionantibus arguit Ariſtophanes, dicens, Quid nam Fuſcina cadis opus eſt?

tenſio, locatio, retentio

## CAPVT SEPTIMVM, DE VASIS ANTE CVBICVLVM: VBI & lectorum ſpecies.

ANte cubiculum uero, iuxta ianuas, cortinæ habendæ ſunt: ſiue ſimplex fuerit cortina alba, ex lino ſiue multicolor, de qua dicit Ariſtophanes, Cortina Cypria uariegata: In cubiculo autẽ, lectum quendam eſſe oportet aut Lecticam, ſecundum Ariſtophanem in Lyſiſtrate aut Lectulum, ut inquit in Conuiatoribus. Vel Torum, ſecundum Cratinum in Vlyſſibus: de lectis quoque intelligendum, cum inquit, Hi uero capiuntur in toris: Neq; tamen ignoro, quod *κλιvὶς uocatur id, quod currui inſternunt, cum Sponſa tranſuehitur: cui ipſa Sponſa inter Parochum, & Sponſum inſidet. Lectulus porro, & κλιντήριον uocatur: ut in Dionauago inquit Ariſtophanes, Quid me, ô peſſime, ablegas,

qua inclinatur.



tanquam

quam lectulum? Partes quoq; lecticæ, enelata· et id ſuper quod re-
cumbitur, dictæ ſunt ab Ariſtophane· Sophocles autem in Satyro
rum Indagatoribus inquit, Enelata ligna, tribus cõfixa clauis, per-
forare oportet: Lecticæ autem ſpecies ſunt, argentipes, teſſalata·
ut in Dionyſalexandro Cratini, Lecticam teſſalatam, & ancipi-
tem: ſic enim compactam nominauit Plato in Feſtis, Deinde lecti-
cam ancipitem buxeam: tu uero, eburneam quoque dices. Scabel-
lum, iligneum, uel iliceum. Tum & σκίμπους, interiorum uaſo-
rum nomen dictum eſt · ſicuti & ſcamnum, & ſcabellum. Sed in
Critonis Meſenia, & Rhinthonis Telepho, Grabbatum dictum
eſſe tradunt· has autem Fabulas, uidere non contigit. Minus porro
nobiliũ eſt, ſtorea, uel lectulus humilis· in Cione etenim Satyrico
dicit Euripides, Ferè ſtorea Corinthio Puero commenſurata, pului
nari pedem non prætendis: In Publico autem foro, Venditus eſt
humilis lectus Alcibiadis * παρδηκωλος, et lectica biceps. Tum
etiam quædam lecticæ, aut ſcamno ſubtenſa ſunt, ut ſuſtineant ſtra
gulas· funes ſcilicet, funiculi neruus, & faſciæ. tum et funis reſtes,
quæ etiam ad alia communiter referuntur. Proprium tamen in A-
uibus Ariſtophanis eſt, Σπάρτα innuentis, cum inquit· Σπάρτην
quidem ego ponerẽ * non enim lectulum omnino *. Neruus uero,
in Lyſiſtrate extat. Et Thucydides inquit, Declinaui ſpartis degra
uatus· Sed Philippides in Lacyadis, Optimum eſt, ô Mulieres, hanc
excindere ſellam· ſparta enim habet prorſus inutilia, & alium illi
nouum intendere neruum *

meæ ciui- uitati, nec proprium habens decet.

## I CAPVT OCTAVVM, DE LECTICAE CONVENIENTIBVS.

LEcticam uero ſequantur, ſtragula, puluinaria, ta-
petia, tapetes. Tapetes ancipites · Diphilus ſiqui-
dem in Citharœdo inquit, Surgo, amphitapetes
ſternens: Tum & Homerus, ægidem, Vtrinq; uil-
loſam nominat. Licet etiam ſtragulam utrinq; filis
intextam, utrinque uilloſam nuncupare. His etiam adnumerentur,
puluinaria, culcitræ, ceruicalia. Lanuginem uero dices, et plumam,
de mol-



lioribus, ſecundum Ariſtophanem dicentem in Babylonijs·
Habes paleas, & lanuginem· in Danaidibus uero, Manuum labo-
res, plumas: Stragulæ uero, & Puluinaria, non apud Comicos mo-
dò extant, ſed & in * Publico foro ſunt uendita. Puluinar uetus, et
nouum. Et Stragula, apud Eupolidem eſt in Adulatoribus · & a-
pud Sophoclem, in Iocle dicentem, Cæterum & linea ſtragula:
quarum Artifices quoque, nominare uidetur Hyperides De Imita-
tione dicens, Conduxit τυλιφάντας: In Amphiarao autẽ Ariſto
phanis, Puluinar, & ceruical lineum: Conſtat porro, quod etiam
coriacea, et lanea facta ſunt· ut inter Alcibiadis ſupellectilẽ uendi
tum eſt, Puluinar coriaceum, laneum, & lineum: Cæterum in An-
tiphanis Phaone, & communiter quoq;, Strata, pro lectis inuenire
licet· quemadmodum apud Sophoclem quoq;. Obſeruandũ quoq;,
quod pellem nauticam alijs προσκεφάλαιον appellantibus· Cra-
tinus in Horis propriè non ſic, ſed ὑπηρέσιον ſolummodò dici iu
dicat. Porro quæ lychnis dicitur, arundinis lanuginẽ uocant. Cæ-
rum quod κνέφαλον, non de lino ſaltem intelligi poßit, ut uulgò
uſitatum eſt· ſed etiam de iniecto implemento, quod tomentum uo-
cant. utitur hoc dicto in Pantaleonte Theopompus, licet de Fabula
dubitetur· præfatus enim Poëta, Vendens pellẽ hanc, induxit, Cõ
ſuens totum κνέφαλον: Dicere porro licet, lectus tener, mollis,
profundus. Strata uero ipſa, ſtragulæ, amicula, ſagula, chlænæ, ta-
petes, xyſtides. Tum & Inſtrata, quod à Philiſto dictum eſt in Se
xta Simyli Megarica: Cæterũ laudãdo dices, piloſa, mollis, fluida,
lucida, ſplẽdida, pulchricolor, florẽs, florida, florulenta, uaria, mul
tiformis, purpurea, uiolacea, coccinea, uiridis, hyacinthina, uiola-
cea, crocea, cocco tincta, nigra, purpurã intextã habens, multa pur
pura ornata, purpura intermixta. Et ſecundũ Xenophontẽ, Tota
purpurea, Inaurata, Auro ſplendẽs, Auro intertexta· Animalia in-
texta ſunt, Floribus uariegata eſt, Feris pictis ſplendet, Stellis relu
cet: Famulis uero in cubiculo, & ante cubiculum, neceſſaria ſunt·
ſtrata, ſtoreæ, mattæ, et ſamax· Eſt autẽ σάμαξ, arundinis lanugo·
maxime autẽ In militia hoc utũtur, ut Chionides in Heroib. tradit.

## CAPVT NONVM, DE IIS QVAE EXCREMENTIS FACIENdis ſeruiunt.

DOminis quidem, & Viro, matella neceſſaria eſt, & ſcaphium. quod Sophocles in Pandora, ἐνουρήθραν uocat, et οὐράνην Aeſchylus: Quod autē nō de immota tantū ſella, qua excrementa fiunt, forica dicendum ſit: ſed etiā de mobili, teſtantur Ariſtophanes quidē, in Præludio dicens, Hei mihi contingunt foricæ: ſed ſi hoc ambiguum uidetur, Pherecrates tamen in Crapattalis: Capiti meo foricas apponens, pedit: Latrinas uero, honeſtiori uocabulo ſedem uocabis, & ſellam. Ipſi uero Mulieri, ſcaphium aderat. Vtraq; autem hæc, ſibi mutuò reſpondent in Polyeido Ariſtophanis: Scaphium Xenylla petijt, matula enim erat:

## CAPVT DECIMVM, DE VASCVLIS AD LOTIONEM CONuenientibus.

SVrgentem uero è ſomno, faciem lauare oportet: Famulus, gutturnium quoddam tenens afferat, recentem aquam lebeti aut lauacro cuidam infundens: nam & hoc nomen, de lebetibus lotorijs dixit Aeſchylus: De ijs uero quæ nūc lauacra dicuntur, Anaxylas in Lutropœo, in balneis Lauacra non numerat. De Medicorum autē παντολουτηριδίοις dictis, Antiphanes in Vulnerato, Inſtructus Medicum clariſſimum non æneis lebetibus: Veruntamen & in Publico foro inuenimus, Peluim lotorium, & urceolum:

## CAPVT VNDECIMVM, DE HIS QVAE CVBICVLO ADIACENT.

INſint porro cubiculo, throni, ſedes, ſellæ: Sellulæ. ſic enim in Nubibus, de curruli ſella. Κλαδίαι uero, ſellæ ſunt uectu difficiles: quarū Pherecrates, in Bonis meminit: Veluti etiam uectu arduæ ſellæ, Theſſalæ: quemadmodum in Autolyco Eupolidis, Theſſalica ſella quadripes: Sedes, ſcamna: Scabella, in Inſulis Ariſtophanis: Scalæ: Subſellia, *Scabella, quæ minores ſunt* quatuor pedes habentes, ſellæ Theſſalicæ: *nomen uero, in Euthydemo Platonis quoq; extat. Tum Θράνοι, ſellæ eſſe uidentur, ſecundum Ariſtophanem, in Pluto dicentem: Ante ſedile, urnæ caput *confractæ: Θράνιον uero, aliàs tabella quædam eſt: Ariſtophanes ſiquidem nomine hoc, de paxillo utitur in Ranis de eo, quod abrumpere oportet, differens: Neq; uero me fugit, quod alio modo θράνιον, tabella quædam eſt. Præterea θράνος, quoq; ligna uocauerūt, includentia laterūculorum tabulas. Adeſſe quoq; tibi oportet, crepidas, ſoleas, calceamenta. Tum & ſandalia quiſpiam dicat, et calceos. Sed calceamentorum ſpecies tam Virorum, quàm Mulierum prædictæ ſunt. Addendum tamen, quod & Theopompus Sandalia dixit, ſed de Muliere: in Miſogyne uero, Menander Sandalothecas, & Pelytra: ſic enim Sophocles, pedes nominat. Pileorum uero circa pedes, non modò Plato meminit dicens, Inuolutum pedes: ſed & Cratinus in Malthacis, Sub pedibus complicatos habens pileos: Et de delicijs quoque, Pileos τριμίτους dicente Lyſippo, in Bacchis: Sed trimitus contextus:

uelut in Sartagine coquentibus: tripodes hoc confringentis:



## CAPVT DVODECIMVM, DE VEHICVLIS, ET EORVM PARTIBVS.

VEſtium porro ſpeciebus prædictis, me uerboſum hic eſſe non conuenit: neq; nunc anulos, ſigilla, et ſignatoria enarrare. Verum ſi quis uehiculorum uectura uteretur Sole oriente, priuſquàm æſtus arderet, notandæ uehiculorum ſunt ſpecies: ſiue currus, ſiue uehicula, ſeu plauſtra, uel lecticas has nominare conueniat. Eſt autem Lecticæ nomen, in Sophoclis Nauſicaa, et in Menandri Piſcatoribus: Nonnulla uero uehiculorū, uaſigera fuerint: nonnulla, ſedibus inſtructa: nonnulla, ad decumbendum ſtrata: alia autem cooperta, ſubtegulanea: Et Camaræ. ſic etenim nominauit Herodotus: Et Xenophon in Pædia, coopertam currus partē in telli-

telligens inquit Decubuerunt, & cooperuerunt ſcenam: Tum aliæ quidem quadrigæ ſunt, aliæ bigæ. Non uero opus eſt, partes recenſere utpote cantos, circumferentias rotarum, modiolos, radios, paraxonia, circulos, cirumferentias, axes. & omnia alia, quæcunq; antè ſingulatim prædicta ſunt. Notandum uero, quod iugum omne, ſubiugatum dicitur ſiue trium ſit iumentorū, ſeu quatuor. Monippo Dicuntur porro iuga mulorum, tum etiam equeſtria * Vnico autem equo quis utatur, uiriliori oſtentatione laſciuiens. Curribus uero, etiā tapetia conueniunt, & amphitapetes, puluinaria, et ſtragulæ Aurigis autem, ſtimuli, flagella, calcaria Stimulos enim, de iumentorum uſu, dixit in Feſtis Plato Comicus: * Vnico autem equo utentibus opus eſt, ſago, inſtrato, ephippijs, camis, lupatis, bullis, frenis, & πνιγεῦσι πνιγεῖ enim, etiam de equo, in Anagyro dixit Ariſtophanes: phaleris, inauribus, & ornamentis. Et Calcaria quidem, pedum calcaneis equitantes alligabant, dixit Pherecrates in Dulodidaſcalo: Apud Cratetē uero, in Feſtis, Flagellum nodoſum nominatur.

## I CAPVT XIII, DE EQVESTRIBVS INSTRVMENTIS.

EQueſtrium autem inſtrumentorum ſunt, ſtrigil, pecten, habena, capiſtrum, reticulum, lorum, lorum ductorium Strattis ſiquidem in Chryſippo dicit, Adduc pullum, intrepidè lorum arripiēs breuius nónne uides, quod dentes adhuc retinet? Strigilem uero, in Anagyro dixit Ariſtophanes tum & Sophocles, in Oenomao Strigili te uideo flauos purgantem, & ſqualidos equi pilos: Præterea Plato Comicus in Cleophonte, flagellum, μαράγναν fiſtulati appellauit. Sunt et freni quidam * αὐλωτοὶ eo, quod tintinnabula habeant appenſa quibus equi inhinnientes, ſonum reddunt fiſtulæ perſimilem. Spathā quidem, Lupatum, Buculas, Freni partem ori inſertam, Echinos, Rotulas, Anulos, Frenaq; dura & mollia habes ſuprà in Equeſtribus: Frena porro dentata, dicit in Anagyro Ariſtophanes:

CAPVT



## CAPVT XIIII, DE LIBRIS, ET INSTRVMENTIS AD HOS ſcribendos.

SI uero ab exercitio aliquo, aut ambulatione, ſiue in porticu, ſiue in ſtadio aut nemore exiſtēs, ad librorū conuerſationē quis ſe recipere uelit nota ipſum habere, libellos, chartas, atramentaria, diphtheras, tabulas, tabellas. * Vt dicere liceat, tabellam Porro duplicem, aut triplicem, aut plures plicas habentem uel ſecundum Homerum, Tabulam plicatam: Et Ariſtophanes in Theſmophoriazuſis inquit, Tabulis politis ſuſcipere tractus ſtyli, meorum laborum præcones: Pugillares autem, reperies in Phillylij Vrbibus * Dictet Refert Dorico more in pugillares exactè, quādo ſcripta recitat Interpres: Pugillaribus autē illita cera, aut malthæ, aut maltha Herodotus quidem, Ceram dixit Cratinus uero in Pytina, Malthem uocat Sed Ariſtophanes in Gerytade, Maltham è pugillaribus comedens: Non ignorandum uero, quod ceram ſignando idoneam, Veteres ῥύπον nominauerunt & ῥύπος, ut in Lyſiſtrate Ariſtophanes Nihilq; hoc modo bene ſignari, tantūnon ceras detrahere: Puero uero adeſſe debent, ſtylus, notatoriū, calamarius Tabella. hæc quidem etiam de Pictore dicta eſt, in Alexandridis Pictoribus, aut Geographis utroque enim nomine, inſcribitur Fabula, Tabellam præbendens ſede: nihil porro refert, hanc etiam ad noſtrum ſcribendi uſum conferre, cum & Ariſtophanes ſic utatur additis his prædictis, atramento, atramentario, & calamis. Si uero & pul- pro pitum, his prædictis adnumerare uelis * de eo, cui libri incumbunt, pro apud nullum probatum Authorem reperi. Athenis uero * de urceo opus lo quopiam, cui aqua infunditur, factum eſt. Et Anathema Diogenis, ut habeat quod & Diogenium pulpitum dictum eſt. Apud Eratoſthenem nomen pro uero De Comœdia, * uocem quandam huius nominis abſtractio- inſtrumen nem habentem inuenies * de uaſe libris neceſſario. to

CAPVT

I ## CAPVT XV, DE VASIS FORENSIBVS.

CVm porro ius dicendum eſt, iudicialia uaſa fuerint: clepſydra, gutturnium, diſci, calculi, clauiculus. Clepſydram concutere: Clauum enim, & Clauiculum, in Heroibus dixit Ariſtophanes: Sic enim Attica dicuntur, Cami, Diſci, Vrnæ, & Echini: Tum & arculæ tabellariæ, & tabellæ, calami, & ſtyli:
Et *Sortilegium. nam & de loco, dictum nomen uidetur in Senecta Ariſtophanis: ſed etiam de uaſculo dici poterit.

## CAPVT XVI, DE VASCVLIS GYMNASII.

AD gymnaſium uero hinc conuerſo, lecythus, olearia ſit, aut etiam lecythium. Tum & ſtlengides, & xyſtides, idem aliquis dixerit: nam in Epicharmi Inſulis, nomen inuenitur: Et Diphilus in Citharœdo, Viro aſsimilis eſt, lecythum et xyſtidem habens, ego uero et lecythum: Et Demoſthenes Contra Cononem, quendam Αὐτολήκυθον, id eſt Scurram, nominat: quod manifeſtius in Antiphanis Athamante aliquis innui dixerit, dicētis: Chlamydem, & lanceam habens comitatur macer ſcurra:

## CAPVT XVII, DE BALNEI VASCVLIS.

PRæterea uaſculorū, quæ in balneo ſunt nomina: labrum, urna, fons, cyathus, hydria, ſitula: Ariſtophane dicente, Cubicularius impellit cyathis: et rurſum, Deinde perfundere à capite hydria: Sed Eupolis in Chryſogene, Sed ô chare Iupiter, naſum iuxta ſitulam habes: Vrnam quoque ſimiliter dixit in Taxiarchis, Quiſquis urnam habens ueneris, *tum & ahenum, unum è
ſicut iubes: lotorijs, *uaſis dixeris. Et tripos, unde et *πυριβήτης. Labrum uero,
ignigra- Homerus dixit: Labra ingreſsi polita, lauarunt: Veruntamen in
dus. Cratini Heroibus, Aſaminthum, arcam intelligunt: nonnulli uero,

poculum



poculum. Inter uaſa quoq; gymnaſijs conuenientia, ſactes eſt, marſupium, ſaccus, arca ad ueſtes recipiendas: inſuper & ſyura, *ca- aut
ptus, *arena, pyra, et halteres, rotula, diſcus, iacula, ueſtis linea. Sed & coneos
& Aeſchylus in Prometheo inquit, Picis, & lini prælongi funes:

## CAPVT XVIII, DE LIBAMINIBVS. I

INgredienti uero poſt gymnaſium, antequam bibas, ſacrificandum, & libandum eſt: Thuribulum uero aliquis afferat, quod idem foculum aliquis dixerit: quemadmodū *ab indiligentibus, altare ma- ſanè
ius, focus uocatur. Tum & libatorius calix, cui uinum libantes infundunt. Et libatorium, cui oleū infunditur. Atq; σφάγιον in ſacrificijs, quo quis ſacrificiorum ſuſcipit ſanguinem. Tum & caniſtrum ſubeſſe oportet, & lebetes: dicente Antiphane in Buſyride, Et lebetem hunc primum, aut pompæ:

## CAPVT XIX, DE HIS IN QVIBVS AQVA CALEFIT, DE POculis, & menſarum nominibus. I

AD potiones porro conuerſis, in quibus quidem aqua calefit, dicuntur: aheni, cacabus, ænea uaſa, calefactoria, foculi, lebetes, lebetaria, furni lebetibus inſtructi: Pocula uero, & potatoria uaſa: cothones, cotylæ, cotyliſci, phialæ, calices, cyathi, cyliſcia, ſcyphi. Plurimæ autem poculorū ſpecies, prædictæ ſunt. Addere autē oportet, πέλιχας Cratini, in Thrattis: quas aut calices, aut pollubra eſſe putant: Et in Ariſtophanis Scænis cōiunctis, Lecythum ſeptem cotylas continentem, ollam pulchrā, quam geſtabam: nunc uero, de poculo dictum eſt. ut apud Cratinum in Pytina, Vinarium acetabulum: Et in Antiphanis Myſtide, Ex acetabulis fictilibus bibebamus: ſed in Acharnenſibus Ariſtophanis, Ex uitreis poculis, & aureis: Quod autem cyrillium nominatum eſt, Antiſthenes in Hortatoria Ad Aſianum Oratione, Bombylium appellauit: alij uero idem, ſyſtomum nominant. Syſtomum uero, oſcu Mendaci-
li nomen, in Teleclidis *Mendacijs, inter multa alia dictum eſt: ne- bus

L que

que tamen melius hoc, ϛενόϛομον nominare. de utriſq; uero hoc nomen dicitur, in Satyrica Fabula Aeſchyli, Præconibus ſcilicet, Vas anguſti oris: Licet autem menſam, cui pocula impoſita ſunt, quadrupedem menſam appellare, & unipedem· et ſi quis ſecundum uſus nouitatem, honeſtius loqui uelit, menſægerulum. non enim de hoc nomen inueni, in Ariſtophanis Agricolis: Quoniam autem menſægerulus dictus eſt, nomine hoc uti licet, tanquã de eo dicto,
Vbi aderant qui menſam gerit· *Cui principibus myrthi *imponebantur.

## CAPVT XX, DE VINI VASCVLIS.

HIs quoq; uinorũ uaſa ſubiungẽda ſunt, œnophora, merifera, amphoræ, amphoriſci, cadi, cadiſci· Et Anacreon inquit, Neq; ex cellis cadũ· Et Herodotus, Cadũ uini Phœnicij· Atq; Cratinus in Pytina, Hos quidem ex gutturnio, illos uero ex cadiſco: ſed & Metretam, amphoram dixit: Phillylius uero inquit in Duodecimo, Tibi quidem hanc amphoram, do præmium: Primum quidem hoc metretæ nomẽ, menſurationis cauſa habuiſſe tradunt. Tum & Demoſthenes Ad Phænippum, Vini metretas nominat. Cæterum Philochorus, in Atthide dicit, Veteribus amphorã, Cadum dictam eſſe· & ſemiamphoram, Semicadum: Epicharmus tamen in Philocnide, diſcernere uidetur inter cadum, et amphoram, dicens· Neq; in cado exponere, neq; in amphora: Cæterum ex uinarijs uaſis quoq; fuerint, uter, & utriculus· ut in Acharnenſibus dicit Ariſtophanes, Pytina quoq;, lagena, & lagenula· Diphilus uero utrunq; dicit, illud quidem ſæpius, in Hecate· lagenulam autem, in Delphis: Tum crater, craterculus, crateris· *ſtamnus, & ſtamnium· & nonnulli quidem, Thaſium ſolummodo ſic nominari putant. ſed Ariſtophanes in * Telmeſis inquit, Vini Chij ſtamnum uenire, & unguent· Et non de Chio ſaltem, ſtamnum dixit· ſed etiam de Thaſio in Acharnenſibus, Thaſias amphorulas: Eupolis uero in Marica, dixit Stamnariũ: Inter hæc quoq; numeratur, bicus, & cotyle, & chus· Nonnulli tamen Chum, πελίχνην dictum eſſe tradunt, & nomen eſſe Bœoticum: Verum & Ἀσκωπυτίνη· nam &

Et Telmeſeis



& hoc inuenitur in Antiphanis Meleagro, Ἀσκωπυτίνην quandam ſitis ducens: tum & Menander in Chalcidonio, nomine hoc utitur. Inter uaſa quoque referantur, quas Ariſtophanes in Holcadibus, Holcas uini uocauit· & in Senectute, Vrnam mutuò dare, quinq; chus capientem. aut maiorem: * Adeò ut hydria non aquæ Itaq; modò, ſed & uini uas fuerit. Inſuper & Phenacinda, & phidacinda quiſpiam dixerit, ut in Foro publico extat· deinde, & πλημοχόην Eſt autem uas fictile, non acutum fundum habens· ſed latum, & ſtabilem. quo ultimo myſteriorum die utuntur, quem etiã hinc πλημοχόην uocitant· Inter hæc quoq;, pſycterem nominant. Quo uero uinum hauriunt, ſitula eſt, hauſtoriũ uas, cyathus, œnochoa, cotula, ephebus, & lepaſte. Quod autem lepaſte, non poculum modò, ſed uini fuſorium uas ſit· manifeſte Ariſtophanes in Gerytade tradit, Circumfer lepaſtem: Inter hæc, etiam Siphon eſt, et Guſtatoriũ pocillum, apud Ariſtophanem· Curre in forũ uinarium, amphoram uacuam accipiens interius, & pocillum: Huius quoq; ordinis eſt, Chona· quoniam Pherecrates dicit, in Pettala· Calicem nigri fragrantis uini chona hauriebant: Tum & fiſcella· & qualus quoq;, de fiſcella dictus. & colum· Hipponax uero inquit, Veluti uimineus qualus:

## CAPVT XXI, DE VASCVLIS VOMENDI.

PRæterea in quod exſcreare conſueuimus, & euomere· quod multi ἐκποταλίζειν uocant, commodiſſimè peluis quiſpiam fuerit, ſuperius aqua repletus. Tum etiam id * quò euomunt, peluim nomi- ubi nant· ut Cratinus in Horis inquit, Num faſtidio laborat? alam ocyus quis, & peluim inferat: Cæterum Polyzelus in Mimo Tindareo, In lebete primum ablues, euomes, implebis: *a- itaq; deò ut & λεκάνιον, hoc uaſculum dicere conueniat· Licet uero idem lebetem, & lebetium uocare. Scaphamq;, in Anagyro dixit Ariſtophanes:

## CAPVT XXII, IN QVIBVS PEDES ABLVANT, ET POCVLA.

IDem quoq; aliquis de illo uaſe dixerit, in quo pedes abluunt· peluis enim, id nominandum eſt. aut Lebes, ſecundum Homerum dicentem·
Sic ſanè dixit, anus uerò lebetẽ cepit lucidum,
uerò Quo pedes abluit, aquam* q́; infudit multam·
Licet etiã Scapham nominare, ſecundum Aeſchylum, alicubi Scaphã dicẽtẽ, in Siſypho· Lauacra ſanè ferre oportet diuinis pedibus,
lotor in ſcapha ænea: Vocatur etiã lebes, pedũ* lotorius· aqua autẽ hinc defluens, lotio. πλυντήριον, pedũ lotio, ut in Heroibus dicit Ariſtophanes: Sciendũ uerò, quod peluim, Tragœdi πέλυν uocitant· Aeoles uerò, πέλυκα dicũt· imprimis ligneũ, à cædendo. Vbi uero pocula abluuntur, ὀλκαῖον uocatur· fortaßis & lauacrũ. quod autem ſupponitur huic, fortè fulcrũ uocandum eſt· ut in Foro publico nomẽ hoc inuenitur, de omnibus ſuppoſiticijs fulcris. fortaßis etiam
Circulus ſecundum Homerũ, *Circulum inferiorem· dicentem, Aureos ue-
inferior ro ſingulis circulos ſuppoſuit: Fundum uerò, alij πύνδακα uocãt· tum & Pherecrates in Liris, Præhendens quidem chœnicis fundũ infixit· Ariſtophanes ſanè in Fabulis, aut Centauro, Excuſſos fundos dixit. Calicem uero, fundo carentem, Sophocles in Tripolemo, Ἀπυνδάκωτον uocat· Fundo carens calix, tabulæ nõ ſeruit:

## CAPVT XXIII, DE MENSA, ET EIVS VASCVLIS.

OBſonijs autem ſuppoſita menſa, etiam tripes uocatur· dixit ſiquidem Ariſtophanes in Telmeſis, Et unde ego menſam ſumam tripedem? et in Concionantibus, Et tripodẽ extulit, atq; lecythum: Tripodes quoque dicti ſunt apud Xenophontem, in
& res Expeditione· ſicuti Tripodia quoque, * & cætera. Tripodis autem operculum, circulum appellare oportet, & ὅλμον· Quoniam & Delphici Tripodis operculum, cui Vates inſidet, ὅλμος uocatur. Medietas autem tripodis igniti, Venter, ſecundum Homerũ: In Pu-

blica



blica autẽ auctione, etiam Menſa quædam, unicũ circulum habens uendita eſt. Veruntamen etiam ea, quæ tripodibus imponũtur, men-
ſæ uocãtur· et magides, * quisquis hoc nomine uti dicatur, proprie quicunque
accommodato ad mactram, aut ſacras epulas. uel ad ea quæ ad ſacrificiũ ferũtur, ut * de Sophocle dicitur, Hecatææ magidis cænã: apud So-
Cratinus uero in Buſyride dixit· Bos hic, magis, & farina: Apud phoclem
Epicharmum quidem, in Prometheo Combuſto, etiam ſecundum humanum uſum dictum eſt· Calicem, magidem, lychnum: Menſarum autem uaſcula, cibis ſeruientia· circuli, uaſa, fuſoria, cyli. lances patulæ, ſupinæ aut rotundiores. Tum & patellæ quædam piſcatoriæ. Ariſtophanes uero uidetur, diſcernere lances quaſdam, ignis expertes· ut cum in Telmeſis inquit, Patellam ignis expertem, & piſcibus idoneam: Fortaßis et patinas dices, non enim ſordidum eſt, hoc nomine uti· licet de obſoniorũ uaſculis hoc dici, nunquam inuenerim. Sed de Pictorũ uaſculis, Socrate Patellas dicente· nihil intererit, quo minus de lancibus nomen hoc * dici uideri poßit· & ſecundum conſuetudinis uſum, & cognitionem, uſitatum fieri. Sed & πίνακες ipſi, non modò obſoniorum uas· ſed tabulam quoq; ſignificant, apud Homerum, & tabulam indiſſolutam. Tum et Pictorum Lances, ut in Publice uenditis inueni-
re licet. Atq; lanx uariegata, à pictura dicitur· uel lanx, *uno la- altera
tere depicta· Ibi ſane & lances, Μαζηλοὶ uenduntur. Sed in Antiphanis Genitoribus, Veneris patella dicta eſt. Vaſculis uero adnumerare oportet, pelues, lecanides, lebetulos, cophinos, paropſides· Ariſtophane dicente in Holcadibus, Cophinos faciente Figu-
lo, * quos quidam attribuunt: dicit inſuper in Cotylo, Et cophini quoſcunq;
omnes: Quod autẽ uaſculum hoc, nõ fictile tantummodo confici- diſtribuũt
tur, ſufficienter Ariſtophanes arguit in Babylonijs dicens· Eget
ducẽtis drachmis, unde igitur erit, * hunc cotylum * ferre? Cophi- ut
ni uero, corticibus confectæ lances quædam fuiſſe uidentur· A ferat?
quibus euacuare, aut ebibere· ἐκλάψαι, et ἐκκάψαι nominant. ut Eupolis in Amicis, Hanc uero ipſis euacuat: Sed in Publico foro, non Cophinos modò, ſed & caniſtra inuenimus. Intinctoria, le-

 betes,

betes, catini· Acetabula. non enim de cottaborũ ludo ſolummodò,
acetabula dicta ſunt· ſed etiam de illis, quæ eduliorum neceßitati
appone ſeruiunt. ut Ariſtophanes in Auibus, Acetabulum hinc *primò ſu
mens, aut catinum: et in Phrynichi Muſis, Et in acetabulis chœni
ces tres, aut duos farinæ: Lecides uerò, Epicharmus dixit in Nio-
bes Nuptijs· Lecidem, et duo intinctoria: In Scyrone uero, etiã Le
bes fictilis dicitur · In Foro autẽ publico, Λέκος quoq; inuenimus·
etiam Hipponacte dicente, Frumenti λέκος: Hippocrates autem,
in Libro De Cnidiæ Sententijs, Leciſcum dixit. Cæterum paropſi
des, uulgari uſu ad maſſam quandam, aut ius aliquod referuntur.
uel ad edulium quoddam frugale, quod appoſitum condire oportet·
ueruntamen & uas hoc, θυηλίστον uocandum eſt· Conſueta enim
uocabula non repudio, etiamſi apud minus probatum Authorem in
ueniam, uſitata reddens · quoniam ad utentem his, habeo refu-
gium· Illud enim in Metagenis Philothyte, Et in multis paropſidi-
bus, & uacuis thyeliſijs theatrum, noui eſſe ambiguum· cæterum
addit in Antiphanis Bœotia, manifeſtißime de uaſe dictum eſt · Vocare
in *in appoſitis *paropſidibus bulbos: Porro Scutellas quoque, obſo-
niorum uaſculum uocare uidetur Ariſtophanes, in Tageniſtis di-
cens· Ius uero in ſcutellis hoc calidum, & ardens: Vtendum etiam
canicis, lingulis, myſtilarijs, cochlearibus, nouaculis, cultris, cultel
lo, aut gladiolo. Atque μάχαιρος ſæpe maſculinè dicitur, ut cum
Pherecrates inquit· *Μάχαιραν ἄῤῥεν' ἔδωκας, ὅτοι με εἴργασε
ἡ μάχαιρος, ποιεῖ βοῇ ἀνασήσω κρέα: *

*Machæram maſculum dediſti, neque me impediuit machæra,
quoniam clamore ſuſcitabo carnes: *

A cultro uero, etiã cultello utendum eſt· In Foro autem publico
inuenimus, Cultros eburneos, & cultros corneos· præterea laua-
crum, lebetes, gutturnia, & pollubrum· Atq; hæc ex Homeri uſu
deſumuntur, Lebetem ſimul, gutturniumq; ancilla manibus tenens:
hoc idem etiã, manuum lauacrũ appellandum eſt· Eupolide dicente
in Adulatoribus, Vacuũ gutturnium · Quibus etiam ſpongiæ addẽ
dæ ſunt, ad hæc uero calathi, fiſcellæ, cophini. Et Caniſcia, di-
xit



xit Crates in Heroibus · ſed Ariſtophanes in Acharnenſibus,
Κάνυτος: et Gerytade, Alius uerò inferebat plicato in calatho re
licta panum fragmenta: Tum et caniſtrum panarium. Dices quoq;,
ciſtam obſoniariam· fortaßis Arcam quoq;, ut in Baptis Eupolidis,
Verum neq; arcas habent copiosè repletas: & in Pherecratis Myr
mecanthropis, Veruntamen & arcas, quæ penes me ſunt: Cæterũ
in Iouis Alcmene, uas ad ciborũ apparatũ deſtinatum, Capſula no
minatũ eſt. Et obſoniorũ ſportã, è iuncis plicatã, in Amphiarao di-
xit Ariſtophanes· in Acharnenſibus autẽ, Sportulam· quam & Pli
catam uocauit, apud Tragœdum: Verum eduliorum uaſcula dices,
Scutellas, acetabula· & oleariam infuſionem, quam Eupolis, Vas
longum appellauit. Et Ἀνάκερμα, in Conuiuatoribus Ariſtopha-
nis dictum eſt· In Tageniſtis uerò, quoddam uas, etiam Mellarium
eſt nominatũ. Dices etiã penũ, Cyminothecã, ſecundũ Nicochar-
mũ in Galatea· Scitis elaboratũ manibus Fabri, multa in ſe parua ha
bens receptacula, cyminodochũ, & cyminodochã: Cyminotheca
autẽ, in Publico foro dictũ eſt· Sed in Geloi Apollodori Gramma Gramma-
tico, *Cyminotheca inter hæc uocabula recẽſeri uidetur. Si uerò topœo
in focis inſtrumentũ quoddã, ῥιπὶς dictum eſt, quo carbones ſuf
flant· ut in Acharnenſibus dicit Ariſtophanes, Craticulã huc mi
hi pone, et ῥιπίδα· nihil prohibuerit, etiã de muſcarũ depulſione,
hoc nomine uti. licet flabellum in Menandri Philadelphis inuenire
liceat· et in Anaxippi Citharœdo, flabellũ arripiens, huc aßiſte:

## CAPVT XXIIII, DE COQVI INSTRVMENTIS.

His etiam, coqui uaſa adnumeranda ſunt· ollæ, ollu-
læ, aulæ· Thraces uero, ollã, Ζευτάναν uocãt. Pa
tinæ, patellæ, capſæ, capſulæ, cacabi, aheni, foci,
ſartagines, foculi, lebetes, lebetia, lebetaria, uerua,
uerua bouilla· Et Obeliſci, in Acharnẽſibus Ari-
ſtophanis· Fer obeliſcos, ut turdos aſſem: In Foro publico uero, etiã
Cõdimentũ obeliſcorũ uenditũ eſt. Tũ et κρατευτὰς, uocabis lapi
des, quibus uerua innitũtur· et crateuteria, et ut in Foro publico in-
ueni

nire licet, Crateutas plumbeas : Nomen ſanè Δημιόπρατα, non
apud Ariſtophanem in Equitibus tantummodo dictum eſt, Oſtre-
orum condimenta publico uendita inuidus · uerum etiam apud Co-
modidaſcalos : Tum & apud Lyſiam Oratio eſt, in foro dicta, De
publice uenditis. In columnis autē Atticis, quæ in Eleuſine extant·
eorū qui in Deos impij ſunt, publicata bona, inſcribūtur. ubi multa
alia uaſa nominata ſunt, tū et Crateutæ plumbeæ·Sed et Eupolis, in
Adulatoribus, Plūbeas crateutas inquit. Inter coqui quoq; inſtrumē
ta ſunt, cultri, cultri mactatorij·Et σφάγιον, quod ſacrificiorum
ſanguinē ſuſcipit·Σφακτὸν enim, ceremoniæ nomen eſt, ſacrifi-
cijs adhibitæ, ſic dictū. Tum et coqui uaſa ſunt, coclear, tudicula,
euerge· Verbum uerò ipſum, Tudiculauiſti, in Eubuli Parmeniſco
extat. Ex his etiam fuerit, coclear, quo ius ſorbetur·Fuſcina, harpa
ge, & lupulus, extractorius Et liſtrum, quod nonnulli uertebram
ſartaginis uocant·tum et ſartago·Veruntamē & τήγανον inueni-
re licet, in Piſcatoribus Eupolidis, et Teleclidis*Mendacijs : Sordi
dum autē eſt, Sartaginulæ, in Equiſone Menandri: Verbum quidē,
Frigere, in Apocleomena Poſidippi extat. Vas autē, quod alias chy
tropodem uocant, etiam λάσανα dictum inuenies·ut Diocles in
Meliſsis, A laſanis calidā accipiam: In Primo autem Iamborū Hip-
ponactis, Chytropodium dictum eſt·quemadmodum & apud He-
ſiodum, Neq; à plenis accipientem chytropodijs: uerum hoc aliud
quiddam ſignificat. Cum uero Diphilus in Epiclero inquit, Aulam
magnam apud coquum·ſine dubio ollam intelligit, non chytropo-
dem. Neq; etiam inconueniens eſt noniſſe, quod χύτρα, oſculi ſpe
cies erat, cum Puerulos, auriculis præhenſos oſcularentur·quod et
Eunicus in Antia innuit, Auribus præhendens, χύτραν oſculum
figas: Veruntamen chytropodem, etiam βοῦν appellabis, et Anthra
cium, ſecundum Alexidem, dicentem in Lemnia·Siquidem nobis in
medio ſtabat anthracium, ſeſumq; fabarum plenum : Seſum enim,
uas fuit, in quo fabas, aut alia huiuſmodi frigebant · Anthracium
uero hoc, Cratem uocabis, & Craticulam, ſecundum Ariſtopha-
nem, dicentem Craticulas: ſed Strattis in Pſychaſtis inquit, Quo-
modo



modo quis mihi prunis plenam ſopiet craticulam? Prunæ ſiquidem,
ſemiuſti carbones ſunt. Coquinariorum quoq; ordinis fuerint, olea
ria cella, pecten, ſcamnū inciſorium. Coquinaria menſa, quā Neo-
terici Abacum uocant. nomen autem extat in Menandri Meſſenia,
Ductus eſt omnino ad abacū quendā: Adhæc mactra, ſcapha, ma-
gis, pila, caniſtrum. Et Nuper excauatā pilam, dixit Eupolis in Ca-
pris·Sicuti Ariſtophanes in Veſpis, Recentē molam dixit. Sed Me-
nander in Demiurgo, pilam hanc, Lintrem uocauit. Idē quoq; ſigni
ficant, mortarium, et pila·ſcapham enim, ſic nominauit Ariſtopha
nes in Pace: Scaphulam quoq;, eandē ſcaphā uocat in Holcadibus·
ſic coniungens, Scaphulam & Mactrā: In Foro autē publico, inue
nitur Scapha lōga, et ſcapha turbinata: Mortariū uero, etiā Morta
riolū uocabis, ſecundum Ariſtophanem in Pluto: eundemq; Solon
in Iambis, Igdam uocauit, dicens· Feſtinantes apportant, hi quidē
igdā·illi uero, ſilphiū. nōnulli uero, acetū: Manifeſtius porro in Co
roplatho Antiphanes, Mulier ad tibiā uenisti, ſaltato denuo igdā:
Eſt equidem igda, etiam ſaltationis ſpecies·Comicus porro ad no-
mē alludens, adiunxit· * Mortariū ignoras? id eſt igdā. Pyranū ue-
ro, ideſt foculum menſariū·quo prunas ferunt, mea ſentētia pyro-
phorum quoq; nominabis. Coquinaria quoq; ſunt, cultri, & exco-
coriatorij cultri. Apud Ariſtophanem ſanè in Equitibus, Coquus
dicit, cultrorum coquinariorum ictibus: Huius quoq; ordinis eſt,
culter caſeiſeca, quem cobylem uocant·è quibus Caſeiſeca quidē,
eſt in Platonis Adonide· Et Ariſtophanes in Aeoloſicone, Co-
clear, mortarium, focus, caſeiſeca· Cobylis uero, in Philemonis
Rapto·Video coquos, cobylē, & ſcapham: Adnumerare his quoq;
conuenit, bipennē, coclear, piſtillum. Tum & Sartago, in Publico
foro uendita eſt. Et aſpergillū, quod cōmune eſt tam Piſtori, quàm
coquo·uas à rigando denominatum. Sed ſi et Abacum, coqui uaſis
adnumerare uelis·Cratini authoritate utendū eſt, dicentis in Cleo
bulo, Tradidit nucum abacum·Tum & Abaculum dices, de altero
enim hoc dictum eſt à Lyſia*De Callæſchro·Poſt abaculum, mē Pro
ſulamq; ſeipſum uendens: ueruntamen nomine hoc, de obſonigero

uaſe utendum eſt· Quemadmodum & Cacabum, dices ollam, ſe-
cundum Ariſtophanem dicentem, in Scenis Coniunctis: Cæter[u]
in Eubuli Ione dictum eſt, Acetabula, patinæ, cacabi, & ollulæ:
quaſi forma cacabum, ab olla diſtinguat. Porro cacabulum quoq;
dices cacabũ, ſecundum multorum uſum· *ut Antiphanes uocauit
in Paraſito, Etiam cacabum dico: Fortaßis aulam quoq; dices. Mihi
nomen uero * nomina differre uidentur, ſiue cacabum nonnulli dicant,
ſiue ſittybum Et Nicochares in Lemnijs dixit, Cacabus, et patina:
Tum etiã patina, patentium ſcũtellarum ſpecies eſt· quam nõnulli,
patellã uocant Patina enim, in Nymphopono Sophronis dicta eſt,
Patina ſpontanea· Patellã uero, Eubulus, Et confertos Sicelicis pa
tellis cumulos: Atq; in Euthydico Antiphanis, Polypus conciſus,
coctus in patellis: Tum & Alexis in Aſclepiade, Patinas dixit.
Cæterum in Hipparchi Politœchis, uulgari more, Catinum dictũ
inueniri tradunt. Quibus uero hordea terentes uentilant, et fabas,
patellas uocauerunt. Quod ſi etiam carnium libram, his addendã
duxeris· ſciendum, quod funiculus, quem libram tollens arripit, la-
queum appellauerunt. Vas quoq; coquinarium eſt, Colum, ſecun-
dum Euripidem, in Euryſthene Satyrico dicentẽ· Aut cyathũ, aut
hiſce Poë- æneum colum exhibens * · In Foro autem publico Colum quod-
tis dam, pro cratere u nditũ eſt, quaſi ad uinum magis referatur. Por-
ro etiam infundibulum æneum, coquinarium uas eſt· Ariſtophanes
uero uero in Conuiuatoribus dixit, Non * hæc, ſed infundibulum æne-
um: Fortaßis & toſtorium· Et Frigendi inſtrumentum uel Sartago,
Polyzelo in Bacchi Genitoribus dicente · Vnde ollæ ſuſpenſæ
ædificio ſunt, & ſartago· Etenim ſi φρύγετρον, * Aedificatoribus conueni
& idem eſt re uidetur, * aut Piſtori, ſecundum multorum ſententiam. nunc ta-
cum Aediſi men, pro coquinario uaſe poſitum uidetur. φρυγέα uero, aut *
catore· ipſum appellant inſtrumentum, uel uas in quo frigent, * aut φρύγε
& τρον· ut Theopompus Comicus innuit, dicens · Phrygeum, pila, et
uel lecythus: Sed & mactram, uas intelligentes, hinc dictum eſſe exi-
ſtimant· & illud, quod Romani Scamellam uocitant. Coquinarij
quoque ordinis ſunt, furni, clibani Et Clibanarij boues, in Ariſto-
phanis



phanis Acharnenſibus: Coquo etiam adnumeranda ſunt, combu-
ſtilia ligna, ſarmenta· Et Titiones, ſecundum Sophoclem, dicen-
tem in Hercule Satyrico· Collegerunt ligna, ceu titionum: His e-
tiam addenda, tedæ, faces, ſtoreæ, ligna fißilia, piceæ, lampades,
furni, laternæ, carbones, & marila. Et marilam quidem, uocarunt
cineris, uel carbonũ florem· *Statim uero & cophini, huc referen
di ſunt. Et Caniſtri, carbonum uaſa, Ariſtophane dicente, in Ach
arnenſibus: Euripides quidem dixit, in Autolyco Satyrico, Aſi-
nos carbonigeros: Sed in Alexidis Spondophorico dictum eſt, Ari
ſtogitonem Rhetorem uidi, carbonum uaſe amictum:

## CAPVT XXV, DE PISTORIS I INSTRVMENTIS.

SI uero coquinarijs uaſculis, Piſtorum quoq; inſtru
menta adiungenda ſunt· et multi piſtrinũ, officinã
nominauerunt. nihil intererit, etiam uas, in quo pa
nes coquunt, ſic nominare· quod nunc, furnũ uo-
citant. utrunq; uero, πλάθανοι nominandũ eſt·
quemadmodum & illud, in quo panes formabant. Piſtorij quoq; or
dinis fuerint, mola aſinaria, mola, mola frumentaria, & molitoriæ
ſcopæ. Tum et pauſicapta, inſtrumentum, molentium collo, ne fari
nam deuorent, adiunctum· quod * cardopeũ nominauerunt. ut Ari
ſtophanes in Heroibus, Aut cardopum collo adaptetur: Ex his quo
que fuerint, uerua, ſpalathrũ, hoſtorium, radius, uertebra, magis,
chœnix, medimnus, ſemimedimnus, ſextarius · Et Modius, apud
Cleonem Cantorem, in Secundo Odarum: Et apud Hipponactem
in Primo Iamborum, Semimodius: Chœnix uero duplex, & Semi
ſextarius, in Nubibus Ariſtophanis: Tum & cotyla, menſura non
liquidorum modò, ſed et aridorum· quoniam Thucydides inquit, Li
bro Septimo· Cotylam aquæ, et tres cotylas frumenti: ualet autem
tertiã chœnicis partẽ. Piſtoria quoq; ſunt, codomæũ, cribrum, ma
ctra, ſcapha· & ſi quæ coquinarij ordinis, cum piſtorum uaſis ſunt
communia. Præterea mortarium· Υ'φόλμιον, quod mortario ſubij
citur, quemadmodum Ariſtophanes in Anagyro uocat. Tum & pi

 ſtillum

piſtillum, & cribrum, cribri tegmen, & operculum, & cribrum tenuius. Et in Publico foro ſcriptum eſt, Cribrũ ordeaceum: Ariſtophanes uero in Scenis Coniunctis, Inſtar cribri perforatum eſt:

## I CAPVT XXVI, DE LVCERNA, VASIS VNGVENTI, ET FIGVLIS.

HAec uero, Candelæ ſequuntur, & Candelæ duplices, ſecundum Philonidem, dicentem in Cothurnis· Quemadmodum candelæ duplices: Atq; candelæ triplices. Et Lychna, ſecundum Herodotum: idemq́; Candelæ incenſionem dixit, Cratinusq́; in Trophonio, & Menandrus in Theſſalica: Et candelabrũ, cui candela, quæ & lucerna dicta eſt, imponitur. Candelabri autem elatior pars, cui candela inſeritur, ſcutella dicitur, uel lanx· Quodq́; mediæ candelæ ineſt, thryallis, ellychnium, et phlogmus. Quam uero nunc lampadem uocant, etiam Laterna dicitur· ut Ariſtophanes dicit in Acharnenſibus, Laternam ad lucendum inſtruis: Sed apud Lyſiam Ad Chytrinum, Repente uero quis arrepto lapide, ſequentis Famuli laternam excuſsit· Cæterum in Ariſtophanis Aeoloſicone, Et pellucida omnia uidemus exomidis, ut in noua laterna: Laterna uero, etiã λαμπτὴρ dicta eſt· Tum in Secundo Philiſti Libro dictum eſt, Et noctu obſeptas laternas attollere: intelligit uero laternam corneam. πανὸς autem, & φανὸς, etiam facem ſignificant· ut cum Euripides dicit in Alcmene, Vnde uero piceam facem accipiendam inueniſti? Tedæ enim, & lampades, luciferorũ ſunt. Lampades præterea, Perticas uocauit Aeſchylus, Perticæ picatæ incenſæ: Obeliſcolychnium autem, militare inſtrumentũ eſt. dictumq́; à Theopompo Comico, in Pace· Nos uero bona fortuna obeliſcolychnium permutantes, & enſem acutum: Verum cum Ariſtophanes in Aeoloſicone dicit, Duobus lychnidijs· nimirum candelabra intelligit, & non paruas lucernulas· Sicuti cum & Crates inquit, in Vicinis, Non eſt mihi lychnidium · Manifeſtius tamen in Ariſtophanis Fabulis, aut Niobe· Sed candelæ inſtar, recumbit ſuper lychnidium: Et in Phœniſsis, Et ſtilba, quæ mihi noctu lumen

fert



fert ſuper candelabro· Vnde patet, quod & ſtilba, lucernæ ſpecies eſt. Verũ ſi & unguentis, in his utendũ eſt· ſciendũ, quod unguentum Ariſtophanes, in Tageniſtis, Vnguentulum uocauit. dictaq́; ab eodem ſunt, Vaſa unguentaria: Dicitur etiam lecythus unguentaria, tu uero etiam unguentiferam uocabis · Sed in Ranis Ariſtophanis, Lecythium quoq; dictum eſt. Sophocles uero in Andromada, * Αὐτοχείλεσι ληκύθοις inquit, alabaſtra integro ſaxo exſculpta intelligens.

* Cum ipſis labris lecythis

Et inſtrumentum in lecythos, ad unguentum deguſtandum, immiſſum· rudiculam, uel ſpatham uocare oportet, ſecundum Ariſtophanem dicentem in Conuiuatoribus· Vnguentariæ lecythi unguentum, priuſquam rudiculam immitteret, deguſtans· Euphemus ſiquidem in Coronatoribus, hoc quidem, Rudiculam· pyxides autẽ, Alabaſtria uocauit· Ocyus tu alabaſtria aperias, & rudicula barbam meam inungito · Alexide tamen in Dropide, Spatham uocante, rudiculam· Spatham in unguentum demiſit: Vas uero, in quod unguentum effunditur, Vnctuarium uocatur, ut Ariſtophanes in Acharnenſibus: Vaſcula autem, in quibus alabaſtra reponuntur, Alabaſtrothecæ dicuntur· & alijs, et Ariſtophane dicente in Triphalete, Tres ex una alabaſtrothecas habentem: Communiter porro fictiliũ uaſorũ nomina, præter æneos catinos, ſunt· ollæ, ollula, acetabulum, menſura, matula, peluis, mortarium, cantharus, ſeſum, candelabrum. quæ omnia, figulina opera conficiuntur· pleraq; tamen horum, etiam ex alia materia fiunt. quoniam & Hermippus, in Theſmophoris · Cyathum, Vas uinarium, Candelabrum · & huiuſmodi uaſa, Aenea uocat. & Aerea, ueluti ex ære fabricata.

## CAPVT XXVII, DE HIS QVAE TORIS CONVENIVNT. I

COenanti uero, & ad toros ſe recipienti, ſtragularũ, & inſtratorum nomina prædicta ſunt. Huc autem quadrauerit, ueſtimentum illud Homeri Cubatorium, & inſtratum· magnum ſcilicet, & hirſutum.

 Et

Et apud Comicos, Tunica toralis: Fortaſsis & lænæ, & ſtragula
artificioſa: Tum et illæ æſtatis, hyemisq́; Siſyræ, apud Menandrũ:
Et Penula, apud Ariſtophanem: Lænam uero, dixerunt Comici ue
ſtes tantum non craſsiores, hoc nomine deſignantes. quemadmodũ
& Theopompus, in Pace, Lænam tibi aſſumens Laconicam: Home
rus uero, etiam tenuiores ueſtes, Lænas uocitat· Attici autẽ, tenuio
rem quidem ueſtem, Lænam· equeſtrem uero, Chlamydẽ uocant.
ut & Theſſali· Cæterum prima, ut fertur, Sappho, Chlamydẽ di-
xit, de amore dicens· Cœlitus uenientem, purpureamq́; demiſſam
habentem chlamydem: Atqui hæc quidem, de quotidie neceſſarijs
uaſculis dicta ſint· his uero paucis, reliqua coniungenda ſunt, ut po
te quæ gynæceum attinent.

## I CAPVT XXVIII, DE GYNAECEI VASCVLIS.

GYnæcei porro uaſcula, fiſcellas, & calathos dica-
mus· cophinulos quoq;, & calathiſcos. præterea
aſinum quoq; inſtrumentum, ſupra quod nent·
quod & ἐπίνητρον uocant· Fuſum, uertebram,
filum, radios, & pectines, telam· & telæ antium,
uel regulam, cubitũ ue· Et celontes, telam ſuſtinentes· leiaſtæq́; lapi — Vide ſupra
des, et agnythes, a tela ſuſpenſi· Atq; ſpathas· Philyllius enim in Vr — Libro VII
bibus, textoriũ inſtrumentũ, Spathã nominauit, de ſtudioſe texen
tibus loquens. His etiã adnumerabis, libras, bilancem, iugum libræ,
lances, trutinam. Et Pondera ænea, in Actis Alcibiadis Imperato-
ris, inter ſummæ arcis anathemata reſcripta ſunt. Pondera uero,
Cephiſodorus Iuſta uocauit. Muliebrium quoq; inſtrumentorum
ſunt, pecten, calamiſtrum, nouacula· ſpeculum, cuius thecam, lo-
phiũ uocant· Forfex, frontale, larua· Et Laruula, ut in Danaidibus
Ariſtophanis: Petaſusq́;, turbinatum in morem contextus. Imbrica
mentum, flabellum· umbraculum, quod etiam σκιάδα uocaueris·
Sic etenim & Bacchi umbraculum uocatur, quod Comici Alam
uocitant. Strattis uero, in Pſychaſtis· Flabello præmiſſo, mox um-
braculum ſubiungit. Plurima uero in Veſtibus, Calceamentis, &
Mulie-



Muliebri mundo antè prædicta ſunt· quemadmodum et Alabaſtro
rum thecæ, & Sandaliorum thecæ, apud Menandrũ in Miſogyne:

## CAPVT XXIX, DE RVSTICI INSTRVMENTIS. I

AGreſtium autem inſtrumentorũ neceſſaria ſunt,
aratra, & aratri partes· plauſtrum, & plauſtri par
tes. reliqua uero, ex Atticorum appellationibus
ſumẽda ſunt. Ventilabrum, ſecundum Homerum:
Tridens, Pala, Bipalium, & Paſtinum, ſecundum
Pherecydem· de Codro enim loquens, quod cũ ad ſarmentorũ col
lectionem exiuerit, in ulla inſtrumentũ capturus, paſtino quendã
percuſſum * interemerit: Tum & flagellum, cribrum, ligo, ſca- — interemit
phium, botillus. ſarculum, falx meſſoria, marra, dolabra, dolabella
uannus, malleus, occa, ſecuriq́; ligniſeca. Et uaſa quoq;, fructus cõ
tinentia· caniſtrum, cophinus, ſcirpiculum, corbula· Fortaſſis &
Fiſcina. apud· Comicos uero ſic nominatum eſt uas, in quod mimo
rum inſtrumenta reponuntur· Ariſtophanes autẽ, in Danaidibus
inquit, Malorum horum contrahe mihi fiſcinam: Alexis uero, etiã
Draſoracum dixit. Ruſtici quoq; ordinis ſunt, ualli, & perticæ.
Atq; olearum pedamenta, ridicæ· Et torculum, lignum baccas con
terens· laqueusq́;, funis huic alligatus. Tum cupa, uas in quod oleũ
defluit· Veruntamẽ Lacus * quoq; dicitur, ut in Publico foro uẽditũ — & laculus
inuenitur. Fortaſsis & ſporta, inter ruſtica uaſcula numeretur· Ca
pulæ, ſarcula, fiſcellæ, calathi· caſei fiſcella, aut fiſcina. multaq́; co-
quinaria, & piſtoria inſtrumenta. Fortaſsis & iuncus, rubus, Aor- — Fortaſsis A
chana, rhachus, conyza, carduus· omniaq́; ſpinoſa, quæ in fru- — corna eſt,
ctuũ defenſionem inijci ſolent. Peda quoq;, clauæ, ſcuticæ, ſcipio- — quam ſpi-
nes, & baculi, Agricolis conueniunt. Tum et dolia, doliola, ſipyæ, — noſam eſſe
diphthera· pellis caprina, & canina * ſunt ſicionia. — tradit Theo-

CAPVT — phraſtus: ſiconice

## I CAPVT XXX, DE PISCATORIIS, ET NAVTICIS INSTRVMENTIS.

CAeterum Piſcatoris inſtrumenta, naſſa, ſporta,
ſportula, cophinus, linum, panagrum, rete. Amphi
bleſtrum· Menandrus etenim inquit, Piſcatori am
phibleſtrum circundat: Tum & ſepta, reticula,
tragulæ, anuli, griphi· Sagena. unde Aeſchylus, in
diſſolubile, & inexplicitum malum, Sagenam retis nominat. His e-
tiam adiungenda ſunt, ſubera, calami, uirgæ, pertica, chorda piſca-
toria, hami, eſcæ, pili, lina, iũci, ianceæ naſſæ, laminæ plumbeæ, tri
dentes igniti, tridens, tridens piſcatorius. Nautica autem inſtrumẽ
ta, uela, anuli, funis, remus, remi, claui, gubernacula· Conti. ut So-
phocles in Græcorũ Concilio, Veluti nauiũ cuſtodes per noctur
ſecundo nam nauigationem Contis dirigunt *nauim· Tum· et ὁλκίαι nomi
uento nauit, gubernacula, in Nauplio: Et apud Homerum, Politus clauus:
Scalmi, lora, tabulatum, utres, conti, funes, ſentina, cadi· funes nau
tici, quibus naues terræ alligantur· Rudentes, ancoræ, machinæ tra
hentes, fulcra, naualia, ſcalæ, pelles, diphtheræ· Dactylij. ſic enim
perforatos lapides uocant, à quibus alligant rudentes. ὄρβιαξ au-
tem, inferior mali pars nominatur· quemadmodum ſuperior, car-
cheſium· Nomenq́; ὄρβιαξ, in Epicharmi Naufrago extat.

## I CAPVT XXXI, DE VASIS VESTIVM, ET QVO HAE reponantur.

VAſa uero, quæ ueſtium curæ adhibentur, ſunt· lo-
toria uaſa, & labra· Tum Terræ ſmectis, apud
Nicocharem· Et Sapo, apud Platonem: Lixiuium,
Cimolia terra, ſecundum Ariſtophanem: Car-
duus. Adiungendum quoq; hiſce illud, quod in Pu
blico foro habetur, Verriculum: Porro & Licia ueſtibus conue-
niunt· dictumq́; eſt nomen hoc in Platonis Feſtis, Intexere autem
licia: & in Hermippi Parcis, Licium inuoluiſti: Opus autem eſt &
acu. quod nomen Archippus in Pluto dixit· Acũ, filumq́; arripiẽs,
ruptu-



rupturam hanc conſue: Atq; βελόνης nomen, in Eupolidis Impera-
toribus extat· Ego uero te acubus tribus pungam· Et βελονίδες, ut
Hermippus in Parcis: Quo autem ueſtes reponuntur, labra, arcæ,
arculæ, ciſtæ· Et Ciſtulæ, ſecundum Ariſtophanem, in Achar-
nenſibus: Capſæ, capſulæ· Vaſcula, ut in Theſmophoriazuſis di-
xit. Sacculi, culcitra· In Foro publico autem, Arca feneſtrata: A-
pud Recentiores uero, Rhiſci· ut Antiphanes in Aleatoribus, Rhi-
ſcus erat, quem dicebat: Erat etiam uas quodpiam, arculæ ſimilli-
mum, Candytalis nominatum· cuius Menandrus in Aſpide memi-
nit, & Diphilus De Condemnato: Candytalis uero hic, quid eſt?
aut quid'nam ſignificat? Mihi ſane uidetur uas eſſe Perſicum, à
Candye, Perſica ueſte denominatũ, & à Macedonibus uſu rece-
ptum eſſe. Arcæ, & arculæ. Tum & ſtragulæ· Apollodorus enim
Gelous in Pſeudaiace dixit, Gladius, cuſpis, & ſtragula: Apollo-
dorus autẽ Caryſtius, in*Anteuergetunte, Stragulas diſſuebant: Beneficiũ
nomine etiam hoc, Antiphanes utitur in Apocarterunte: Tholiam rependen-
quoq;, ciſtæ inſtar eſſe tradunt, turbinatum habentem operculum. te
Xenophon autem, in Expeditione, etiam Marſupia ueſtimentorum
dixit. Aortæ uero, dictæ ſunt in Poſidippi Epiſtathmo· Scenas, ue-
hicula, rhiſcos, aortas, tachana, lecticas, et aſinos: Illud enim, quod
in Menandri Miſogyne ſcribitur· Chlamydem æſtiuam, haſtam, a-
ortam, & ueſtes· ambiguum eſt, quoniam nonnulli, ἀορτῆρα ſcri-
bunt. In Tertio autem De Animalibus Ariſtotelis, Duarum in ter-
go uenarum ſiniſtra, aorta nominatur· apud Pherecydem uero, u-
nus è Cyclopibus: Porro tonſoris inſtrumẽta ſunt, pectines, noua
culæ· Cultri, cultelli· nam in Cratini Dionyſalexandro dictũ eſt,
Inerant uero illic cultri tonſorij, quibus tonduntur oues, et greges·
Sed in*Chryſogenis Eupolidis, Deinde tonſor cultellos arripiens, Chryſoge-
detondet ſub barba*. Tum et forfex, inter tonſoris inſtrumẽta re nibus
fertur· quam μίαν μάχαιραν uocant. Nouacula, & Nouaculæ lanuginem
theca, ſecundum Ariſtophanem in Theſmophoriazuſis· Aureáq;
nobis nouaculam ipſe hinc ex theca ac cipit: Et inſtrumenta tenu-
ia, dicta ſunt Poſidippo: Sutoris autem inſtrumenta· Culter ſecto-

rius, in Platonis Alcibiade·et Scalpellum, in Republica·Pediſq; for
ma lignea, in Sympoſio: Tum et circumſector dicatur, et forficu-
eſt li, acus·Et ſubula dicta*ſunt, in Nicocharis Cretenſibus, Tere-
bris contrariū·ut Archilochæū: Sed Venatoris arma ſunt, lina, re-
tia, plagæ, laquei, eiectoria, ualli, fulcra, perticæ, furcæ, funes, lo-
ra, canū habenæ, pali, ſtipites, enſes, haſtilia, iacula, falces, arcus,
uenabula, pedicæ, laquei, catenæ, catenulæ. Plectæ·Plectam e-
nim Attici, catenam nominauerunt·ut Plato in Hellade, Vis'ne, ut
catenā demittam, teq; poſtea huc attraham? Secures, collaria, ami-
culum, lora, fuſtes, ſcuticæ, uincula, agninæ pelles, claui, ſtimuli.
Militis arma ſunt, ſcutum, pelta, thorax, ſemithorax, galea, caſ-
ſis, pericæphalea, criſta, triplex conus, chirothecæ, ocreæ, pilei, ar
cus, tela, iacula, ſagittæ. pharetra, ſagittarū receptaculū, telorum
theca, lophiū, haſtæ, haſtilia, falces, iacula, conti·Haſtæq; pars in-
ferior, ſauroter, ſtyrax, ſtyracium·ferrum autem prominens, cu-
ſpis, acies. receptaculum uero, haſtæ theca. Tum & haſtilia dices,
perticas, peltas, ſariſſas·Saunia. quod nomen de membro uirili dici.
tur, apud Cratinū·de haſta uero, in Philadelphis Menandri·Vt e-
go fortè occidar ſaunio impeditus: Et Ariſtophanes in Holcadibus
inquit, Inſidiæ ordinantur, & miſsilis pertica·ſed in Scenis Cōiun-
ctis, Et latis cuſpidibus utentium, ut uides, captorū·Alexis uero in
Leucade, Affer ſybynā, et latam cuſpidem·Amipſias autē in Sphen-
Haſtam an done, *Τὸ μὲν δόρυ πρὸ τῆς ὑποχάλκου πρὸς πλατεῖς ἀπέβα-
te æratum λε*: His etiā connectenda ſunt, enſes, machæræ, bipennes, acina
ad conſer ces: xyelas*Laconicos gladios, falces, pugiones, gladij anſam, capu
tos abij- lum enſis, manubria. & ipſam thecam, uaginā. Et Euripides in Pala
cit: mede, Manubrium auratum dicit. Menander in Piſcatoribus, Au-
reum manubrium habens pulcherrimus pugio: Theopompus autem
in Vrbibus, Gladios eburneis manubrijs præditos dicit. Quod ue-
ro et ſpathā, de gladio dixerint, inuenias apud Euripidē, dicentem·
Totus uero enſe excidit, ueluti ignitam*faciens runcam, gladij
nigrum manubriū habentis ſpatham: Si uero hoc ambiguū fuerit,
nigrum



manifeſtius id Philemon in Rhodijs explicat dicendo·Spathā ſtrin
gens aureo capulo inſignē·et Menander in Miſumeno, cum inquit,
Spathæ occultatæ ſunt: His porro addere oportet, fundas, lapides,
plūbeos globos, ſecures, ſagares, focos, pelles, diphtheras, taberna
cula, ligones, funes, lora, catenas, culcitras, cingula, baltheum,
clypei anſam. Fabri inſtrumēta ſunt, aſcia, ſerra, malleus, terebrū,
terebri manubrium, forceps, lima, ſecuris·Et Bipennis, ſecundum
Homerum: In Olympij autem Templi columna, adſcriptum eſt·
*Τρύπανα, τρυπάνια τρυπανίας ἔχοντα ἴσως τὴν ἀρίδα:*
*Terebra, terebrata terebrationes habentia forſan aridem:*
Fabri Ferrarij inſtrumenta, incus, incudis baſis, malleus, forceps,
folles, ſufflatoriū, follis maior, fuſoria forma, coticulæ, cotes, focu
li. Cæterū Aedificatoris arma ſunt, dolabra·Cœli, ſecundum So-
phoclē in Priamo: Parietes, regula, circinus, cubitus, amuſsis, plū-
bea regula, malleus politor·Fortaſsis & Vectis·ſiquidem et muro-
rum perfoſſoribus, hoc Comici atribuunt. hunc uero, Repagulum,
in Scenis coniunctis nominauit Ariſtophanes dicendo, Murum re-
pagulo perfodere·Quibus addenda ſunt et illa, in Ranis Ariſtopha
nis·Quadrata coagmentāt pegmata, diametros, et cuneos: Atticis
uero columnis inſcripta eſt, Serra lapidiſeca, et forceps lapides re
tinens: *Vocabis autem et machinam ſaxigeram.* Naualis inſtru
menta, phalanges, phalangia, machinæ qua naues trahuntur, et na Dices
uium ſtationes. Præterea metallorū foſſoris ſunt, culei, periodos, Nauium
ſalax·Et Metalli foſſores, culeis amiciri, Comici dicunt·Periodum ductoris
uero, & Salacem, in Metallicis dixit Theophraſtus. & Periodum
quidem, uas quo ferrum purgant·Salacem uero, metalli foſſorū cri
brum dicens. Pala autem, puteos fodientium inſtrumentū eſt. Cæ-
terum Medici inſtrumenta, ſcalpellum, ſpathula, auriſcalpium, for-
fex, ſpicillum, mela, dentiſcalpium, forceps dentium, unctuarium
uas, peluis, cucurbitula, baſis, lebes, libatorium, emplaſtrum, ſple-
nium, uulnerum deligatio, podoſtraba·Clyſter. extat enim hoc no
men, apud Herodotum·Fortaſsis & glans. nam de longiore illa py-

 ramide,

ramide, ex adipe nitroq; confecta, qua clyſteris uice utuntur, Βα-
λανίσαι dixit Hippocrates: In Foro autem publico, etiam Faſciæ,
& cerotum, ſcripta inueniuntur. Aleatoris inſtrumenta, abacus,
abaculus, cribrum, teſſeræ, tali, aſtragali, alueoli, cami, fritillus, ur
næ, urnulæ, calculi, tali. Inſtrumenta autem, urnas aut loculos fa-
cientis · loculus, pala, arca, lacus · Eraſtus enim, & Cerycus, ad Pla
tonem mittentes ſcribunt, Lacum * cito carniuori lapidis: tum de eo
dem dicentes, ſubiungunt · Siquidem nunquã tot lacus relinquam:

## I CAPVT XXXII, DE CRVMENA.

COnfundens autem ſimul dixeris, uaſcula, crume-
Et næ * Crumenulæ, ut Eupolis, in Capris: tum ca-
pſam, & capſulam · Hoc etenim Ariſtophanes in
Triphalete innuit, dicendo · Poſtquam in forum
obſoniorum peruenit, ſportam accipiens, capſu-
lam, & crumenam maiorem: de eodem uero, & Peram, in Tage-
niſtis dixit · Hic uero peram diſſoluens, eximensq; Daricos: de eo-
dem & Sacculus dicetur, ut cum in Theſmophoriazuſis inquit,
Sacculum, in quo argentũ reponit · Et Crumenæ baſim, idem dixit
in Babylonijs: Argentithecam autem, Antiphanes in Midone in-
quit. Si uero, quis & marſupij nomine uti uelit, Apollodori Cary-
Enea ſtij defendet hunc authoritas · qui in * Nona dicit, Marſupium ali-
quod paruum: Aryballos uero, de contexta crumena, dixit in Amo
re Antiphanes, & Steſichorus in Cerbero:

## I CAPVT XXXIII, DE TIBIARVM THECA.

GLottocomeium quidem, tibiarum theca eſt · tum
eandem etiam, ſibenam uocitant. Tibias oſſeas, &
tibias arundineas, uocauit Ariſtophanes Tibiarũ
receptaculum. Atq; crupezia, Tibicinum calcea-
menta. Glottocomeium quidem, Lyſippus dixit
in Bacchadibus · Ipſis cum tibijs motus, et glottocomeiũ: à ligulis e-
nim fiſtularum denominatum eſt, ueruntamen etiam de uaſe dici-
tur. Glottocomeium enim, apud Neotericos inuenire licet · ut in
Timo-



Timoclei Balneo, Et glottocomeium ſtrepit · Et in Apollodori, Ca- Fabula, Ca
ryſtij * Diaballis, Magnum ô Phormio, glottocomum non oculo: lumnians

## CAPVT XXXIIII, DE DECIPVLA, ET EO IN QVO aues dormiunt. I

EVaſorum quoq; genere eſt, Decipula · nomẽ uero
hoc, in Actis Demoſthenis Ad Ariſtogitonem: Et
Muſcipula · quo nomine Ariſtophanes in Phœniſ-
ſis utitur · Et in Pluto, quoq; Muſcipulã nominat ·
Tum et Callimachus inquit, * Andictam peritam Dixiq; Ana
ſaltare: ut et andicta, muſcipulæ genus ſit. Stans autẽ in muſcipulis ctete, ual-
paxillus, ſcandalethrũ dicitur · quemadmodum clauus ille in maiori de peritum
bus laqueis, malleus. funiculus uero, quo continetur, merinthus.
Andromediã autem, Cratinus in Seriphijs, * Ineſcatam decipulam Ineſcato-
uocat · Huiuſmodi uero laqueos, Nicophron in Veneris Genito- riam
ribus, Δελεάστραν nominat. Petaurum uero, tabellã cui domeſticæ
aues indormire ſolent, Ariſtophanes uocauit · ſicuti & Fuſcinæ me
minit, in Nubibus: His quoq; adnumerentur, trabes, trunci, furcæ,
crates, tegmina. Et in Publico foro, Poſt fictilia, Tegmina Corin-
thiaca, & patibula: Ἀκτύγια uero, fuſtem nominauit in Iride
Achæus: eodem quoq; nomine currus temonem appellat, prominẽs
ſcilicet illud lignum, cum iugatus non eſt · quod Lyſias, Στήριγμα
uocat. ueluti & radium currus, idem Κνημίαν nominauit.

## CAPVT XXXV, DE ABACO. I

HIs etiam, coniungendus eſt abacus, pileus, galerus,
pileolus · Cophinus, qui eſt è uiminibus textura.
Inſuper & Gyrgathum, & Sella, ſecundum A-
riſtophanem dicentem in Conuiuatoribus · * Me- Aut
dorum gyrgathum, & calculorum ſella:

## I CAPVT XXXVI, DE DOMICILIIS, IN QVIBVS ANIMALIA NVTRIuntur, & alijs huiuſmodi.

PRæterea Gallinarum, et Perdicum caueã, Ariſtophanes in Holcadibus dicit· Et ſi non falſa Hyperidis Oratio Pro Harpalo, in ea ſcriptum eſt, Exilientes ex perdicum uiuarijs: Et Hara, in qua porci nutriuntur, ſecundum Eupolidem, et Phrynichum in Poaſtrijs· eademq́; Porcile dicitur, in Ariſtophanis Lyſiſtrate: Atq; crumena, uaſculum quoddam reconditorium. quod
Et nonnulli, peram eſſe exiſtimant. Et ſacculus·*Marſupiũ, ut in Gerytade Ariſtophanes· atque Aſcopera, ut in Horis: Ceſtra quoq;, mallei cuiuſdam ferrei ſpecies· ut in Aegide Sophoclis, Ceſtra ferrea, latera ſimul & dorſum attriuit, feriens: Sed & Cauea ferrea, uas quoddam eſt, auiario ſimile, apud Herodotũ, & Archilochum· Tum & Nidus, uel Caſa, pro tali ſumitur domicilio. ut apud Cratinum, in Thracibus· In caſa ſi contigerit, coërcebitur: ſed & domum, habitatu commodam ſic nominant· ut in Spe Epicharmi dictum eſt, Vicini caſam: Sed in Autolyco Eupolidis, Habitant uero hic, tribus in caſis domicilium habentes: Stabula uero iumentorũ, ſecundum multorum ſententiam, inuenire licet in Quinta Philip-
ut pica: Saccopera autẽ, *ab idiotis dici conſueuit· in Apollodori Caryſtij Amphiarao, Inijciens hoc, ô peſſime, in ſaccoperam, iumento imponas: Siphnim porro, in Hymnis Atticis· non terrã eſſe, nonnulli intelligunt. ſed arcam, unde Ceres primum ſumpſerit alimenta. Ἀορτῆρα uerò, baltheum uocauit Pherecrates, in Literis: Cauſia autem, pileus Macedonicus, apud Menandrum· ut & Perſicus: Et Cyrbaſiam quoque, in Triphalete dixit Ariſtophanes· Atque communem mihi eſſe putas cyrbaſiam· Herodotus quoque, Citarim nominauit.

CAPVT



## CAPVT XXXVII, DE PICTORIS INSTRVMENTIS. I

PIctoris autem arma, tabulæ, tabellæ, tripodes tabularum, pulpita, ſtyli, penicilli, buxeæ tabulæ.

## CAPVT XXXVIII, DE EPHEBORVM HABITV, ET ALIIS QVIbuſdam miſcellaneis. I

EPheborum ſane habitus erat, Petaſus· Philemon in Ianitore, Ego enim cum chlamyde, deponerem et petaſum: Teleclide autẽ in Amphictyonibus dicente, *δλουλοπόνηρον, ῥυπαρὸν κόλυθρον· Seruilius,
ſunt, qui ſpeculum intelligant. Cumq́; in Achar- ſordidum
nenſibus dicit Ariſtophanes, Acharnas auri uas nimirum eſt Perſi colythrum
cum, nõnulli tamen, theoricam ciſtam ſic nominari putant. In Ariſtotelis uero Orchomeniorũ Republica, Orchomeniorũ menſura eſt, quadraginta capiens medimnos Atticos· Alij uere arculas putant, ad Pythiũ proficiſcentium. quoniã et lebetes illos, panagrides uocant. Gladij autem nomen Barbarum, ſcalma eſſe uidetur· Sophocle in Troilo dicente, Scalma Principes exſcindens meos: Sporta uero, uas contextum, àd ferri repoſitionem, aut aliorũ quorundam· apud Homerum uero, Vlyßis ſecurum· Hermippus autem in Demotis inquit, Habentes ſportæ ſimile ſcutum: Cæterum à Bœotis cadum, Scyphum appellari tradunt. Sminya uero, felina * pellicula
pellis, ligoni appoſita, ſi manubrium uetuſtate attritum foret· nomenq́; Aurigæ eſt, in Ariſtophanicis Fabulis: Verum ptacala, ſtorea in nauibus eſt· quam etiam cannam uocitant. Sed craſterium, ligna ſunt quatuor inuicem commiſſa, et fune colligata· uel crates, ante iumentorũ præſepe, ad pabulum ipſis ferendum. quod & fœnum, & gramen, & ἐράσιν quidam appellant. Emphatniſmata autem, tabulæ ſunt à præſepi ſurgentes, ui ſuperflua purgent.

CAPVT

## I CAPVT XXXIX, DE LARVA, ET SIMILIBVS ATQVE CATENA.

EX uaſculorũ autẽ ordine fuerit, perſona, larua, Gorgonium Et Perſonula, ut Plato in Sophiſtis: Lintea facies, tum torques, monile, catena, catenatio. Catena autem, non uinculi modò, ſed etiam muliebris ornamenti nomen eſt *ut apud Ariſtophanem, Sigillatæ catenæ: Philippides uero, inquit Catenulam habuit, quadraginta drachmas ualentem: Vinculum quoq; ferreum eſt, σκύλαξ cuius Plato in Hellade meminit, Arrepto hoſpitis ſcylace, ipſum ligato:

## I CAPVT XL, DE SVBLIGACVLIS, ET IIS QVIBVS LVDITVR.

INſtrumenta quoq; ſunt, ſubligacula, tibialia, caligæ Et Perſicæ, ut Ariſtophanes in Nubibus, ſubligacula appellare uidetur In Scythis uero, & Tauris Sarabara, & tunicas omnes induti: Sed et hamaxis, currus quidã minor, quo Pueri ludunt. Nola quoq;, inſtrumentũ fuerit, trutina quoq;, & flagellũ. Fortaſſis & pellis uilloſa, & crepitaculum, pellis agnina, baculus, ſcutum, candelabrum, pixis Aliudq; quippiam, Calamus ut Ariſtophanes in Acharnenſibus, Tu autem mihi guttam unam in calamum inſtillato:

## I CAPVT XLI, DE HIS IN QVIBVS SAL TERITVR ET SIMILIBVS.

ET ſalina, uaſa fuerũt buxea, in quo ſal conterebant Archippus ſiquidẽ, in Hercule Nupto inquit, Salinũ buxeũ Strattis uero, Si mouerit ſalſam aquam, aliud quippiã tenue in ſalenis conciſum: Et ſimile ſanè uaſculo uidetur, in quo piper conterũt. Præterea et cophinus, ſporta et corbula In Gerytade uero, Ariſtophanes inquit, Cophino uimineo: In Foro publico etiã, Salis tres ſemicophini uenditi ſunt Quẽadmodum et Samium, & ſemiſamiũ: Fortaſſis teges quoq; dicatur,





quod ſegeſtram ſignificat. Calamus quoq;, cuius & Homerus meminiſſe uidetur, de Achillis tentorio In Ariſtotelis uero, ſeu Theophraſti Phyſicis ſcriptũ eſt, Calami, tegetis, thryallidis, nuclei pinei, pinusq;. Dices etiã Manus, palmas, cubitos, ut in Foro publico dictum eſt inſuper galericum, & fictitiam comam Vel * Appoſiticiam, ſecundum Ariſtophanem in Gerytade & * πεαιθέτλω, ut in Amphidis Alcmæone, aut Menandri Olynthia: Appoſititium Appoſiticiam

## CAPVT XLII, DE SCALA, TYMPANIS, CYMBALIS ET AVcupum inſtrumentis. I

INſtrumentum quoque, ſcala eſt Et gradus ſcalæ, qui κλιματῆρες dicuntur ut Ariſtophanes inquit, in Fabulis, aut Centauro: κλιμάκιον uero, in Foro publico: Apud Amipſiã uero, κλιμακίς: Fortaſſis & tympana, atq; cymbala, inſtrumentorum ordinis fuerint & * pardalea pellis, leonina, * tabula, & album. Quibus autem aucupes utuntur, laquei, retia Plagæ, quorum & Ariſtophanes meminit, in Auibus: Parua ſcala pardalo &

## CAPVT XLIII, DE PERA, ET SIMILIBVS. I

PEram uero, Perulam uocabis ut Ariſtophanes in Scenis Coniunctis: & Sacculum, ſecundum Homerum Crumenam, Crumenulam, & Marſupium, ut Conuiuatoribus Ariſtophanes: Corycum quoq;, Corycium, et Corycidem dices, pro crumena, ut Ariſtophanes in Holcadibus Tum et Loculus quoq; * utenſilium fuerit, eodem dicente Loculum, & pocillum: hunc uero, nonnulli Byſtram uocarunt ut Anaxandrides, in Cithariſtria & in Orpheo, Antiphanes, Byſtram quandam ex folijs: Veruntamen pocillo quoque, conuenerint contexta tegmina, uel ſtoreæ. utraq; uero, in Ariſtophanis Babylonijs, Quot habet Virorum ſtoreas iſte? & rurſum, Tugurijs domum conſtruxit: Secundum Ariſtophanem uero in Holcadibus dices, Paxillos expellere, & ſcuti- neceſſariorum

cam ferream, bidentes, & ſarmentorum faſciculos· & ut in Tageniſtis dicit, Neruum, lapides aſperos, caduceum: atq; ut in Heroibus, Abi trochum accipiens, crepito· & ut in Senecta, Mendicante ſcipione: Et Βακτηρία uero Perſis, ἀντὶ λαιπύλης· Atq; tibias arundineas· Rudentes uero, & funes, * arma quoque uocaueris· Homerus quoq;, Funem nauticum dixit.

&

## CAPVT XLIIII, DE VASIS AVREIS, ARGENTEIS, alijsq; metallicis.

NVmerabis etiam uaſcula aurea, argentea, & aenea, in uaſculorum numero· Aenea nominante, non Xenophonte modò in Expeditione· ſed & Ariſtophane, in Pelaſgis, Aenea uaſa, et puluinaria: Lyſias uero Ad Cleonem, Argentea uaſa dixit, & Aurea:

## CAPVT XLV, DE RVSTICIS INSTRVMENTIS, ET SIMILIBVS.

BAetas porro, Ruſticorum diphtheras, in Muliebribus Mimis Sophron uocauit. Sint etiam Orae, anſis ſimiles, in Cercione Aeſchyli· etiam Platone dicente, Et uaſculorum anſae· Alexidis etiam eſt Fabula, Anſa dicta. Tum & cratem, aliquis nominauerit ligamen uimineum· ſtoreae, aut cophino ſimile. Crates uero, in Heroibus inquit, Cratium contextor: Homerus uero dicit, Craticulis partitum uimineis· Nam & uiminea, & ſaligna uaſa dicuntur· Et apud Thucydidem quoq;, Scuta ſunt uiminea: Tum & lina dices, & ſtupam, canabum, et canabeum· columnamq;, haec operantem, ſeniculum. Sed & ὅλκιον, liquidorum ſimul, & aridorum uas eſt· plerunque aeneum, ut in Arrephoro Menandri, Aut aeneum magnum holcium· Et in Philemonis Nuptijs, Holcium in menſa uidi, tritico plenum: Agninam quoq; uocabis, ouis pellem, ſecundum Philemonem, dicentem in Euripo· Stragulam habet, agninam pellem: Tum & inſtrumentum totum ferreum, ut in Antiphanis

Vide ſupra Libro VII



phanis Philiſco· et aliud totum ligneū, ut in Platonis Legibus: Cratino autem in Nemeſi dicente, In Cataſta collum habens· intelligendum nimirum, quod collo ſic inſerto eum, qui in foro peccarat, flagellari oportebat. Tum & ferulam dices, Platone Feruligeros dicente· & Ione dicente in Magna Fabula, Fragilem ferulam: Iugum uero, iumentorum dices, & trutinae partem, nauis quoq;, calcei, & loci. Dinolochus in Amazonibus inquit, Cauponario iugo: Sed ζυγὸν neutraliter ſaepius dicto, notandū, quod Archippus in Rhinone, idem in maſculino dixit.

## CAPVT XLVI, DE VASCVLIS CONTEXTIS.

VEſtem porro contextā appellante Herodoto, idem tibi de alijs contextis uaſculis dicere licebit· utpote contextam ſportam, aut ſtoream, aliudue huiuſmodi. maxime, cum Euripides in Autolyco Satyrico dicat· Vimineas enim equis, & contextas habenas flectit: Materia autem, unde contexitur· Φλοῦς, ſecundum Iones. ſed Φλέως, ſecundum Atticos dicitur. Huius etiam ordinis fuerit farinariū uas, coix. quod Dores, Coim uocant· ut in Pithone Epicharmus, Aut ſacculum bouillum, aut coim ferre, aut caniſtrum: Sed Attici, Coicem dicunt· ut Pherecrates, Omnis uero arma * gerebat, * coicem, aut caniſtra· Manifeſte autem hoc Antiphanes in Bombycijs innuit, dicens· Vas farinariū, quod coix eſt: Sit etiam Phedon, uas quodpiam oleum continens, à Phedonijs menſuris denominatum· de quibus, in Argiuorum Republica dicit Ariſtoteles: Stegaſtrum uero, ſi quis dicere uelit· quoniam uulgo ſtegaſtridem, diphtheram, coriaceam * tunicā appellamus· ad Aeſchyli authoritatem cōfugiat, dicentis, Oſsium ſtegaſtrum: Ciſtae uero, non obſoniorū modò, aut * alia ueſtium tantummodo repoſitoria ſunt· ſed etiam pharmacopolarū eſſe dicentur, ut Ariſtophanes in Amphiarao· Et ſerpentes, quos inſculpis in ciſta aliqua, obſignare, et relinquere pharmacopolas: ut et Theopompus in Alphaea, Domū ingreſſus, inueni totam ciſtam pharmacopolae Megarici:

induit
aut
illam
neq; aerae uaſa ad ueſtium reſeruationem

## I CAPVT XLVII, DE LOTORIA PELLE, ET ALIIS huiuſmodi.

PEllem uero, qua Mulieres lotæ, aut lauantes ipſas ſubcinguntur, Pellem lotoriam appellare licet, ſecundum Theopompum in Pueris · Hanc uero ſubcingens pellem lotoriam, pubis uinculo circumtendas: Pherecrates autem in Hippone, Vaſcula ad Puerorum inſtitutionem pertinentia recenſens, Tunc loto pellem circumuoluunt: ſic autem nimirum agninam pellem, ab oue denominarunt · Militibus quoq; mactræ loco ſeruiebat, ut Hermippus in Militibus innuit, Vincit uero pellis lapideam mactram: Laterem quoq; dices, & laterem ſubtegulaneum. In Foro publico, reperitur etiam Later Atticus, & Later Corinthiacus · Tegulam quoq; dicẽte Thucydide, in Plateenſi obſidione: Tegulas uero, Lateres in Veſpis uocat Ariſtophanes, dicens · Nequaquam mus, per Iouem, ſed aliquis lignei tegulas ſubiens culminis: alij uero, eo loci Κεραμιδίων ſcribunt. Malleus quoq;, ferreo inſtrumento, crotaphide dicto, ſimilis erat, ſed fortaſſe * ceſtra fuerit. Vinculi uero genus, fuerint Faſciæ, ſecundum Strattim, dicentem in Phœniſſis: Neq; funiculi adſunt, nec faſciæ: Storea autem, contextum quoddam eſt · cuius meminit in Veſpis Ariſtophanes, Ne te unquã apud ſtoreas inueniã: Pherecrates uero in Somno, Scena circumſepta, & circumdata ſtoreis: Maxime uero hoc plicamine, ad circumſeptiones utebantur · ut in Pityne, de triremibus dicit Cratinus · Nõ poteſt omnia faciens, nauis domicilium ſortiri, aut ſtoreæ: Has uero contexentem, Storearum plicatorem Hipponax uocauit. Inter liquidorum uero menſuras, etiam Maris numeretur, ſecundum Ariſtotelem, in Octauo De Animalium Hiſtoria dicentem, Vini maris: ſex autem cotylas maris continet.

Malleum, uel ſtimulum ſignificat.

CAPVT



## CAPVT XLVIII, DE FIGVLINA TERRA, ET ALIIS neceſſarijs. I

TVm figulinam terram dices, et terram fictilem · ſiue ut Sannyrion in Gelote, Lutoſam terram uerſans: Vbi uero Figuli lateres formant, πλινθεῖον, in Fabulis, aut Niobe uocauit Ariſtophanes, de uorticoſo flumine loquens · Hic uero in lateritiam officinam diuertit indigus: Vaſculis quoq;, ſi libuerit, adijcies Cadum, ſecundum Ariſtophanem, in Centauro, aut Fabulis dicentem · Sed in cadum aliquem arreptum meijto:

## CAPVT XLIX, DE ACIALI, IVNCO, ET SISYRA. I

ACiale uero ferri, inter repoſita * utenſilia ſi quis numerauerit · Cratinus illi aſtipulabitur, dicens, In manibus chalybæũ aciale: Tum ſi uimen quoddam, iuncum appellare libuerit · idem quoq; Cratinus in Nemeſi dicit, Iuncum uero dico, & iunceum: Dices etiam Siſyram, ſecundum Aeſchylum, in Præconibus Satyricis dicentem, Et ſiſyræ leoninæ: et Sophocles in Muſis, Forfices, tiaras, & ſiſyram amiculum:

inſtrumenta

## CAPVT L, DE VTRE, FLAGELLIS, ET GEMMATO uaſculo. I

QVoniam uero utrem, & utriculum prædiximus, nihil retulerit, etiam Molgûm dicere · quod Tarentinorũ lingua, bouillum utrem ſignificat · Vnde et Theodoritas, Vulcanum bouillis uti follibus tradit · Et Ariſtophanes ficto oraculo ludit, * Ne mihi Cecropidas, utres laudate futuros: In * utenſilium quoq; ordine ſunt, lorum, flagella, rotulæ, pedicæ, tormenta. De poculo uero, aut alio uaſculo, forte Gemmatum eſſe, dicere licebit · ut in Pædio Menandri, Aureum præbuiſti, aut gemmatum, ſic enim decebat:

Ne mihi Athenienſes laudate utres erũt:

I CAPVT LI, DE CLAVIS, ET OPERCVLO.

QVoniã uero pleriq; clauos, Comici uero Clauiculos dicunt· ſciendum, quod clauos, etiam paxillos nominant· Sed in Templi Poëſi, quã aut Philon, aut Apollodorus compoſuit, ſcriptum eſt· Paxillos enim habeant iuga ſingula: Idem etiã unumq; dices, operculum, epithema dolij, lebetis aut pharetræ· In Ariſtophanis enim Pace ſcriptum eſt, Scutum puteo, operculi loco commodè imponas: Homerus autem inquit, Vt quando pharetræ imponas operculum:

1 CAPVT LII, DE IMAGINVM FIGVLO, CITHAROEDI INſtrumentis, & oſtracinis.

LIgnum præterea, cui lutum applicant imagunculartũ fictores, cannabus uocatur· Vnde & Strattis in Venatione, Sannyrionem, propter maciem, Cannabum appellat. Ipſum uero lutum, quod formatas imagunculas cæreas ambit· quoniã ad ignis propinquitatem liqueſcunt, multiſq; patet undiq; foraminibus, ligdus nominatur· Vnde et Sophocles in Captiuis inquit, Scutum ſe-
denſatio miligdum, quaſi * ſuffultura quæpiam ſit: Fibula quoq;, Citharœdi
aliquis inſtrumentũ eſt· ut Plato dicit, Det * quis intus fibulam: Licet etiam
uaſa, teſtacea, & fictilia dicere· In Poëta enim inquit Plato, Mi-
ſiue, oſtrea ror dolium teſtaceum, * libro potius habentem: Herodotus quo-
ceũ librum quo, Fictilem craterem dixit. Et Anaxylas in Botrylione, Neq; mi
habentem hi hæc fient fictilia:
unquam

CAPVT LIII, DE CONTEXTIS SACRIS VASCVLIS, ET ALIIS.

ESt etiam helena, contextum uas uimineum, anſas ſalignas habens· in quo, Helenephoriorum feſto, myſteria gerunt. Quod ſi & alia lubet addere ſacrorum uaſa, & amicula· * quæ uocantur palliola, pata-



la, patanum, protonium, ſemimetrum· Podonychum, quæ Pandroſi ſacrorum ueſtis erat· Reliqua uero, ſacrorum amicula ſunt. Ποδόπομπα uero, pompalia dicuntur. Cum autem Demoſthenes inquit, Συκοφάντας * τὸς πλεονέκτας ταῖς Γυναιξί· uittas, uel reticula intelligunt. * Vtenſilium uero, in Eupolidis Vrbibus, catalogus eſt· pilas, crateres, ollas octo, bina acetabula, puluinaria, cacabum, ſellas ſex, ollam, caniſtra centum, ſcopas, arcam, & candelabrum.

fœneratores Muliebus

FINIS.

UNIVERSITA DE GRANADA

INDEX RERVM, ET CAPITVM REꝛrum, quæ toto hoc Decem Librorũ Opere Iulij Pollucis continentur. Et quia de rebus ſingulis, quarumcunque ſaltem nomina extant, apud Veteres Græcos Lucubrationes ferè propriæ inſtitutæ, & perſcriptæ erant ex omnibus iſtis, ut liquidò cernere licet, non ſolũ finitiones diuiſionesq; Pollux, uerumetiã innumera epitheta, & additicia uocabula, quæ copioſa plerunq; argumenta etiã præferre queant, conquiſiuit. expenſis ijs quàm diligentiſſimè, quę uel ſordida, uel inuſitata, uel antiquata quæ ue poetica, uſitata, aut recepta eruditis ſeculis fuerunt, quod te admonitum uolui, qui copioſum Indicem à nobis expectaturus es.


*ABacus pagina* 469. *titulo* 1
*ab hortis quæcũq;* 400.3
*accuſationes, de quibus habentur* 296.1
*Accuſator* 375.4
*acerra.* 13.4
*aciale* 477.1
*acus.* 322.1
*ad accuſationem quæ faciunt* 375.4
*adeps* 125.3
*ad libros ſcribendos inſtrumenta* 447.1
*ad lotionem uaſcula conuenientia* 444.1
*admonendi ſynonyma, & reliqua,* 425.8
*Adoleſcentes,* 76.8
*adulator* 290.1
*adytum* 14.7
*Aedificatores templorum,* 15.14
*Aedificatorum inſtrumenta, & opera* 337.1
*ædificiorum urbis nomina* 399.1
*Aediles* 384.29
*ædium remiſſio, & quæ circa ipſa* 393.40
*ægrotus* 154.1
*æqualis* 256.1
*æqualis cõpoſita* 303.12
*ære nomina deducta* 335.2
*aëris ſtatus,* 39.18
*ætates,* 75.4
*ætatibus formata uerba,* 78. 13
*affinitas* 129.2
*agri alicuius laudes* 68.12
*agri neglecti nomina* 70. (16
*Agricolæ* 344.1
*agriculturæ* 64.1
*agris dicta* 400.2
*aleæ ſpecies* 358.10
*à loco quæ* 400.3
*alterum* 259.1
*aluus, & quæ huic adſunt* 111. 53
*amandum* 245.1
*amando deducta* 144.1
*amans* 144.1
*amator patriæ* 143.1
*amatoria uocabula* 144.1
*amatus* 144.1
*Amici* 142.1
*amici compoſita* 301.6
*amorginæ ueſtes* 328.1
*anima* 123.66
*animalia ad bellũ conferentia* 4[illegible]8
*animalia in quibus nutriuntur, & alia huiuſmodi* 470.1
*animalium coitus* 240.1

curſus, & pugna 241.
2. uoces 238.1
animalium uolatilium nomina 273.1
animo dicta 123.66
anni fœlicitas, fœcunditas et contrarium 25.1
anni partes 27.3
ante cubiculum uaſa 441.1
anulorum opifices 352.7
apes 72.1
aqua, in quibus calefit 449.1 (441.1
aqua quibus effertur
aquarum impetus 40.23
ara 13.4
aratri partes 71.1
Arbitri 381.11
arbores fructiferæ 66.7
arbores infrugiferæ 66.8
arborum nutrimenta 68. 11. partes, rami florentes, & contrà 67.10
arborum putatio 65.2
argentum 148.1
argentum adulterinum 148.1
argentum probatum 148.1
argento nomina deducta 335.2
arithmetica 207.1
arma naualia 41.25
armamentaria 436.1
armati 44.5
armenta 70.19

armorum gentilium inſignia 48.13
armorum nomina 44.6
ars ponderandi 209.1
ars metrica 208.1
arteriæ 126.6
artes aliæ, & harum nomina 258.10
artes ciborum 316.1
artes diuerſæ 353.9
artes forenſes 313.1
artes operariæ 346.1
a Solone Dij conſtituti 393.40
aſparagus, & herbæ ſimiles 274.5
Aſſeſſores 281.10
aſtronomica nomina 205.1
aſylum 14.10
Athenienſis Magiſtratus nomina 379.6
Athenienſium fori unde dicantur, et quas actiones iudicent 387.38
auarus, & non talis 156.1
Aucupes 342.1
Aucupum inſtrumenta 473.1 (469.1
aues, in quo dormiunt
auium uoces 239.2
aures 91.36
aurium quæ ſunt 91.36
auro nomina deducta 335.2
aurum 148.1

Auunculi 133.4

B

balneatores 349.2
balnei uaſcula 448.1
barba 93.38
Barbarica arma 45.7
belli conflictus 51.19
belli ſigna 51.19
bene faciendum 252.1
bilis 120.63
βρέτας 13.3
byſſina 329.1

C

calceorum ſpecies 331.1
calui 79.16
canes quando uenatum educendi 231.1. quantum, unde, & quàm diu uterum ferant 231.1
canibus nomina deducta 234.1
candelabra 285.1
candelæ 285.1
cantilenæ gentilitiæ 181.2
canum uirtutes, & uitia, à corpore, & indole 232.1. morbi 231.1
capite denominata 83.22
capillorum partes 79.17
capitis interiora 83.23
morbi 83.21
capitis partes exteriores 82.20
caput 82.20
carbonarij 336.1
carceres, et ſimilia 164.3







carmina chorica 195.1
carnes 125.2
carniuendæ 218.1
carnium in terra nutritarum nomina 273.4
cartilago 125.1
caſei cõfectio, & quæ huc attinent 351.5
caſtrorum uallum 51.18
catena 472.1
celeritas ad opera 23.1
Cenſores 382.18
certamina 163.1. gymnica 2. muſica 2. ſacra 166.7
certator diſci 165.6
certus 255.1
cerui 236.2
ceruix 103.49
Choragus, & talia 194.1
choreæ magiſter 352.8
chorica carmina 195.1
Chorus 194.1
cibi 269.1
cibi è mari petiti 272.2
cibi Veterum 272.1
cibis deducta nomina 269.1
ciborum artes 316.1
cibus 271.1
cinædus 291.1
circa luctum interdictio 375.4
circuitores 384.30
Citharœdi inſtrumenta, et oſtracina 478.1

Ciues 139.1
ciuitates exteræ 307.1
clades 51.19
claues 103.48
claui 478.1
clauſtrum 71.1
clunes 114.57. & quæ circum ſunt 115.58
clunium partes 114.57
cœna 284.1
cognatio 129.1
collaudantes 395.44
colligens 160.1
collum 102.47 & 103.49
colores 349.3
columnarum inſcriptiones 254.1
comica calceamenta 196.2
comicæ ueſtes, et reliquus apparatus 196.2
commercium 252.1
Commilitones pacem, bellumq; ſtruentes 49.15
communis locus 14.7
Compactores nauium 32.2
compactor tibiarum 185.6
cõpoſita æqualis 303.12
magni 11. oſoris 10.
compoſita cum 299.2. ſimul 1.
compoſita mali 302.8. ex multo 9.
compoſita omnis 300.4.
ſemi 3.
compotator dexter, ſiniſter 268.1
Cõcionatoris laudes 176.1. eius uituperium 177.1
concupiſcentia 124.67
condimenta 276.2
confector lecythorũ, thronorum 352.8
confidens 247.1
congratulandum 249.2
conſecratus locus 13.6
conſentire, & contra 289.1
Conſeſſores 381.10
conſeſſus 393.41
Conſobrini 133.4
contractus 392.39
Cõtrarotulatores 382.17
contendo 289.1
cõuiuator ſordidus, ſplendidus 267.1
conuiuia 393.41
conuiuium diſſoluendum 287.1
coqui 218.1
coqui inſtrumenta 155.1
inſtrumentum, opus 218.1
coquinaria uaſa 284.1
coquorum officia & inſtrumenta 281.1
cor, & reliqua 121.64

coriaceæ ueſtes 328.1
corium operantes 330.1
corpore partes 78.14
corporis interiora 118.61
corpus contorquere, extendere 259.1
Correctores 383.21
corrumpi 288.1
coſtæ 114.57
coxæ 115.58
crateres 264.1
criminum nomina 296.1
crinibus quæ nomina deducantur 79.15
cruditas 271.1
crumena 468.1
crus 116.59
cubiculo quæ adiacent 444.1
culta, ſiue ſimulachra 13.3
cultores Dei 16.20
cum compoſita 299.1
cunctãdi ſynonyma 425.8
currus 46.9
currus partes 46.10
curſus gymnicus 164.3
Cuſtodes legum 381.12
cymbala 473.1

D

Dæmon maximus 13.1
Dæmones 13.1
dæmones dirarum 249.1
Dæmonium 13.1
decipula 468.1
decreta ſcripta 258.1
δάκτυλον 13.3
deliciari 304.1
delubrum 13.2
dentes 94.40
Deorũ acceſſores 18.24
Deorum appellationes, cũ his quæ ad eos pertinent 13.1
Deorũ cognominatio 17.23. locus in quo coluntur 13.2. monumenta 13.3. ſedes 13.3
deponere clam 306.1
depoſitum 393.40
deuotus locus 13.6
Deus 13.1
diaphragma 121.64
dicens multa cum efficacia 295.2
dicens multa, & indiſcreta 295.1
dicens pauca & diſcrete 296.3
dicens pauca ob impotentiam 295.1
diebus deducta 28.6
diei partes 29.7
diem dicere 394.43
dies præſcripti 394.42
difficilis 246.1
Dij 13.1
Dij à Solone conſtituti 393.40
Dijs conſecrati loci 14.9
Dijs quibuſdam hymni peculiares 21.33
dirarum dæmones 249.1
diras ſoluentes, & imprecantes 249.1
Diſcipuli 179.1
diſsimilis ſynonyma 425.8
diteſcere 155.1
Diuinarum rerum opificium 15.15
Diuinorum Miniſtrorum Fœminæ 15.17
Diuinorum Miniſtrorum nomina 15.16
Diuini loci adytum 14.8
Diuinus locus 13.6
domeſtica nomina 145.1
Domini, & ab ipſis deriuata 145.1
domicilia 470.1
domus 30.1
domus partes 30.2
domus ubi Prytanei conuiuantur 396.45
dona ſacra 18.25
drachmæ nomina partes, ſpecies 409.6
dubius 255.1
dux itineris 151.1

E

edulia inclita 276.2
edulia Veteribus celebria 275.1
eduliorum uariorum nomina 272.1
effundens 160.1
effutire 253.1
egreſſuum nomina 31.4
emendum 159.1
equeſtria inſtrumenta 446.1. nomina 55.1
equi 46.9







equi audacia, inſtrumenta, iuba, opera 63.16
equi boni, et mali, corpus, & ingenium 57.5
equi operũ, & ingenij, uituperatio 59.9
equi uituperium 58.6
equini uultus laudes 58.7
equinorum pedum nomina 58.8
Equiſo quæ facere debet 59.10
equitabilia loca 56.4
equitatio 60.12
Equitum Magiſtri 43.4
Equitum nomina 64.17
equo inſidere quo pacto oporteat 63.15
equorum alimenta 56.2 morbus 60.11 uirtus 62.13
epar 120.63
Ephebi 384.30
Epheborũ habitus 471.1
epulæ ueſpertinæ 284.1
ἰσχάρα 13.5
excedere 306.1
excrementa 240.1
excremẽtis faciendis quæ ſeruiunt 444.1
excurſiones 51.18
exequiæ 153.1
exercitus 54.23
exercitus luſtratio 54.24
expertus, & non 253.1
extra urbem quæ ſunt 401.4

F

Fabri armorum 48.13
Fabrorum inſtrumenta, & opera 337.1
faciens ſumptus in rempublicam 143.2
facto 256.1
facta 256.1
fanum 13.2
fauces 119.62
ferarum differentiæ 234
ferarum latebræ 222.1
ferre 150.1
ferri 150.1
ferro nomina deducta 335.2
Feſta à Dijs, quibus conſecrata ſunt, denominata 21.32
feſta celebrantes 20.30
feſtorum tempora 20.30
ficuum nomina 68.14
Figuli 460.1
figulina terra, & alia neceſſaria 477.1
Figulus imaginum 478.1
figuræ imitatrices 13.3
firmus 257.1
fiſcella, & quæ huc attinent 351.5
flagella 477.1
flendum 307.1
florum loci 66.6
flumina 153.1
focus 13.4
fœlicitas 153.1
Fœminæ 77.1
fœneratores, & reliqui 147.1
fora Athenienſium unde dicũtur, et quas actiones iudicent 387.38
forenſes artes 313.1
forenſia nomina 362.1
forenſia uaſa 364.2. & 448.1
fori ad cognitionem celebratio 364.1
formæ 13.3
formam eandem quæ habent 303.13
foſſores metallorũ 334.1
Fratres 133.4
fraudis ſynonyma 425.8
frena 56.3
fulgur, & tonitru 41.24
funera, & quæ hiſce conueniunt 394.42
furens ad Venerem 305.1

G

garrulus 289.1
gaudium 151.1
geminatum uaſculum 477.1
Gentibus inſtrumenta inuenta 183.1
gentilium armorum inſignia 48.13
genus 129.1.2
geometria 206.1
Gerari 285.34
gloria, et contrariũ 256.1
Grammaticus 172.1
gratioſus 257.1

gratitudo 252.1
greges, & quæ hæc attinent 70.19
Gubernator 36.7
guttur 103.49.& 118.61
gutturis partes 103.49
gynæcei uaſcula 461.1
gymnaſium 166.7
gymnaſij uaſcula 448.1
gymnica certamina 163.2
gymnicus curſus 164.3

H

habenæ 147.11
habere mediocriter, & non 258.1
haſtæ geſtatio 275.4
hæreditatis poſſeßio 125.3
harmoniæ 184.4
Herculis malorum Hiſtoria 19.27
Heſtiarchæ 384.29
hila, & reliqua 119.62
hiſtrio 196.1
hiſtrionica 196.1
hiſtrionum apparatus 196.1
hominis partes 74.2
hominum ætatesq; & nomina 74.1
homo à partu ſuo uſq; extremam ſenectutẽ 74.3
honores 392.39
hortorum nomina 64.1
hoſtes crudeles, & non tales 48.14
hoſtes 142.1

I

Ianitoris arma, & quomodo nominẽtur 439.1
Ianitoris officia, & uaſa 440.1
Ianuæ 30.2
idem 259.1
ignauus 158.1
ignobilis 257.1
ignoti 142.1
Illatores 383.23
imagines 13.3
imbelles 50.17
imbres 40.22
imitatrices figuræ 13.3
immundi 19.28
impedimenta 250.1
imperandum 378.5
imperans 378.5
imperantes 43.3
Imperator bonus, & malus 54.25
Imperatores nauales, & res ipſa 41.25 (41.25
imperatoriæ nauis nomen
Imperatoris laudes 54.25
Imperatoris officiũ 380.8
imperij coniugata 378.5
imperium 378.5
impius 17.21
importunus 308.1
imprægnatio 139.6
imprecantes diras 249.1
incuſare 162.1
inexpertus 253.1
Infantes 75.4
infrugifera 67.9
ingreſſuum nomina 31.4
inhabitatio 30.1
initiati. 20.31 (20.31
Initiatores myſteriorum
in mari operantes 343.1
innupti 138.5
inſanabilis 271.1
inſcitia 170.1
inſcriptiones columnarũ 254.1
inſidiæ, & ſimilia 53.22
inſtrumenta ad libros ſcribendos 447.1
inſtrumenta bellica 44.5
inſtrumenta nautica piſcatoria 464.1
inſtrumenta quæ inflantur 185.5
inſtrumenta, quæ pulſantur 183.1
inſtrumẽta inuenta à Gentibus 183.1
inſtrumenta ruſtica 463.1
inſtrumentorum quæ pulſantur partes 183.3
inſtrumentorum ruſticorũ nomina 69.15
inſultare, & contra 248.1
intactus locus 13.6
Interpres 255.1
intolerandus 160.1
Introductores 381.11
iocoſus 257.1
iracundus 290.1
Iudex quomodo nominandus 362.1
iudicia de quibus habentur 296.1
iudicialia nomina 367.3
iudicij ad cognitionem celebratio 364.1
iudiciorum ſpecies 367.3
iudicium 364.2
Iudicis laus, & uituperiũ 363.1
iuncus 477.1
Iuuenes 75.6
Iuuenes mediæ ætatis 76.9

L

labes 256.1
labia 93.39
laborioſus 158.1
lanæ uenditores 318.1
lanificium 319.1
largitio 304.1
larua, & ſimilia 472.1
latebræ ferarum 222.1
lauare ueſtes 321.1
laudes 249.1
lebes 276.2
lecticæ conuenientia 442.1
lectorum ſpecies 441.1
lecythorum confector 352.8
Legati, et quæ ad hos ſpectant 392.39
Legiſlatores 383.24
Legum cuſtodes 381.12
leuis 289.1
libamina 449.1
libationes 268.1
liberalis 156.1. & 157.2
Liberi 130.2
Librarij 384.28
librarum nomina 210.
libri 447.1
ligni uectores 336.1
ligniſecæ 336.1
lineæ ueſtes 328.1
lingua 97.44
linguæ officia 102.46
loca equitabilia 56.4. & 63.16
loci alicuius laudes 68.12
loci in bello 53.22 (16
loci neglecti nomina 70.
locus communis, prophanus 13.7
locus cõſecratus, deuotus, Diuinus, intactus, ſacer, ſacroſanctus 13.6
locus ſalubris, morbidus, & horũ qualitas 244.1
lotoria pellis, & alia huiuſmodi 476.1
lucerna 460.1
luctatores 165.4
luctus 375.4. & quæ huic conueniunt 394.42
luctus in morte 151.1
ludi ſympoſiorum, 418.7
lumborum muſculi 115.58
lychnorum opifices 352.7

M

machinæ 46.8
Magiſter choreæ 352.8
Magiſtri Equitum 43.4. & 381.12
Magiſtratus Athenienſis nomina 379.6
magni compoſita 303.11
Maiores 131.3
malæ in facie 93.37
mali compoſita 302.8
manifeſtus 308.1
manus 104.50
manus partes 103.49
manus per, quod funditur 282.1
maris tempeſtas 40.19
maritima loca 36.9
maritimæ partes 404.5
materias apparantium nomina 335.1
matrimonium 134.1
matrix, & reliqua 112.65
Maximus Dæmon 13.1
Mechanicorum nomina 24.1
medica nomina 211.1 & 212.2
medullæ 126.5
mens 123.66
menſa 152.1
menſæ 280.1
menſæ uaſcula 152.1
menſarum nomina 449.1. uaſa 280.1
menſibus deducta 27.2
menſis partes 28.5
menſuræ, quæ per manum fiunt 108.51
menſura-

menſurarũ nomina 208.2
Mercatorũ nomina 24.1
mercenariorum nomina, & opera 341.1
merces 176.3
merces data 364.1
metalla 334.1.& 148.1
metallorum foſſores 334.1
metrica ars 208.1
militaria nomina 42.1
Militem quibus armis uti oporteat 62.14
Milites probati, & contra 54.23
Militis laus, & uituperium 55.26
minæ nomina, partes, ſpecies. 409.6
miſcellanea quædam alia 471.1
modulationes 184.4
modulatores 187.2
mollitiei uocabula 50.17
monumenta Deorũ 13.3
morbi 212.3
morbus 154.1
mortariorum opifices 352.7
mouebo hunc à ſacra linea, & cætera 418.7
mulcta, & reliqua 364.2
mulctam dicere 394.43
muliebre umbraculum 350.4
muliebris mundi nomina 241.1
muliebri ornatui præfecti 389.37
multa dicens & indiſcreta 295.1
multa dicens cũ efficacia 295.2
multi compoſita 302.9
multũ, quomodo quis eloquatur 149.1
mundi muliebris nomina 241.1
munera 305.1
munitiones 31.3
muri partes 53.21
muſica certamina 163.2
muſicæ inſtrumenta 182.1
Muſici, & quæ nos attinent 182.1
muſculi lumborũ 115.58
mutuum 393.40
Myropolæ, & horũ propria 351.6

N

naſci 288.1
naſi morbi 91.34
naſi partes 91 35
naſus 89.33
natator 36.7
nauale prælium 41.25
naualia arma 41.25
Nauarchæ 382.19
naues 32.1
nauigantes 35.5
nauigatio, quæ ſecundis uentis fit 37.12
nauigatio ſecunda ſerena 38.14.15
nauigij arma, inſtrumenta 35.4
nauis imperatoriæ nomen 41.25
nauis onus 36.8
nauis ſolutio, & appulſus 37.13
nauis partes 33.3
nauis paßiones 40.20
nautica inſtrumenta 464.1
nautica nomina 32.1
nerui 125.4
noctis partes 29.8
nomen 308.1
nomina militaria 42.1
nomina mixta 243.1
non dubius 255.1
non imprudenter loquens 293.1
non moror 245.1
Notarij 383.26
noxa 394.43.& contra 250.1
Numen 13.1
numularij 1?7.1 & horum neceſſaria 349.3
nuptiarum ſponſatio, & quæ ad ipſas 125.4

O

obſcurus 308.1
Obſtetrix 217.7
occaſionum nomina 26.1
occidendum 306.1
oculi 85.25
oculi actionum differentiæ 85.26
oculorũ differentia 87.29



INDEX.

oculorũ interiora 89.32
oculorum morbi 88.30
odiſſe 245.1
odor 89.33
oleæ 18.14
olerum nomina 70.17
Olympi modi, & reliqua 187.2
omnis compoſita 300.4
operantes in mari 343.1
operariæ artes 346.1
operarij, & quæ circa ipſos 352.8
operculum 478.1
operum præfecti 353.9
opifices anulorum, lychnorum, mortariorum, retiorum, ſtrigilũ, uittarum 352.7
ὄψεως deriuata 86.28
opportunus 308.1
oppugnantes urbem 53.20
oracula 15.18
oraculorum loci, & Viri 15.18
Oratoris laudes 176.1
eius uituperium 177.2
ore nomina deriuata 96.42
organorum ſpecies 186.1
Orgeones 385.32
oris ægrotationes 97.43
os 95.41
os ſacrum 114.57
oſoris compoſita 303.10
oſſa 125.1

P

pagis dicta 400.2
palmarum nomina 68.14
palpebræ, & quæ circa ipſas ſunt 88.31
panis 70.18
panum ſpecies 278.1
parcus 157.2
Parentes 129.1 (217.1
parientibus quæ dicuntur partes, quæ in corpore ſunt 78.14
Paterfamilias 438.1
patriæ oſor 143.1
pauca dicens, & diſcrete 296.3
pauca dicens ob impotentiam 295.1
pauperem eſſe 155. 255.1
pecten 111.54
pedes in quibus abluant 452.1
pedis partes 117.60
pellis lotoria, & alia huiuſmodi 476.1
pentadrachmæ nomina, partes, ſpecies 409.6
pentecontadrachmæ nomina, partes, ſpecies 409.6
per columnas quæ feruntur 3.5 (282.1
per manus quod funditur
per uinũ quæ ſunt 268.1
pera, & ſimilia 473.1
peregrini, & quæ hos attinent 139.1
periculis plenus 161.2
periculoſus 161.1
perſonæ tragicæ 198.3
pharmacum 249.1
Philoſophi 178.1
Pictoris inſtrumenta 471.1
Pictorum inſtrumenta, & opera 340.1
pignus 393.40
pileificus, & quæ eius ſunt 350.4
piſcatoria inſtrumenta 35.6.& 464.1
Piſcatores, & piſcatoria inſtrumenta 35.6
piſces teſtás, et ſquammas habentes 273.3
piſcium uenditores 218.1
Piſtores panis 316.1
Piſtoris inſtrumenta 159.1
pius 17.21
planta 116.59
plenus, & non 250.1
plicamina diuerſa 351.5
plicator, & quæ eius ſunt 350.4
pocula 449.1
pocula in quibus abluant 152.1
ponderandi ars 209.1
poculorum nomina 283.1
podex 116.59
pœnitentia 288.1
Poetæ 181.1
Populis nomina 399.1

porticus 13.2
portus laus 36.10.
uituperatio 37.11
Poſteri 131.3
poſtica 13.2
præco 190.1 & 384.27
præcone dicta 190.1
præcones 392.39
præcipitia 56.4
Præfecti certaminum 163.1
Præfecti muliebri ornatui 386.37
Præfecti operum 353.9
Præfectus 381.13
prælium nauale 41.25
Præſes gymnaſij, & quæ circa ſunt 166.9
Prætoris officium 380.7
precari 254.1
prandiorũ tempora 272.1
prandium 284.1
prata 66.5
prati laudes 68.1
probri nomina 248.1
prodigus 157.2
proficiſcendum 150.1
prompti ad bellũ 49.16
Pronuba 125.2
prophanus locus 14.7
propinandum 268.1
Prudenter loquens 293.1
Prytanei 381.12
Prytanei locus 13.4
pubes 111.54
publicationes, & ſimilia 393.41
pugil 165.5
pugna 165.5
pudenda 111.55
pudendorũ partes 111.55
pugnantes 43.2
pugnantium ordo 43.2
Pueruli 75.5
puto, & ſimilia 248.1
Purpuræ Hiſtoria 23.2
purgationes, ante ſacra 19.28
pyriephthus 274.5
Pythica quinque certamina 188.5

Q

quæcũq; ab hortis 400.3
Quadraginta 383.22
Quæſtores 382.15
quibus luditur 472.1
Quinquertio 165.6
quò uaſa feruntur 438.1

R

rami florentes, & contra 67.10
Receptores 382.14
reconditoria 264.1
refugium 304.1
regia nomina 22.1
Regis officium 380.8
reluctantes 395.44
rempublicam turbans 291.1
renes 122.65
repente 306.1
retiorum opifices 352.7
retro compoſita 301.5
Rhetor 172.1
Rhetor corruptus 172.1
riſus 307.1
ruſtica inſtrumenta 463.1. & ſimilia 474.1

S

ſacer locus 13.6
ſacellum 13.2
Sacrifici 385.31
ſacrificiorum locus ſuſceptor 13.5
ſacrorum inſtrumenta 20.29
ſacrorum locus exterior 14.7
ſacrorum locus interior 14.6
ſacroſanctus locus 13.6
ſarctor 322.1
ſal in quibus teritur, & ſimilia 472.1
ſalſamentarij 218.1
ſalſamentum 272.2
ſaltatio 191.1
eius ſpecies 192.1
ſaltator 165.6 191.1
ſalutationes 251.1
ſanguis 120.63
ſanus 154.1
ſatietas 254.1. & 271.1
ſaturare 271.1
ſaturari 271.1
ſcapulæ 103.48. & 113.56
ſcientia 17.1




INDEX.


ſcientiæ ſanctiores 172.2
ſcopuli, quibus incidit nauis 40.21
Scribæ 382.16
ſcuta 47.12
ſedens 149.12
ſedes, & reliqua 149.1
ſedes Deorum 13.3
σηκὸς 13.2
ſemi compoſita 300.3
Senatus congregatio 393.41
Senes 76.10
ſepultura 153.1
ſerui, & ab ipſis deriuata 145.1
ſerui ſecundum regiones 147.3
ſimilis ſynonyma 425.8
ſimplex 246.1
ſimul compoſita 299.1
ſimulachra 13.3
ſinguli quæcunque tam publicè quàm priuatim faciunt 379.6
ſiſyra 477.1
ſoluentes diras 249.1
ſophiſtæ 178.1
ſpecies 13.3
ſpina, & quæ de hac ſunt 113.56
ſplen 122.56
ſponſatio nuptiarum, & quæ ad ipſas 125.4
ſputum 97.43
ſtabilis 288.1
ſtadium 164.3
ſtans 149.1
ſtateris nomina, partes, ſpecies 409.6
ſtatuæ 13.3
ſtatuarum locatio 14.12
ſtatuarum locationis contraria 14.13
ſterilitas 25.2
ſtipulationes 392.39
ſtomachus 118.61
ſtrigilum opifices 352.7
ſtultus 246.1
ſubligacula 472.1
ſubſtantia 307.1
ſuburbia 401.4
ſuburbiorum partes 401.4
ſues, & reliquæ feræ 236.2
ſum 255.1
ſupercilia 84.24
Sutorum inſtrumenta, & opera 331.1
ſympoſio quæ purgantur 283.1
ſympoſiorum ludi 418.7
ſympoſium 263.1

T

tacendum, & non 253.1
talenti nomina, partes, ſpecies 409.6
tali 418.7
talus 116.59
tarditas ad opera 23.1
tempeſtas 38.16
templum 13.2
templum ſummum 17.22
templorum ædificatio 14.11
tempora prandiorum 272.1
tempora quatuor 27.4
temporum nomina 26.1
tempus uenationibus commodum 230.1
terra bona 65.3
terra figulina, & alia neceſſaria 477.1
terra ſterilis, & aſpera 65.4
terminis nomina 399.1
teſſaræ 418.7
texturæ nomina 319.1
triſtitia 151.1
tuba 189.1
turbans rempublicam 291.1
tympana 473.1
Tyrannus 22.2
theatri partes 198.2
theatrum, & quæ circa hoc 198.1
θέας deriuata 86.27
theca tibiarum 468.1
Theſmothetarum diſcuſſio 379.6
thorax, & quæ circa ſunt 109.52
thronorum confector 352.8

tibiæ cantus 188.4. rudimenta 188.4
tibiarum materia 185.6. theca 468.1
Tibicinum harmoniæ 187.2
timendus 247.1
timor 247.1
tinctura 349.2. firma, & non firma 23.1
tolerandus 160.1
tonſillæ 118.61
Tonſores 81.19
Tonſorum inſtrumenta 81.19
tonſura, & quæ ad hanc pertinent 80.18
toris quæ conueniunt 461.1
torrendi inſtrumenta 276.2
torrendum 276.2
tragica calceamenta 196.2
tragicæ perſonæ 198.3
tragicæ ueſtes, et reliquus apparatus 196.2
Tribuni 381.12 & 385.35
Tribus 385.33
Trittyarchæ 385.36
trium compoſita 301.6

V

uacuus 250.1
uaſa ante cubiculum 441.1
uaſa argentea, aurea, metallicaq; alia 476.1
uaſa coquinaria 281.1
uaſa forenſia 364.2 & 448.1
uaſa quò feruntur, & ubi uenduntur 438.1
uaſa ueſtium 464.1
uaſa uini 264.1
uaſa unguenti 460.1
uaſcula ad lotionem conuenientia 444.1
uaſcula contexta 474.1
uaſcula balnei 448.1
uaſcula gymnaſij 448.1
uaſcula gynæcei 461.1
uaſcula ſacra contexta, et alia 478.1
uaſcula uini 450.1
uaſculum gemmatum 477.1
uaſorum nomina 436.1
uaſorum ueſtium nomina 330.1
uaſis deriuata 436.1
uaticinandi ars 16.19
ubi Prytanei cõuiuantur, domus 396.45
ubi uaſa uenduntur 438.1
uectores ligni 336.1
uenatio, & quæ eius ſunt 221.1
uenationibus commodum tempus 230.1
uenator, & quæ eius ſunt 221.1
uenatoris adiutores, et arma 222.1. inſtrumenta 224.1
uenatoris incitatio 238.3
uendendo nomina deducta 313.1
uendendum 159.1
Venditores 382.20
uenditores lanæ 318.1
uenditores piſcium 218.1
uenditores rerum omniũ 315.1
uenditores ueſtium 330.1
uenio 255.1
uenter 119.62
uentrem per quæ emittuntur 240.1
uentriculus 121.64
uentus 39.17
uertebra 101.47
ueſica 122.65
Veſta 13.4
ueſtes amorginæ 328.1. coriaceæ 1. lineæ 1
ueſtes lauare 321.1
ueſtes quò reponantur 464.1
ueſtibulum 13.2
ueſtibulum intra, quæ feruntur 31.5
uehicula 445.1
uehiculorum partes 445.1
ueſtibus nomina deducta 322.1
ueſtium partes 326.1. ſpecies 323.1. uaſa 464.1


ueſtium